MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS SOCIETATIS EJUSDEM EDITA

LITTERAE QUADRIMESTRES

LITTERAE QUADRIMESTRES

EX UNIVERSIS

PRAETER INDIAM ET BRASILIAM

LOCIS

IN QUIBUS ALIQUI DE SOCIETATE JESU VERSABANTUR

ROMAM MISSAE

EX AUTOGRAPHIS AUT ANTIQUISSIMIS APOGRAPHIS

DEPROMPTAE

TOMUS QUINTUS

(1557-1558)

JACOBO LAINIO, SOCIETATIS JESU MODERATORE

ADMINISTRATIO
Apartado 106, Madrid.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA «LA EDITORIAL IBÉRICA»
Via Alburquerque, n. 12.—1921, MADRID.

PRAEFATIO

I.—De litterarum quadrimestrium materiâ et fine

En habes, lector benevole, alteram Litterarum Quadrimestrium seriem, quae a Lainio, Societatis Jesu generali vicario, postquam Ignatius conditor translatus anno 1556 ad superos erat, initium sumit.

Sunt autem quadrimestres litterae illae quae Romam ex omnibus Societatis nostrae domiciliis quarto quoque mense eo fine mittebantur, ut quae nostri homines tum in sui ipsorum, tum in caeterorum hominum salute et perfectione persequenda praestabant, omnibus ubique terrarum dispersis sociis, non curiosi animi, sed aedificationis causa nota fierent.

Hanc fuisse Sti. Ignatii conditoris mentem apertis verbis in Constitutionum parte VIII, cap. I, paragrapho 9 et littera M, ipse declaravit, «Ayudará también muy especialmente la comunicación de letras misivas entre los inferiores y superiores» et in declaratione, «Para que las nuevas de la Compañía puedan comunicarse a todos seguiráse la forma siguiente. Los que son debajo de un provincial, de diversas Casas o Colegios, escriban cada principio de quatro meses una letra que contenga solamente las cosas de edificación».

Haec ad mutuam charitatem fovendam, ad animorum conjunctionem stringendam inde a primis Societatis initiis et Ignatius ipse et ejusdem socii professi sunt. Polancus,

Ignatii nomine scribens, primum ex litterarum commercio adolescentem fructum ponit «la unión de la Compañía que anda según su profesión sparzida en varias partes» [1]. S. Franciscus Xaverius et B. Petrus Faber, primi Ignatio in Societate condenda adjutores, et ad socios fidelissime scribebant et ab illis litteras vehementer optabant [2]. Lainius cum jam in Societate regenda Ignatio suffectus esset, lusitanae provinciae moderatori, haec inter alia scribebat: «Y así [litteris quadrimestribus scribendis] se dará esta consolación a aquellos nuestros hermanos de la India y del Brasil, que es razón dársela para algún alivio de los muchos trabajos que padeçen» [3]. Et Gaspar de Salazar, nomine rectoris complutensis, Lainio ita scribit: «Grandemente se consuelan los que aquí están y los de fuera se edifican y mueven con las cosas que se scriben y que por allá obra Nro. Sor. por medio de los de la Compañía. El Padre rector suplica a V. R.ª por amor del Señor mande que se embíen algunas quadrimestres de las que por esas partes scriben a V. R.ª» [4].

Cum ejusmodi epistolarum quadrimestrium sit materia et finis, plena ex illis rerum nostrarum historia non est postulanda. Polancus enim, Ignatii nomine, complura notat quae in litteris illis non sunt scribenda, in quibus non mala solum aut minus bona aut occulta consilia, sed nonnulla etiam alia numerantur, quae nulla ex parte sint reprehendenda: «Lo que ha de venir en hijuelas, id est, lo que no es para mostrar, agora sea edificativo agora no, como son los defectos propios y de otros, y algunas cosas loables, pero no para todos» [5].

Verum etsi in quadrimestribus litteris multa omittebantur, falsi tamen quidquam proferre nefas erat. Itaque de

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 537.
[2] *Monum. Xaver.*, I, 237, 250, etc.; *Fabri Monum.*, 21.
[3] In codice *Instit. 206*, fol. 83v.
[4] In litteris die 30 Octobris 1558 datis; eas vide infra suo loco.
[5] *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 547.

fructu ministeriorum spiritualium scribentibus sic Polancus seu Ignatius praecipiebat: «El fruto que de todo esto Dios saca, en quanto él sabe o otros le dizen dignos de crédito; y esto se escriba todo con toda verdad» [1]; imo verborum amplificationes omittendae: «y con ser complida [epistola] en las cosas que se requieren, no larga de palabras, etc.» [2]. Item: «Quando se escribe lo que hombre trabaja y Dios obra en las ánimas, aunque se diga todo lo que ay, téngase aduertentia como si todos hubiessen de ver estas letras, para que se diga en tal maniera que quien leyere vea que no se busca la propria, sino la diuina gloria y edificatión de los próximos, y hazer obedientia en scribir lo que se manda, atribuyendo a Dios enteramente lo que es suyo, que es todo lo bueno, y a sí lo propio, que es todo lo malo, etc. Si ubiesse alguna cosa excessiuamente loable, que no la quiera dezir en boca propia, si ubiesse otro amigo que la scribiesse, sería bien; y si no, venga en hijuela, o venga en tal manera en la principal que no haya lugar a sospecha de vanidad, aun en los algo sospechosos» [3]. Sto. Ignatio consentiebat Lainius Araozio scribens: «Lo de encarecer en las letras, enmiéndelo V. R. por allá en su distrito y escriuirse ha también por las otras partes, que a mí, por la gracia del Señor, en todos me desplace el exceder de la verdad, quanto más en religiosos, y de que el hombre tiene cargo» [4].

In qua re tamen notare juvat non solum loquutionem illam ignatianam «los que son algo sospechosos» (nam adversus valde suspiciosos frustra cautus fueris), sed illud etiam quod Polancus Antonio de Cordoba scribebat: «quanto al detenerse en screuir fauores, puede ser que aya auido exceso, aunque no es necesario que se haga mucho caudal dellos por lo que en sí ualen, sino en quanto son aparejo

---

1 *Monum. Ignat.*, ser 1.ª, I, 544.
2 Ibid., 548.
3 Ibid., 547.
4 *Lainii Monum.*, VII, 396.

para hazer algún bien, o señal de algún fructo en sus ánimas, o testimonio de la prouidentia diuina, y ocasión de glorificar a Dios N. S. y de animar a algunos que lo han menester, o darles esta consolación, que la reciuen con semejantes modos. Con esto es de aduertir en el modo de dezir cosas semejantes; porque gente nouicia en el spíritu, fácilmente toma esto a mala parte, porque no teniendo por uentura domados estos afectos en sí mismos, o no entendiendo la retitud con que se enderezan cosas semejantes puramente a gloria diuina, toman sombra como si se dixesen con afecto baxo y humano. Otros ay que uan por otra uía, y toman con más simplicidad lo que se dize estando más exercitados en uencer en sí mesmos semejantes afectos, y en interpretar bien las cosas de los próximos. Pero porque ay tanta uariedad de gustos, es de rogar a Dios N. S. que dé prudentia a quien scriue, para que de tal manera satisfaga a los unos, que no disguste a los otros» [1]. Hactenus Polancus. Fatemur nihilominus, nec inviti, sapientissimas illas Ignatii normas non semper scribentium animis obversatas esse, id quod in nonnullis hujus voluminis epistolis videre est.

Sed ubinam gentium unquam coetus hominum fuit, in quo leges omnes, etiam sapientissimae ac prudentissimae, observatae perpetuo sint? Nostrae tamen quadrimestres litterae ita subinde a traditis regulis recesserunt, non ut pro veris falsa obtruderent, sed ita ut expolitio oratoria simplicem rerum narrationem suo loco importuna pelleret. Id Araozius querebatur, ut ex Lainii responsione modo allata intelligimus; et Antonius de Cordoba eidem Lainio scribens aiebat: «Aunque se haze fruto, no es tanto como suena por las cartas de edificación» [2]. Hoc vitio laborant praecipue latinae epistolae illae quas juniores litterarum magistri identidem conscribendas susceperunt. Confer e. g. quam

---

[1] *Lainii Monum.*, V, 306.
[2] Ibid., IV, 257.

Georgius Mercato, die 25 Octobris anni 1558 e collegio panormitano scripsit; eam tamen amputatam a nobis invenies.

At vero estne quadrimestrium scriptoribus tanta in augendo libertas, ut fides historica his monumentis denegari debeat aut saltem possit? Neutrum putamus. Primum quidem quia in multis epistolis nullum illius amplificationis oratoriae vestigium apparet; confer v. c., colonienses epistolas Kesselii, Costeri, Rethii; barcinonenses Joannis Gesti rectoris, lauretanas Oliverii Manarei, sardinienses Petri Spiga missionarii, et plurimas alias. Deinde quia res ipsae non raro amplificationem vix ferunt, v. g. cum agitur de nostrorum numero, de scriptoribus in schola explicatis, de collegii aedificationibus, de aliis multis. Tertio quia prudens lector facile res ipsas a dicendi modo secernet.

Quarto, et haec quidem maximi momenti ratio est, quia testis ille habendus est fide dignus, qui rem de qua loquitur bene novit, neque auditorem vel lectorem decipere intendit. Atqui quadrimestrium scriptores primum quidem de rebus loquuntur, quibus saepissime ipsi interfuerunt, aut ab aequalibus, easdem cognoscentibus, audierunt. Quin autem probi fuerint iidem viri, quique proinde lectores decipere noluerint, nemini sine causa in dubium vocare licet. Quas quidem testium fide dignorum conditiones duas, eo magis in quadrimestrium litterarum auctoribus agnoscimus, quia hi aut viri erant aetate et muneribus graves, aut horum nomine plerumque scribebant.

Adde quod hae litterae, vi legum nostrarum jussuque moderatorum scriptae, Romae a Polanco accuratissime emendatae et in omnes Societatis provincias missae, a nostris omnibus et ab externis nonnullis ad veram de Societatis rebus ac personis notitiam obtinendam legebantur. Ejusmodi documenta omnia, vel potius genus ipsum, falsitatis insimulare, num rationi consentaneum dixeris?

Itaque litterae quadrimestres veluti fontes e quibus vera historia ex parte fluit a gravissimis auctoribus cum antiquis tum recentioribus usurpatae sunt. E primis illis

Polancus, cujus *Chronicon Societatis* saepe cum laude, nunquam cum vituperatione ab aliis auctoribus nominatum invenimus, una cum reliquis documentis quibus abundabat, litteras quadrimestres sexcenties transcribit. Hoc si volueris tuis oculis videre, quod nos hisce nostris vidimus, confer volumina sex operis polanciani cum quatuor voluminibus *Litterarum Quadrimestrium,* quae omnia jam olim *Monumenta Historica Societatis Jesu* publici juris fecerunt.

Inter aetatis nostrae auctores P. Antonius Astrain, auctor operis *Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España,* quadrimestres litteras (vel annuas, sunt enim generis ejusdem) adhibet in vol. I, l. 2.º, cc. 6. 7, 8, 9, 11, 12, 13, 15, 18, 19, 20, 22; in vol. IV, l. 3.º, qui de missionibus est, in omnibus capitibus, uno excepto; in vol. 5.º, l. 2.º, cc. 1, 2, 5, 6, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16. Denique in voluminis VI praefatione dolet clarissimus auctor, quod a medio fere saeculo XVII annuae litterae desiderantur. Certe nihil erat cur ad historiam conscribendam desiderarentur, si documenta fide digna non essent.

P. Henricus Fouqueray, Societatis in Gallia historiarum accuratissimus auctor, inter fontes numerat etiam Litteras Quadrimestres, quarum naturam breviter sciteque describit his verbis: «C'est la relation des ministères et des travaux des différentes maisons de la Compagnie. Destinées à passer de main en main, on y chercherait en vain des détails sur les affaires délicates qui demandaient le secret» [1].

P. Petrus Tacchi Venturi, nostrarum et italicarum rerum peritissimus, in sua *Storia della Compagnia di Giesù*, vol. I, notat: «Il Polanco doue non fu egli stesso testimonio dei fatti avvenuti, come succede quasi sempre quando scrive delle apostoliche fatiche de' suoi confratelli fuori di Roma, attinse da documenti di prima mano, che si trovano ora in grandissima parte raccolti nelle Litterae quadrimestres» [2], etc., iisdemque litteris ipse utitur in

[1] *Histoire de la Compagnie de Jésus en France*, t. I, pag. XVIII.

[2] In pag. 253, annot. 1.

pagg. 271, 291, 293, 294, 314, 316, 321, 346, 347, 369, 373, 376, 377.

Neque ab his in judicando scribendoque dissentit sollertissimus P. Bernardus Duhr in *Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge*. Litteras enim quadrimestres, annuas et ejusmodi alias, quae a nostris hominibus aedificationis causa scribebantur, non secus ac reliqui auctores ad facta praesertim enarranda, usurpat in paginis 48, 49, 73, 103, 104, 105, 106, 110, 162, 168, 178, 181, 204, 205, 210, 224, 229, et alias saepe in volumine primo, idemque fere invenies in utraque parte voluminis secundi, nisi quod huc nunquam proprie quadrimestres, sed annuae tantum afferuntur; quadrimestrium nempe loco annuae litterae a Sti. Francisci Borgiae temporibus conscribi coeptae sunt.

Quae cum ita sint, qui tamen factum est ut quadrimestres litterae apud complures male audiant? Scilicet voluntas illa res proprias nimium extollendi, quae in earum litterarum quibusdam aparet; amor quidam novitatis tribuendae narrationibus alioquin inter se quam simillimis, aliquos impellebat ad eam viam ingrediendam, quae rebus historicis parum consona est. Hujus generis exemplum peregrinum habes in epistola n. 21, in qua Joannes de Martinis Pelletarium rectorem, non secus fere ac Cicero in miloniana oratione Pompejum per apostrophen compellat.

At praeter istas causas aliam forte assignare licet. Aliqui (fuerintne multi an pauci nihil refert) fuerunt ad haec usque tempora, qui existimare videretur Ecclesiae catholicae aut ordinis religiosi historiam, nihil praeter virtutum exempla exhibere debere (v. g. historias virorum illustrium, qui nulla in re deficerent) in quibus historiis illa tantum cernerentur quae Deus ipse in illis hominibus aut coetibus posuit perfecitve, quae quidem omnia bona profecto sunt. Jam (ut id quoque per transennam dicamus), haec historia selecta, certis temporibus adhibita, dummodo falsi nihil contineret, nullo modo esset vituperanda. Ast illi ho-

mines de quibus loquimur, quam historiam selectam appellare debuerunt, eam pro historia simpliciter (ut cum Sacchino loquamur) haberi voluerunt. Atqui «de essentia historiae est narrare res insignes sive bonas sive malas quae pertinent ad statum reipublicae declarandum, et ad uerum iudicium, saltem generatim, de homine aliquo faciendum, si uita eius scribatur. Cum uero talis sit essentia et natura historiae, si quis uulgaret historiam, sola narrando bona, is uellet decipere omnes homines.» Haec Sacchinus dum solidis argumentis eam rationem pacate defendit, quam in Simonis Rodericii rebus exponendis tenuerat [1]. Itaque selecta historia, quae pro historia simpliciter haberi velit, jure merito falsitatis arguitur. Cum autem Litterae Quadrimestres sola narrarent bona, facile evenire poterat ut haec res vitio illis verteretur, fieretque distinctio inter veram narrationem et narrationem aedificationis causa contextam, quasi haec praecipuam veritatis rationem non haberet. Injuria tamen hoc fieret; nam neque litterarum quadrimestrium auctores, neque Societatis Jesu moderatores, neque nostrarum historiarum scriptores, neque nos denique ipsi, cum in publicam lucem Litteras Quadrimestres proferimus, eas pro historia simpliciter haberi volumus, sed pro historiae fontibus, unde veritas ex parte manat.

Illud tamen, quod semper necesse est, in usu Litterarum Quadrimestrium maxime ante oculos habendum, ut sedulo res ipsas a dicendi modo distinguamus, neque pronuntiata illa, quae a metaphysicis propositiones universales dicuntur, quaeque in multis quadrimestribus iterantur, «omnes Patres et fratres hujus collegii summa diligentia in virtutem incumbunt» aut alia ejusmodi, ne, inquam, pronuntiata ista metaphysice interpretemur, ita ut id quod de omnibus in universum affirmatur, de singulis etiam separatim verum esse debeat; sed moraliter, ita ut de plerisque saltem dici possit, praesertim cum litteris quadrimestribus

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 702.

illa tantum referantur, quando de nostris domibus agitur, quae in omnium oculis versabantur. Ita rem intuentes raro aut quadrimestrem aliquam solummodo prospera narrantem, aut privatam epistolam moderatoris vel domestici consultoris fere tantum adversa conquerentium, rejicere prorsus debebunt; utramque potius conferentes, alteram alterius ope declarabunt, et, ubi opus erit, suis terminis circumscribent.

Jam ut ad litterarum quadrimestrium propositum finem redeamus, ut finis ille declarat quare multa ad plenam et absolutam historiam pertinentia omittantur; sic finis idem effecit, ut alia quaedam, ad historiam totius ordinis vix aut ne vix quidem opportuna, ad animorum vero aedificationem non parum utilia, coacervarentur. Ejus generis sunt v. g. iteratae rerum similium narrationes et exempla. Harum narratiuncularum multitudo historiam quidem scribentibus resecanda certe est; nos tamen, qui historiam non scribimus, sed monumenta colligimus, multas putavimus retinendas, tum quia per se ipsa monumentorum integritas aestimanda, tum quia alia aliis placent, quaeque huic inutilia, illi forte utilia videbuntur, ut si quis genus aliquod singulare persequitur, libentius multa quae rejiciat habebit, quam unum desiderabit.

Unius tamen generis exempla satius fere omittere existimavimus, illa nempe quae propius ad notitiam ex confessione habitam pertinere videntur, in qua re majores nostri singularibus decretis quibusdam non tenebantur, quibus nunc sacerdotes omnes tenentur. Quamquam enim omni tempore sigillum sacramentale ab omnibus Ecclesiae catholicae doctoribus et confessariis inviolabile prorsus habitum, jamque saeculo XIV (1383) a S. Joanne Nepomuceno perfuso sanguine consecratum est; diversus tamen fuit certissimae hujus doctrinae usus, varia quorumdam casuum solutio. Quod ut breviter confirmemus, capita duo in mentem revocare juvabit.

Concilium lateranense IV legem jam ante perpetuo vi-

gentem, his verbis dedit: «Caveat autem omnino [sacerdos], ne verbo aut signo aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem: sed si prudentiore consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personae caute requirat» [1], etc.

Jamvero huic legi auctores plurimi maximaeque auctoritatis non obstare censebant usum notitiae per confessionem acquisitae ad externam gubernationem, dummodo omne cujuscunque revelationis periculum abesset. Ast illum usum, jam ante, anno 1590, a P. Claudio Aquaviva, praeposito generali Societatis Jesu, nostris superioribus et confessariis penitus interdictum [2], Clemens VIII die 26 Maji anni 1594 proscripsit.

Praeterea aliqui hanc propositionem amplectebantur: «'Scientia ex confessione acquisita uti licet, modo fiat sine directa aut indirecta revelatione et gravamine poenitentis, nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur, in cujus comparatione prius merito contemnatur', addita deinde explicatione sive limitatione, quod sit intelligenda de usu scientiae ex confessione acquisitae cum gravamine poenitentis seclusa quacumque revelatione, atque in casu, quo multo maius gravamen eiusdem poenitentis ex non usu sequeretur». Sed a Congregatione Sancti Officii statutum est die 18 Novembris 1682, «dictam propositionem, quatenus admittit usum dictae scientiae cum gravamine poenitentis, omnino prohibendam esse, etiam cum dicta explicatione sive limitatione» [3].

Porro, non obstantibus ejusmodi decretis, theologi antiqui et recentiores communiter per plura saecula docuerunt non laedi sigillum sacramentale «si confessarius, ut ait C. *Marc*, Congr. SS. Redemptoris [4], in genere dicat se audivisse tale peccatum in confessione, ita tamen ut audien-

---

[1] *Enchiridion Symbolorum...*, n. 438.

[2] Institutum Societatis Jesu, III, pagg. 261, 272, 352.

[3] *Enchiridion...*, n. 1220.

[4] *Institutiones morales Alphonsianae*, Romae, 1917, n. 1866.

tes minime in poenitentis cognitionem venire possint» [1].

In novo Codice Juris eclesiastici, canonibus 889 et 890 eadem firmatur disciplina de sigillo stricte servando et de scientiae per confessionem acquisitae vetito usu, etiam absque periculo revelationis sed cum gravamine poenitentis, vel etiam sine tali gravamine si ad exteriorem gubernationem a Superioribus ullo modo adhibeatur.

Ante Codicem autem, die 9 Junii 1915, in instructione S. Officii ad ordinarios locorum et Superiores religiosorum lata (quae quidem instructio tam in ipso Codice quam in ejusdem annotationibus omissa est), haec ut absoluta agendi norma proponitur: «ne quid umquam sacerdotes... ad confessionis sacramentalis materiam pertinens, quavis sub forma et quovis sub praetextu, ne obiter quidem et nec directe neque indirecte (excepto casu necessariae consultationis juxta regulas a probatis auctoribus traditas proponendae) in suis seu publicis seu privatis sermonibus attingere audeant... Praedicti Ordinarii et Superiores transgressores graviter moneant, recidivos congruis poenis percellant, ac in casibus gravioribus Supremo huic S. Tribunali rem quamprimum deferant».

Etiam quadrimestrium nostrarum scriptores vel qui illis factorum scribendorum segetem suppeditabant, profitebantur certe doctrinam de sigillo confessionis nunquam ne indirecte quidem reserando. Robertus Claysonius v. g., Billiomi scribens die 9 Februarii 1557, ac de fructu confessionum disserens, arduum illud argumentum appellat, et «summa quidem prudentia et sigilli confessionis religione seruata» [2] tractandum; nihilo tamen minus aliqua exempla

---

[1] Lugo, *De Poenitentia*, disp. XXIII, n. 63; S. Alphonsus, *Theologia morqlis*, edit. Gaudé, Romae, 1909, tr. VI, l. IV, c. III, nn. 654 et 657; *Homo apostolicus,* tr. 16, n. 158; Gury-Ballerini-Palmieri, *Compendium Theologiae moralis,* ed. 15, II, 476; Lehmkuhl, ed. 10, II, 467; Génicot-Salmans, ed. 8, II, 389; Prummer, O. P., III, 447; Pighi, *Cursus Theologiae moralis*, IV, 361.

[2] Infra, n. 24, in litterarum parte omissa.

subjungit, quae et Polancus et nos ex illa epistola expungenda duximus. Cautior Ludovicus Santander sigilli legem, obcurius indicatam, observat diligentius, idemque argumentum brevissime absolvit: «Los pocos que estauan, inquit, ... confessaron muchas gentes, remediándose almas, de que el Señor, creo, ha sido bien glorificado como Él lo sabe, y yo aquí lo callo, por no hauer necesidad en semejante materia particularizar» [1].

Aliqui vero cum ab hac prudentissima cautione, non a sigillo servando, aliquando recederent et singularia nonnulla narrarent; utique censendum est eos, secundum communem eo tempore doctorum sententiam, judicasse nullam inde aut poenitentibus molestiam aut ipsi sacramento detrimentum oriri. Volebant quippe Dei misericordiam extollere, vim et efficacitatem sacramenti ostendere, poenitentis animi gaudium pacemque ob oculos ponere; et quoniam, ut est in proverbio, brevis via per exempla, haec tacitis nominibus suppressisque iis quae peccatorem forte prodidissent, in scriptis proferebant. Etiam nunc licet concionatoribus uti aliquo modo notitia rerum per confessionem acquisita ad parandas apte conciones, dummodo tamen id faciant non modo ita «ut nulli exinde incommodum sequatur, neque scandalum pusillorum sequi valeat» [2] sed ita ut «de submissis in sacramentali confessione clavium potestati» prorsus taceant, ac «ne quid unquam... ad confessionis sacramentalis materiam pertinens... attingere audeant» [3].

Quadrimestrium vero scriptores aliqui satis consultum cum poenitentibus tum sacramento putabant, primo quidem quod nomen poenitentis omniaque quae poenitentis personam quomodocumque prodere quirent, silentio premebant, deinde quod litterae illae neque statim post confessiones, neque in locis ubi res accidissent legendae erant; neque saecularibus aut rudioribus hominibus remque minus

---

[1] Infra, n. 51.

[2] REIFENSTUEL, *Theologia moralis* (ed. Mutinae, 1740), pag. 425.

[3] Instructio Congregationis Sancti Officii, paulo superius allata.

intelligentibus destinabantur, et saepe aut complurium mensium tempus complectebantur, aut ad complura oppida extendebantur, aut e compluribus audita continebant [1]. Denique «Non frangitur sigillum... III. si peccata ita referas, ut, moraliter loquendo, persona innotescere non possit; neque communitas aliqua etiam parua infametur, ut quod ibi talia vitia regnent» [2].

Et tamen, quae hominum labilis natura et exiguum ingenium est, leviores quidam in scribendo fuerunt, in quos S. Ignatius et Lainius animadverterunt. Joanni Pelletario Sanctus Pater scribebat: «Quelle penitentie date non accadeua scriuergli, nè cose simili, per gli rispetti che facilmente occorreno, et la riuerenza del sigillo, quantunche non si scopra manchamento alcuno» [3]. Idem Sto. Francisco Borgiae committit, ut quosdam de hac re moneat: «V. R. mande auiso que sean mirados en el modo de scriuir algunos que scriuen letras edificatiuas, y uienen tanto a specificar cosas de peccados de penitentes, que parece no sea sin algún periuicio del sigillo de la confessión» [4].

Jacobus Lainius, Societatis vicarius generalis, Paulo de Achillis, rectori panormitano: «Nelle quadrimestri però conuiene si ueda quel che scriuano, perche qualche cosa uiene nelle ultime, che pareua portasse qualche preiuditio al secreto. Riueda V. R. la lettera et intenderà quel che dico» [5]. Et paulo post tempore Georgio Passiu, collegii ameliensis superiori: «Circa alcune cose, che scriue de penitenti, questo mi occorre dire adesso: che in tal modo conuiene tener conto col sigillo, che si ben le lettere fossino aperte in Amelia et lecte, non si facessi preiuditio al secreto; et per consultar qua, o scriuere cose di edificatione, si

---

[1] Cf. Bonacina, t. I, pag. 175; Castropalao, parte IV, pag. 170; Elbel, t. III, pag. 318; Croix, t. II, pag. 440.
[2] S. Alphonsus, *Theologia Moralis*, l. VI, tr. IV, c. III, n. 638.
[3] *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, VIII, 96.
[4] Ibid., IX, 366-367.
[5] *Lainii Monum.*, II, 196.

tenga la medesima forma, se non si auessi licentia dalla parte, che allora non ci saria tal pericolo» [1]. Cum autem anno 1560 universae jam Societati summus moderator praeesset, Hispaniae provincialibus haec scripsit: «Estos días se enbió la forma del screuir de cada prouincia. Después acá se offrece occassión de encomendar en particular un punto que en la dicha forma se toca, y es que se escriua de las cosas de edificación, tan sin perjuizio del secreto, que se haga cuenta, que leyéndose en la mesma tierra las letras, no pueda quexarse con razón ninguno de que sea descubierto algún defecto suyo» [2].

Quae dicta prudentissimi conditoris Ignatii et sapientissimi Lainii ut compleamus, en quae in instructione pro scribendis litteris annuis, anno 1594, multo igitur post Ignatii Lainiique tempora, Claudius Aquaviva praecepit: «Cavendum autem ante omnia diligenter, ut quae ad Confessionis Sacramentum spectant, nulla ratione in his capitibus attingantur; omittanturque similiter quae alia quavis ratione secretum postulant et ex quarum narratione iure offendi quisquam possit» [3].

Haec illi. Quanto id magis omnibus inculcassent, si recentissima Congregationis Sancti Officii monita saeculo illo sexto decimo viguissent! Nos igitur, his monitis obsequentes, singulares illos casus in hac quadrimestrium collectione praetermisimus, idque eo libentius, quod ex narrationibus illis parum historiis nostris aut nihil luminis accedit.

His de causis speramus quoque fore ut Monumentorum lectores omissionem hanc boni consulant, quam etiam in opere clarissimi Josephi Hansen *Rheinische Akten für Geschichte der Gesellschaft Jesu* saepe invenimus probamusque.

---

[1] *Lainii Monum.*, II, 646.
[2] Ibid., V, 36.
[3] *Institutum Societatis Jesu*, III, pag. 43.

II. — De quadrimestrium litterarum utilitate

Jam aliqua de Quadrimestrium Litterarum utilitate subjicimus. Ex iis quae de adhibito ab omnibus nostrarum historiarum scriptoribus hoc documentorum genere supra diximus, jure merito conficimus non exiguam esse illorum ad historiam utilitatem.

Huc accedit quod vix ulla res, in qua Societatis alumni operam suam collocarint, pro dignitate tractari sine quadrimestrium auxilio potest. Sacramentorum in templis nostris frequentia; exercitiorum traditio; collegiorum nostrorum institutio, progresus et disciplina, alumnorum numerus et exercitationes, magistrorum nomina, alia multa litteris quadrimestribus illustrantur [1]. Marianam congregationem quamdam Genuae jam anno 1557 floruisse novimus ex litteris mensibus Majo et Junio ejusdem anni ibidem datis. Tirones nostros peregrinationibus obeundis nosocomiisque frequentandis exerceri Granatae solitos esse nos docet Alfonsus Ruiz [2], insignis postea novitiorum Romae magister. Philosophicas disputationes, externorum etiam concursu et argumentis nobiles, eborenses litterae aliaeque non paucae describunt. Certamina litteraria et praemiorum largitionem Olissipone habita Didacus de Bairros depingit [3].

Singulari voluptate ac desiderio quodam afficimur, cum convictuum nostrorum coloniensis et viennensis origimen ordinemque contemplamur [4]. Reficitur animus considerans quantam majores nostri in erudiendis christiana doctrina christifidelibus industriam reposuerint; quo studio aegrotis, praesertim saevienti pestilentia, consuluerint; quoties reorum carcere detentorum non modo animis, sed corporibus etiam opem tulerint.

---

[1] De his rebus agunt epistolae hujus voluminis vix non omnes. Ideo supersedemus exempla indicare. Caeterum uberiorem messem index rerum exhibebit.

[2] Vide epistolam 87.

[3] Vide epistolam 69.

[4] Vide epistolas 39, 43, 58, 73, 81, 85, 110, etc.

Haec et alia hujusmodi quanti ad historiam momenti sint, et omnes intelligunt et auctores historiarum confirmant, cum ex hoc fonte saepe hauriant quae de sociorum laboribus enarrant, id quod loci auctorum superius indicati satis superque comprobant.

Itaque vestigia P. Caecilii Gomez Rodeles, qui in opere *La Compañía de Jesús catequista* Litteras Quadrimestres usurpat centies quadragies septies, sequentur omnes quicunque Societatis Jesu singulares labores variasque vicissitudines erudite pertractabunt.

Ut igitur a recta veritatis via recederet qui historiam simpliciter ex Litteris Quadrimestribus contexere conaretur; sic reprehensione gravi non careret qui has litteras penitus negligendas, sola vero privata monumenta e tenebris eruenda arbitraretur. Nisi forte historia tunc aut solummodo aut praecipue munere fungitur suo, cum arcana hominum consilia in lucem profert, aut tetras conspirationes detegit, aut unum aliquem nescio quem secus ignotum terrae filium, malo pravoque ingenio, insidias matri suae Societati hujusve moderatoribus molientem illustrat: cum autem scholarum ordinem, magistrorum constantiam, discipulorum diligentiam et modestiam, sacerdotum in quotidianis laboribus perseverantiam, exempla denique virtutum omnium imitatione dignissima ante oculos hominum ponit; tunc demum desinit esse magistra vitae.

III.—De hac editione

Adhuc simplicitatis brevitatisque causa sic de quadrimestribus litteris loquuti sumus, quasi hujus voluminis epistolae omnes eo nomine donandae essent. Quoniam vero generis magis quam nominis in conjungendis monumentis rationem haberi oportet, non solum eas epistolas huc congessimus, quae quarto quoque mense, sed nonnullas etiam quae aut singulis mensibus aut oblata singulari occasione, Romam mittebantur, dummodo tamen «quae aedificationis sunt» sive solum sive praecipue continerent.

Jamvero epistolae Romam missae et in reliquas provincias destinatae non prius Roma mittebantur, quam a Polanco, si opus erat, emendarentur. Lectoribus nos rem gratam nec inutilem facturos putavimus, si utriusque textus cognitionem illis praeberemus, exhibitis in ima pagina emendationibus polancianis, in textu autem notatis italica litterarum forma verbis a Polanco deletis.

Praeterea cum per illos annos auctores hispani et itali linguam sibi domesticam in scribendis litteris adhiberent, interdum vero aut ipsi auctores latine et vernacule scriberent aut epistolas easdem alius latine verteret; ancipites haesimus aliquandiu, expediretne magis textum latinum an vernaculum typis describere (nam utrumque textum, ut in prima olim serie fecimus, exhibere, non visum est operae pretium). Ut latinum textum praeferremus, suadebat communior forte lectorum nostrorum latinae linguae cognitio; vernaculum tamen fere praetulimus, quia melius propria lingua animi sensus exprimuntur, facilius rerum et personarum status et conditiones referuntur, plenius eventus enarrantur; Monumentorum vero nostrorum lectores plurimos illarum linguarum peritos esse, partim experti novimus, partim non sine certa ratione conjectura capimus. Si tamen in textu latino aliquid invenimus, quod in vernaculo non reperiretur, suis id locis annotavimus.

Singulas epistolas, ad faciliorem usum reddendum, multis paragraphis distinximus, additis etiam numerorum notis, cum ipsa monumenta, ut notum est, nunquam his notis distinguantur, saepe omni fere interpunctione careant.

Denique, id quod jam ex hujus voluminis titulo constat, omittimus etiam nunc epistolas indicas et brasilienses, quae una cum reliquis ad missiones transmarinas pertinentibus, propriam seriem jamdiu a multis expectatam, non multo post tempore, Deo coeptis nostris favente, proferemus. Interim his quadrimestribus utere, prudens lector, et vale [1].

---

[1] Codices in hoc volumine usurpati penes Societatem Jesu sunt fere omnes. Eorum notitiam in fine invenies.

NOTAE COMPENDIARIAE

add.=additum, additur, etc.
annot.=annotatio.
apogr.=apographum.
A. R. P.=Admodum Reverendus Pater, etc.
Cf.=Confer, conferatur, etc.
B.=Beatus, Beato.
Card.=Cardinalis, Cardenal.
Cod.=Codex.
D.=Dominatio, Dominus, Don (*ante cognomen*=Doctor) Divus, Diva.
Dnus.=Dominus.
Dr. D.or=Doctor.
D. V.=Deo volente.
D. V. P.=De Vuestra Paternidad.
D. V. R.=De Vuestra Reverencia.
D. V. R. P.=De Vuestra Reverenda Paternidad.
e. c.=exempli causa.
e. g.=exempli gratia.
F., f.=Frater.
ff.=folia.
fol.=folium.
Fr.=Frater, Fray.
H., h., H.o=Hermano.
l. c., loc. cit.=locus citatus.
M., M.o, Mro.=Magister, mastro, maestro.
Mtà.=Maestà.
Mag.d, Mag.t, M.d, M.t=Majestad.
M. R. P.=Molto Reverendo Padre, Muy Reverendo Padre.
N. S.=Nostro Signore, Nuestro Señor.
oblitt.=oblitteratum.
omitt.=omittit, omittitur.
op. cit.=opus citatum.
p.=pars, pagina.
pag., pagg.=pagina, paginae.
P., P.e=Pater, Padre.
P.i=Padri.
P. M.=Pontifex Maximus.
P.tà=Paternità.
PP.=Patres, Padres.
P. T.=Paternitas Tua.
praeced.=praecedens.
R., Rdo., Rdus., Reuedo., Rev., Revdo., Rda.=Reverendus, Reverendo, Reverenda.
R. P. T.=Reverenda Paternitas Tua.
R. P. V.=Reverenda Paternitas Vestra.
Rda., Rta.=Recibida, Riceputa.
R. T.=Reverentia Tua.
S., Stus.=San, Sanctus, sacrum, etc.
S. A.=Su Alteza; sine anno.
Seq.=Sequens, sequitur.
S. J.=Societas Jesu.
Soc.=Societas.
S. P. D.=Salutem plurimam dicit.
Sqq.=Sequentia.
S. S., S. S.d, S. Stà.=Sua Sanctitas, Su Santidad, Sua Santità.
S. Sria.=Su Señoría, Sua Signoria.
Sor., Sr.=Señor.
St., Sto.=Sant, Sancto.
T. P.=Tua Paternitas.
T. R. P.=Tua Reverenda Paternitas.
v., vv.=verbum, verba.
V. M.=vestra majestas, vuestra majestad.
V. m., V. mrd.=Vuestra merced.
V. P.=Vestra Paternitas, Vuestra Paternidad.
V. R.=Vestra Reverentia, Vostra Riverenza, Vuestra Reverencia.
V. S.=Vestra Sanctitas, Vostra Santità, Vuestra Santidad, Vuestra Señoría.
vers.=versus.
V. R. P.=Vestra Reverenda Paternitas, Vuestra Reverenda Paternidad.
X.i, Xpo., Xus., etc.=Christi, Christo, Christus, etc.
Xpiano., xpianus.=Cristiano, christianus.

LITTERAE QUADRIMESTRES

1

P. LEONARDUS KESSEL

COLONIA 25 AUGUSTI 1556 [1].

1. *Adventu sociorum Roma missorum gaudent colonienses.*—2. *Magister Henricus Dionysius coram amplissimo auditorio concionem habet.*—3. *Doctor quidam hujusmodi conciones fieri prohibet, sed ab amicis Societatis monitus in aliam mutatur sententiam.*—4. *De sacris ministeriis et scholasticis lectionibus nostratum.*—5. *De quibusdam adolescentibus in Societatem admissis.*—6. *Buscoducenses multum Societati addicti sunt.*—7. *Senatus coloniensis et prior cartusiae Societatis etiam studiosi.*

1. Jesus. Pax X.[i] Postquam diu desyderati Patres ac fratres Roma missi ad nos peruenissent [2], magno cum gaudio in Domino excepti fuerunt non solum a nobis, sed ab amicis omnibus, immo [a] tota Colonia gaudio repleta fuit, eorum aduentui congratulando. Quare diu latitare non potuerunt. Nam illico ipsis praesentibus, fama spargitur per

[a] *Prius* cum.

[1] Ex exemplo coaevo Romae scripto et a Polanco emendato, ut transumpta ejusdem ad varia Societatis collegia mitterentur, in codice *Germ. 142,* unico folio, n. 1; prius 247. Deleta a Polanco, litteris italicis in textu signantur; emendata vero ejusdem Polanci manu in annotationibus exhibemus. Hac epistola idem POLANCUS usus est in *Chronico Societatis*, VI, 416-419. Inventa hac epistola a P. Alfredo Poncelet S. J. et nobis communicata post editas *Lit. Quadrimestres,* nullus aptior locus eam edendi visus est quam initio hujus secundae seriei. Putamus autem eam ad sanctum Ignatium esse scriptam, quia nuncius de illius morte recentior dicitur in alia epistola coloniensi scripta die 3 Octobris sequentis, quam vide, sis, in *Lit. Quadrim.,* IV, 548. Plura huc spectantia invenies in *Epist. Mixt.,* V, 478 sqq.; 503, 550; *Lit. Quadrim.,* loc. cit., 548, 612.

[2] Coloniam die 22 Junii advenerant. POLANCUS, *Chron.*, VI, 416.

ciuitatem theologos romanos aduenisse, qui studia huius achademiae iuuare, aut potius instaurare cupiunt. Tandem rogantur ut in publicum prodeant, et orationem aliquam in studiosorum gratiam habere uelint, quod et libenter fecerunt.

2. Magr. Henricus Dionysius primo incoepit publice declamare latine magna cum omnium satisfactione, de laude uirtutis, in auditorio amplissimo. Idem Magr. Joannes Rethius facturus fuisset dominica sequenti; sed malignus impedimento fuit, qui tales conatus pios summo odio prosequitur.

3. Quidam enim Magr. noster, iam senio confectus, nouam hanc *bonam* consuetudinem ferre non potuit, ut dominicis diebus aliquis nostrum declamaret deinceps, sed per *bidellum* [a] prohibuit, ne tales declamationes fierent; indicauimus amicis; illico R.dus Dnus. Grupperus [1] ad eumdem Magrum. nostrum litteras mittit; similiter Rdus Pr. carthusiae [2]; quibus lectis, totus in aliam mutatur sententiam, excusans se quod ignoranter fecisset, Societatemque non nouisset; promisitque nostris omnem suum fauorem et beneuolentiam in quibuscunque poterit. Gaudebant amici de subita mutatione istius M.ri nostri, qui tam mordicus defendere solet antiquas suas constitutiones; sed ne quis haberet ansam *culpandi* aliquid [b], uisum est amicis, vt germanice inciperent populo concionari, donec in schola theologorum responderint; tum enim ibidem aliquid in sacris praelegere, secundum quod in Domino uidebitur, poterunt, more huius vniuersitatis.

---

[a] apparitorem. *In Chron. autem vocem* bedellum *Polancus adhibuit.* —[b] aliquid reprehendendi.

---

[1] Joannes Gropperus, scholarcus aedis S. Gereonis. De quo dicit EUBEL, *Hierarchia...* III, 38, creatum fuisse cardinalem 13 Januarii 1556, sed dignitatem usque ad mortem recusavisse; eumque obiisse in curia romana 13 Martii 1559.

[2] Gerardus Hammont (Kalckbrenner). POLANCUS, loc. cit. V, 288. Hujus praeclari viri elogium videri potest apud LEVASSEUR, *Ephemerides ordinis cartusiensis,* III, 5 sqq.

4. Mr. Henricus Dionysius dominicis diebus concionatur in quadam ecclesia [1]; Mr. Joannes Rethius [a] diebus festis cum omni satisfactione. Magnum enim habent auditorium.

Mr. Franciscus [2], iam breui in mathematicis aliquid praeleget, in gratiam studiosorum, solet et ipse Magr. Franciscus sexta feria domi nostrae studiosis germanice concionari, ut germanicam linguam addiscat [b]; eisdem diebus aliis unam [c] lectionem in dialectica facit. Magr. Joannes Rethius per horam unam rhetoricam docet.

5. Quatuor studiosos Societatis Romam misimus, quod precibus multis impetrarunt a nobis; numero adhuc 15 remanemus, quinque sacerdotes et 9 Societatis studiosi, cum nostro coquo. Ex istis suo tempore adhuc aliqui Romam mittentur, ut alii in eorum locum recipi possint, qui etiam Societati se libenter darent. Tres adolescentes buscoducenses [3], ex primis ciuitatis, nobiscum sunt, quorum unus 23 annorum iam exercitia spiritualia absoluit magno cum fructu; qui cum antea totus mundanus esset, ut huius mundi nobiles esse *pro magna parte* [d] solent, ita mutatus est, vt omnes sua humilitate et alacritate in Domino uincere ac superare uideatur. Optimis natura*libus dotatus* est [e], ante annos quatuor Louanii methaphisicus fuit. Reliqui duo nobiles ipsius uestigia strenue imitantur, et quantum intelligo, etiam uoto scholasticorum se confirmarunt. Iste et alter duorum sunt nostro Francisco [4] sanguine iuncti. Alius nobilis eiusdem ciuitatis iam breui aderit nobis.

6. Speramus *quod* buscoducenses breui nobis collegium

---

[a] in alia. —[b] plenius addiscat. —[c] una *ms.* —[d] plurimum.
[e] naturae dotibus ornatus est.

---

[1] Templum Stae. Agathae. *Lit. Quadrim.*, IV, 551.
[2] Franciscus Costerus, mechliniensis. Polancus, loc. cit., VI, 418, et 420-421; *Epist. Mixt.*, V, 480.
[3] Ex oppido Buscoduca ('s Hertogenbosch, Bois-le-duc) in Neerlandia. De his cf. *Epist. Mixt.*, loc. cit., 482 sqq.
[4] Franciscus Hemerolus, buscoducensis. Polancus, loc. cit., III, 267.

para*bunt* [a]; nam Societati multum addicti sunt. Nunquam istis in locis auditum est, quod praecipui ac primi ciuitatis sic suos offerrent Societati filios, sicut ista in ciuitate factum est. Nec hoc eis satis est, sed et filiis de omnibus necessariis prouident, et semper prouidere uolunt.

7. Senatus coloniensis bene erga nos affectus est, et ciuitas tota collegium nobis dare intendunt, quamprimum ille rector, qui illud adhuc inhabitat, exierit [1]; quod iam breui futurum est.

Cognatus Mri. Gerardi Brassicae [2] dordracensis (piae memoriae) apud nos etiam exercitia habuit, et se Societati dedit. Est sacerdos natura*libus bene dotatus* [b], diues in temporalibus, sed ditior in piis ac sanctis desideriis. Multis adfuit infirmis et desperatis hominibus, de quibus adhuc multa bona speranda sunt; in confessionibus audiendis etiam satis occupatus fuit.

Reuerendus Pater prior carthusiae cum tota sua familia, ac singulares amici nostri, et Rdus. Dnus. Grupperus cum suis fratribus P. V. plurimam salutem precantur, et reliqui amici omnes, ac P. V. sese commendatos cupiunt. Coloniae Agripinae 25 Augusti 1556.

R. P. V. seruus indignus,

LEONARDUS KESSEL [3].

In fol. 1v. haec alia manu notata habentur; ...[Ingo]lstadio, Parigi, Perugia, Bologna, Ferrara, Loreto, P.^e Francisco, Napoli, P.^e Francisco [*sic*].

---

a paraturos. —b bonis naturae dotibus praeditus.

---

[1] Rector collegii novi, quod nostris datum est, erat Jacobus Leichius. Cf. HANSEN, *Rheinische Akten...*, 261, 286, et passim.

[2] Ex oppido Dordraco (Dordrecht) in Neerlandia, admissus in Societatem 4 Octobris 1552; cum piissime vixisset, obiit 1555. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, IV, 450; et POLANCUS, loc. cit., V, 286-287. De Gerardi cognato cf. *Epist. Mixt.*, V, 483.

[3] Collegii coloniensis rector. In catalogo provinciae Rhenanae anni 1565 de eo dicitur: «Il P. Leonardo Kessel nato in Louanio; nel anno del 1543 in Decembri è riceputo dal R. P. Petro Fabro et compa-

2

JACOBUS PUELLIUS

GANDIA 11 SEPTEMBRIS 1556 [1].

1-4. *Sacra ministeria a nostratibus maximo animarum proventu exercentur.*—5. *Jubilaeus a Paulo IV concessus multos christifideles ad sacramenta percipienda allicit.*—6-7. *Gandienses Societatis Jesu studiosissimi, a qua in necessitatibus adjuvantur.*—8. *Socii collegii gandiensis cum pietati, tum litteris diligentem navant operam.*

1. † Reuerendo in Christo Patri Ignatio Loiolae Jacobus Puellius [2] S. P. D. Gratia et pax Domini Iesv Christi sit semper tecum, amen. De omnibus rebus, quae hic aguntur, quaeque acta sunt auxilio Dei per Patres ac fratres

---

gni in Louanio. Nel mese di Gianaro del 44 andò a Coimbria doue alli 24 del Febraro fece il voto delli scholari; nel medesimo anno è tornato a Colonia, doue nel anno de 1553 nella chiesa di Santa Vrsula, fece professione di quattro voti. Auanti che entrò nella Compagnia era prete di messa et capellano in Santa Gertrude in Louanio. Tornato da Coymbria a Colonia, a odito il curso di arti, et dal anno di 1546 è stato Padre di fameglia in Colonia et al presente è superintendente dil collegio. Molti per metzo suo sono intrati nella Compagnia. Ha patito molte persequutioni in Colonia et anchora in Nouiomago doue fu essule; pur di tutti li ha liberata la verità vera. E di età di 46 anni.» Cod. *Rhen. inf. 37,* fol. 1.

[1] Ex autographo (?) in codice *Hisp. 96*, unico fol., n. 171; prius 484. Annus quo haec epistola scripta est, in ea non notatur. Proculdubio anno 1556 adscribenda est, cum incepta fuerit paulò antequam nuntius mortis Sti. Ignatii Gandiam pervenisset, et clausa quo tempore Lainium vicarium generalem nominatum fuisse ibidem notum erat, ut ex epistolae inscriptione eruitur. Vide insuper pag. seq. ann. 1.

[2] De Jacobo Puelles haec notantur in catalogo collegii barcinonensis anni 1565: «El P.e maestro Diego Puelles, natural del Alcolea de Aragón, entró en la Compañía en Valentia en el año de 1554, siendo de edad de 28 años. Antes de entrar estudiaua medicina, y era ya bachiller en élla. En la Compañía lo an graduado de maestre en Artes, y a oýdo algunos tres años theología. Es muy lindo latino y rhetórico y griego, y a leýdo latín en Gandía y Murcia algunos años; y griego a leýdo tres o quatro años en Murcia. Es muy benigno y manso. Tiene mediano púlpito. Es buen confessor. En la Compañía le hizieron sacerdote. Es hombre de mucha virtud y edificación. Tiene hechos los votos de los dos años.» In codice *Aragon. 15.* fol. 11 r. Cf. etiam POLANCUM, *Chron.*, V, 365, annot. 4.

huius nostri collegii gandiensis his quatuor mensibus proxime praeteritis, admodum Reuerende Pater, his literis breui te faciam certiorem.

2. Magna est hominum multitudo, quae solet diebus dominicis atque festis ad nostras aedes sacras conuenire, tam percipiendorum sacramentorum causa, quam audiendarum concionum. Habentur enim in nostro templo perpetuo diebus dominicis sacrae conciones, et aliis celeberrimis festis, in quibus ad vesperam ibidem doctrina christiana cum explanatione diligenti articulorum fidei, praeceptorum legis et Ecclesiae docetur publica concione.

3. Instruuntur praeterea in eadem doctrina praedictis diebus absoluta concione pueri, cui non erubescunt interesse maiores natu; quam illi cantitant (quo facilius in animum illabatur) cantu remisso, suaui, et rei propositae maxime accomodato.

4. Qui ad nos frequenter, gratia confitendi peccata, et percipiendae sacrae communionis accedunt, sunt amplius ducenti: ex quibus alii octauo quoque die, alii quinto decimo, alii quotoquoque mense idem praestant; vt taceam alios qui eisdem sanctis studiis alibi incumbunt: quod mirandum est, in oppido praesertim tam exiguo.

5. Cum in pentecoste jubileus ad nos missus indiceretur [1], numine Dei factum est, vt eo tempore plus quadringentis perciperent eucharistiam in nostro templo. Quod si nostri et aliorum templorum summam velimus facere, fuerunt amplius mille et quingenti.

6. Cunctus hic populus est valde addictus Societati, praesertim huic collegio nunc magis quam vnquam fuerit; ad quod fit frequens concursus multorum flagitantium nostram operam, quam Patres, oblata occasione, libentissime praestant. Solent enim accedere ad aegros volentes confiteri peccata sua; quibus si contigerit animam agere, etiam praesto sunt.

---

[1] «Jubilaeum etiam, a Paulo IV pro pace inter principes christianos concessum, ad varia loca missum est.» POLANCUS, *Chron.*, VI, 16.

7. Multi discordes per eos ad concordiam reducuntur: lites inter coniuges componunt: aliis studio, consilio fauent: tot tantisque denique calamitatibus succurrunt, vt hoc nostrum collegium profugium miserorum censeatur.

8. Studia solita orationis, obedientiae et literaria sunt assidua, quemadmodum hactenus fuerunt, cum mutuo amore fraterno: pro quibus atque aliis maximis beneficiis in nos collatis, Deo, a quo omnia proficiscuntur, agimus gratias maximas. Faxit ille, pro sua singulari erga nos clementia, vt, quae ipse vult, cognoscamus, cognitaque praestemus. Vale. Gandiae tertio idus Septembris.

Inscriptio alia manu. † Al muy Rdo. Padre el Padre maestro Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús. Roma.

3

FRANCISCUS MORALES

EBORA 31 DECEMBRIS 1556 [1].

1. *P. Leo Enriques collegio eborensi praeficitur.—P. Marcus Georgius Conimbricam missus.*—2. *Post vacationes studiorum cursus inchoatur.—Praeceptores variarum facultatum recensentur.*—3-5. *Fructus ex studiis litterarum percepti.*—6. *Cardinalis Henrici erga Societatem amor et benevolentia.*—7-9. *Sacra ministeria fructuose exercentur.*—10. *Religiosa vita et regularum observantia in sociis mirifice floret.*—11. *Novae fabricae aedificio collegii accedunt.*

1. † Jesus. Reuerendissime Pater. Ea quae his quatuor mensibus diuina bonitate apud nos gesta sunt, *Pater in Christo uenerande*, ut mos est, breuiter his literis exponemus. In primis igitur, ut temporis ordinem sequamur, Pater Leo [2] ad nos uenit mense Septembri, a Patre praeposito [3] missus, tum ut rector esset, tum etiam ut con-

---

[1] Ex autographo in codice *Lus. 51,* ff. 13-14; prius pag. 94-96. Aliud exemplum latinum invenitur in ff. 15-16. Hac epistola usus est Polancus in *Chron.,* VI, 730.

[2] P. Leo Enriques.

[3] Lusitanae provinciae praepositus erat P. Michaël Turrianus.

scientiae casus exponeret, qui antea a Patre Marco Georgio, qui Conimbricam reuocatus est, exponebantur [1]. Eius aduentus nos summopere recreauit. Is ergo post paucos dies frequenti auditorio casuum expositionem est aggressus, maxima eorum, qui audiunt, approbatione. Qui etiam singularem eius in ea facultate doctrinam et scientiam admirantur, maxime cum quaerentibus tam docte et enucleate illum respondere uident. Quare frequentes adsunt, illum attentissime audiunt, et perstudiose multis de rebus rogant; ex cuius doctis responsis [a] eruditaque casuum expositione magnum sane capiunt fructum.

2. Illo autem mense et parte superioris propter maximos calores, tum etiam quia multi aegrotarunt, uacationes in humanitatis scholis fuerunt. Verum dies aliquot ante calendas Octobris, Pater Leo studia reuocare coepit, ut ante mensem Octobrem discipuli examinari possent. Quod ita a magistris factum est. Die uero ipso cal. Oct. ut gimnasii nostri institutum postulabat, a fratre Conspaeano [2] habita oratio est, cui interfuit magna uirorum et nobilium et doctorum multitudo. Inter quos aderat is qui, principe cardinali absente, ipsius fere obtinet locum, quem prouisorem dicimus [3], cum multis aliis canonicis et sacerdotibus. Aderant praeterea monachi dominicani et augustiniani. Ea

---

[a] *correctum ex* responsionibus.

---

[1] «Quia P. Marcus Georgius in Universitate Conimbricensi magno in pretio quod ad philosophiam attinet haberetur; ideo bona cum venia Cardinalis, Ebora Conimbricam translatus est, ut hoc anno cursum artium inchoaret.» POLANCUS, loc. cit., VI, 751.

[2] Joannes Conspeanus. Cf. POLANCUM, ibid., VI, 730.

[3] Provisor iste, in Monumentis ante hoc tempus a nobis editis, dictus est subinde, idem esse qui episcopus targensis, suffraganeus vel coadjutor cardinalis Henrici, Emmanuel Sanchez vel potius Santos. *Epist. Quadrim.*, IV, 154, et POLANCUS, *Chron.*, VI, 730, annot. 1; sed obstat locus hic ipse Polanci, locus paulo inferior in hac epistola, et pag. 155 in *Epist. Quadrim.*, IV, ubi provisor seu vicarius ab episcopo targensi distinguitur.

igitur oratione perorata et ab omnibus attentissime jucundissimeque audita propter eius et uariam rerum copiam, et splendidum ornatum uerborum, dialogus quidam actus est, festiuus simul et mordax (si tamen uitia reprehendere, mordere dicere possumus). In illo enim hominum uitia, maxime auarorum, notabantur cum aliqua jucunditate et sale. Ex quo factum est, ut risus fletum, et fletus risum exciperet. Quibus rebus illo die satis ex animi nostri sententia peractis, postridie illius diei literarum studia exerceri coeperunt, his praeceptoribus ad docendi munus constitutis: in prima schola fratre Conspaeano, in secunda Patre Cabreria [1], in tertia fratre Rego, in quoarta fratre Raphaële [2]. Philosophiae uero cursus coeptus eo ipso die non est, quoniam ita princeps cardinalis, qui Olisippone commoratur, constituerat. Breui enim se huc uenturum sperabat; quapropter artium liberalium principium ad suum aduentum reseruari uolebat. Cupiebat namque fundamentis illis philosophiae iaciendis interesse, quo maiorem animi uoluptatem caperet. Sed cum id quod summopere cupiebat, propter maximas occupationes quibus Olissippone distinebatur, se efficere non posse uideret, huc literas misit, quibus se excusans, cursum incipi iubebat; quibusque etiam prouisori commendabat, ut ipse cum aliis uiris doctis adesset. Itaque factum est. Paucis enim a calendis Octobris interiectis diebus, philosophiae cursus incoeptus est, praesente magna doctissimorum hominum corona, inter quos erat episcopus Targenssis. Qui quidem omnes, principio illo audito, multis uerbis significarunt sibi et professorem, et docendi illam rationem uehementer placere, atque ita ualde delectati (ut uidebatur) discesserunt. Quae opinio quotidie magis magisque confirmatur, non solum discipulorum testimonio, sed

---

[1] P. Andreas de Cabrera, cujus examen habes in *Epist. P. Nadal,* II, 536.

[2] Is videtur fuisse Fr. Raphaël Texeda, cujus examen (notae) invenitur in *Epist. P. Nadal,* loc. cit., 580.

etiam externorum. Habentur enim singulis diebus sabati [a] disputationes, praeter eas quas inter se discipuli quotidie habent, ad quas nonnulli alii ueniunt, a quibus contra disputatur, quod item a Patre Leone nostrisque nonnullis fit. Ex quibus aliisque exercitationibus magnos fructus discipuli percipiunt.

3. Praeter hos praeceptores, quos supra nominaui, adest etiam frater quidam quasi subsidiarius miles, ad eos casus paratus, qui saepe euenire solent, et ad eos examinandos, qui fere quotidie discendi gratia ad nostras scholas ueniunt. Ex quo fit, ut in dies singulos discipulorum crescat numerus; et multo maior fore uidetur, si hoc anno agri spem futurae ubertatis coeperint ostendere.

4. Hi, qui sunt fere trecenti, diligentissime docentur, non solum literas, sed etiam uirtutem; et in utroque non mediocres faciunt progressus. Peccata namque saepe confitentur, et sacrosanctum Christi corpus frequenter accipiunt.

5. Adhibetur autem a magistris summa cura et diligentia in eorum animis tum literarum eruditione ornandis, tum etiam christiana pietate imbuendis. Qui quidem labor, ut multis signis iudicare licet, maximo cum fructu suscipi uidetur. Faciat Deus Opt. Maxi. ut haec omnia ad honorem ipsius laudemque dirigantur. Hactenus de scholis.

6. Principis autem cardinalis erga nos animum, etsi multis iam literis hinc missis tibi, Pater colende, satis cognitum perspectumque esse confidimus, tamen illius in nos singularis beneuolentia efficit, ut nullas literas sine tanti amoris mentione ire patiamur. Maxima enim nos humanitate liberalitateque complectitur, omnia nostra grata illi atque iucunda sunt. Nec solum praesens multa nobis singularis cuiusdam amoris signa ostendit, sed multo id magis absens literis, quas ad suos mittit, significat. Quibus etiam saepe imperat, ut diligenter prouideant ne quid nobis desit.

---

[a] *Prius* Saturni.

Itaque omnia liberaliter subministrantur. Iam uero si quis suorum hinc Olisipponem peruenit, primis fere uerbis de fratrum ualetudine, deque rebus nostris rogat, atque etiam de nobis multa saepe satis iucunde loquitur. Denique diligenter dat operam, ut hoc suum collegium, cuius aedificio literarumque studiis uehementer delectatur, quam primum reuisat. Quod iam diu fecisset, nisi maxima totius regni negotia illum Olisippone tenuissent. Sed tamen breui eius aduentum expectamus, atque speramus fore, ut non mediocrem capiat laetitiam, cum praesens uiderit eum, qui nunc est, scholarum statum, quem ille quidem florentem uidere quam maxime cupit, ob eamque rem multos quotidie ad literarum studia munificentissime inuitat. Nam triginta sacerdotes conscientiae casus audiunt, et dialecticam uiginti, quibus singulis, ut diligenter studeant, quotannis triginta aureos *liberalissime* elargitur. Iisdem uero atque aliis, si se uiros praestiterint, maiora multa pollicetur praemia. Ex quo facile apparet qualis eius in nos sit animus, cum tam multos doctrinae nostrae alumnos esse non solum cupiat, sed omni ratione curet. Quapropter Deum Opt. Max. precamur, ut principem christianissimum semper in ea uoluntate conseruet, eique tali animo dignum praemium persoluat.

7. Iam uero, ut ad domestica ueniamus, primum sacerdotes omni cura et diligentia cum magno animorum fructu partem sibi traditam tuentur. Multorum enim quotidie confessiones audiunt, multis sacrosanctum Christi corpus administrant, multos etiam suis monitis a uitae prauitate ad uerum Dei cultum et pietatem uere christianam conuertunt. Atque saepe in die ab aegrotis accersuntur, quos uel peccata confitentes audiunt, uel tristes consolantur, uel morbo afflictos confirmant, uel etiam a uita decedentes adiuuant. Saepe etiam inopes et egentes inuisunt, eosque diuitum bonorum misericordia sustentant. Nonnunquam custodiam publicam adeunt, et ea uinctis tum sermone, tum etiam opere praestant, quibus quemque maxime egere uident. Nam hos ad animi sui salutem patientiamque hortantur, illos a

perdita uiuendi ratione reuocant, his moerentibus consolationem adhibent, illos iam fere desperantes ad optimam spem erigunt, aliis uero aquam ex fonte publico apportant. Quibus ex rebus magna ab illis [a] Deo Opt. Max. laus gloriaque tribuitur.

8. Contiones uero de doctrina christiana singulis diebus dominicis tempore pomeridiano in nostro templo habentur, ad quas tanta ex tota urbe uirorum ac mulierum confluit multitudo, ut eos templum, licet mediocre sit, capere non possit. Itaque maximis ex his concionibus animorum capitur fructus, quem et assiduae illorum confessiones, et sacrosancti Christi corporis frequens communicatio, amor, et ueneratio facile declarant. Tria sunt monasteria sanctimonialium, quae a Patre rectore mirum in modum summaque contentione petunt, ut ad se Patres mittere uelit a quibus ad omnem uirtutem ac sanctimoniam instrui possint.

9. Vnaquaque hebdomada magnus uirorum mulierumque numerus in nostro templo de peccatis confitetur, iidemque Christi corpus sumunt, inter quos multi nobiles, multi etiam magnae autoritatis uiri. Nullum enim fere in tota urbe est templum quo se plures uiri nobiles conferant, maxime ad peccata confitenda. Et qui semel apud nostros peccata sunt confessi, non solum iterum ac saepius idem faciunt, sed etiam obligatos se quodammodo esse existimant ad omnino honestissime uiuendum. Vnde fit, ut etiam a minimis erratis quam diligentissime caueant; et illa quae antea approbabant, nunc fugiant ac execrentur. Denique uirtutes illas uere christianas maxima cura studioque sectantur. Christus Opt. Max. eis constantiam tribuat, qua uitiis omnibus superatis, liberi et expediti in uirtute progrediantur.

10. De nostris haec scribenda occurrunt. Omnes, tam sacerdotes quam fratres, regulas nostras diligentissime seruant; et quanuis ita sit, tamen poenitentiae non desunt,

---

[a] *Haec 2 vv. Polanci manu addita sunt.*

quas illi aequissimo animo libentissimoque suscipiunt. Itaque magno animo ad omnia parati, quicquid imperatum est, id alacriter exequuntur. Et licet uirtutes omnes studiose complectantur, tamen in obedientia, quam peculiarem Societatis nostrae uirtutem esse intelligunt, ita se gerunt, ut excellere uideantur. Christus Opt. Max., cui se tam fideliter tradunt, eos ad optatos exitus prouehat. Quod autem ad eorum ualetudinem attinet, quanquam multi superioribus mensibus in uarios morbos inciderunt, omnes tamen hoc tempore ualent, uno excepto, qui etiam, ut uidetur, breui ex morbo recreabitur.

11. De collegii uero aedificio nihil scribendum hoc tempore uidetur, quoniam iam omnia ad te scripta esse arbitramur. Illud tamen, quod postea additum esse credimus, adiungemus. Habemus in medio peristylo fontem ex marmore, miro opere constructum, ex quo non parua uis aquae belle sane fluit. Cuius jucundo aspectu locus ille totus, licet iam esset structura sua gratus, propter multas quibus ornatus est marmoreas columnas, tamen multo est factus laetior. Tres praeterea scholae aedificatae sunt, quarum una in qua philosophia exponitur, iam perfecta est; reliquae duae nondum plane sunt absolutae. Verum cum princeps cardinalis Olisippone uenerit, omnia, ut speramus, absoluta perfectaque habebimus. Haec sunt, Pater colende, quae nobis scribentibus occurrunt; reliquum est, ut te oremus ne in precibus sacrificiisque sanctis nostri obliuiscaris, ut a te, ut aequum est, adiuti pro nomine Jesu haec recte exequamur, et ad alia maiora toto pectore aspiremus. Datum Eborae pridie calendas Januarii 1557 [1].

Iussu Patris Leonis,

† Franciscus Moralis [2].

---

[1] Annus videtur alia manu additus. Revera epistola scripta fuit anno 1556. Cf. *Epist. Quadrim.*, IV, 451, 520.

[2] De hoc fratre cf. Polancum, *Chron*, VI, 279; *Litterae Quadrim.*, loc. cit., 451.

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Christo Padre el Padre Doctor Diego Laýnez vicario general de la Companha de Jesu en Roma.

Alia manu. 1557.—Eborae.—Quadrimestres pridie Kal. Januarias.—Emendata. Spedita per tuto.

4

DIDACUS BAIRROS

OLISIPONE INITIO ANNI 1557 [1].

1. *Sociorum in virtutibus progressus et valetudo.*—**2-5**. *Sacerdotum sacra ministeria.*—**6-10**. *Litterarum studia, eorumque publica specimina.*—**11**. *Regiae curiae erga Societatem benevolentia.*

1. † Jhus. Gratia Domini nostri Iesu Christi adsit semper animis nostris. Amen. Scribam, Rde. [a] Pater, quemadmodum praecepit sancta obedientia, quae his proximis quatuor mensibus Dei Opt. Max. beneficio, per nos, licet uilia instrumenta, in collegio diui Antonii acta sunt. Primum omnium, Patres et fratres strenue progressi sunt in uinea Domini studentes nostris constitutionibus acque regulis congruenter uiuere, hisque muneribus fungi quae ab obedientia praescribuntur. *Quod ad ualetudinem attinet, incommoda interim et nonnumquam periculosa usi sunt, sed Dei munere iam confirmari et conualescere uidentur.*

2. Ad conciones, lectiones [b] doctrinae christianae atque confessiones [c] fit mediocris concursus, benedictus Deus.

3. *In concionibus, quae non semper sed aliquando in nostro collegio habentur, exercitantur Patres, qui tunc*

---

[a] *Emendatum ex* R.me *hic et infra.* —[b] et lectiones. —[c] confessiones et eucharistiae perceptionem.

---

[1] Ex originali in codice *Lus. 51,* 2 ff., nn. 21, 22; prius 105, 106, 107; quod saepius emendavit, multis obliteratis, ignota nobis, sed coaeva manus. Nos autem italicis litteris deleta signamus; emendata vero adnotamus. Quamvis epistola anni notatione careat, videtur tamen ineunte anno 1557 scripta.

temporis ex diui Rochi [1] *ad nos ueniunt: in lectionibus autem asiduus est Pater Marcus Prancudo. Doctrinae materia auditorum utilitati et tempori semper accommodatur, ad eamque audiendam multi accedunt, multique utriusque sexus, audito sacro et concione, corpus Dominicum accipiunt magno feruore et magna animorum tranquillitate, ut in ipso accipiendo plane perspicitur: benedictus Deus, a quo omnia bona emanant.*

4. Quotidie audiuntur confessiones, in quibus Dominus mutandi in melius uitam atque frequentandi sacramenta desideria incendit: audiuntur confessiones male ualentium, morientium etiam habetur ratio, denique in tanta hominum multitudine nunquam desunt laborandi occasiones in Dei gloriam et proximorum emolumentum.

5. *Sentitur utilitas ex consuetudine spirituali profecta, et aliquando deest nobis opportunitas satisfaciendi omnium uotis.*

6. Quod attinet ad literarum studia, *omnes et in uirtutibus et in literis procedere uidentur:* ineunte Otobri, diui Remigii natali, per aliquot dies intermissa *studia* renouamus [a], magna animorum et praeceptorum et discipulorum contentione. A praeceptore primae classis [2] oratio mane habita est in trium linguarum laudem, quae auditorum animos, quorum maximus erat concursus, cum ad literarum studia, tum ad uirtutes inflamauit; inter *quos* [b] aderant doctissimi uiri, consules huius ciuitatis et alii diuersae conditionis homines, a quibus ita laudata est, ut dignam quae typis mandaretur dicerent; uesperi autem declamationes a quibusdam primae classis habitae sunt, ad quas audiendas *maximus* etiam *hominum coetus fuit* [c], omniaque magno *theatro* peracta sunt [d] *et cum omnium aprobatione.*

---

[a] ea intermissa renouauimus. —[b] inter ceteros. —[c] plurimi etiam convenerant. —[d] magno applausu peracta sunt.

---

[1] Domus professorum olisiponensis.
[2] Erat is magister Vanegas. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 735.

7. Peristylum in quo huiusmodi acta singulis annis haberi solent, exornatum erat tapetibus, *aliis ornamentis magnificis* parietes *uestiebantur*, multis *praeterea* carminibus [a], *tam parietes*, *quam collunae* [b] decorabantur. Enigmata quoque uaria tapetibus *erant defixa* pulcherrimis figuris depicta [c], ad quae maximus fiebat hominum accesus, cum uidendi figuras, tum diuinandi gratia, ut diuinatas sibi opes acciperent; ad quod non parum picturae pulchritudine et forma excitabantur. Quaedam praeterea ex his postea a Patre ad regem [1] (nam id postulauerat) delata sunt.

8. Sequenti uero die aggressi sunt praeceptores de more *prae*lectiones explicare *compossitis classibus, factaque discipulorum migracione*, *unoquoque in suo loco collocato habita ingeniorum ratione* [d].

9. Multi *de nouo* tunc temporis [e] uenerunt, ut nobis darent operam, quotidieque eorum numerus augebatur. Praefectus gymnasii, ut discipuli ad studia literarum incitarentur, constituit ut singulis mensibus bis aut ter inter se priuatim de primatu loci contenderent; quod faciunt maximo animi ardore: dictanturque a praeceptoribus statis diebus huius rei gratia themata, et si aliquando forte praeceptores obliuiscuntur, ipsi efflagitant sibi themata proponenda, ut certamina fiant; et si aliquando aliquis ab alio superatus mouetur suo loco, tanto pudore suffunditur, ut aliquando collachrimetur, confugiatque ad praefectum, pollicens se praeparatiorem postea futurum ad haec çertamina, aduersariumque suum, si posset, superandum curaturum; quos praefectus consolatur, eisque animum addit ut suis aduersariis *parem gratiam* referant [f]. Decreuit praeterea ut

---

[a] parietes uero et columnae multis affixis carminibus. —[b] *Perperam emendatum ex* columnae. —[c] ipsis tapetibus pulcherrimis figuris depicta appenderamus. —[d] suas lectiones explicare, collocatis prius discipulis ut ingenia [ingenii *ms.*] id postulare uidebantur. —[e] Multi tunc primum temporis. —[f] ut de suis aduersariis alias uictoriam referant.

---

[1] Joannes III.

singulis in classibus crearetur unus, fidus et honestus, qui nomina absentium in album referret, quorum ratio praeter illam quae a praeceptoribus quotidie exigitur, ab ipso praefecto in fine uniuscuiusque mensis exigeretur; quod non parum emolumenti illis attulit: nam antea non erant assidui, imo aut in re familiari ocupati, aut aliis negotiis impediti saepissime desiderabantur. De his absentiis parentes priuatim a praefecto fiunt cerciores per correctorem aut per alium fidelem nuncium, ex quo non paruam laetitiam edificationisque exemplum accipiunt, cum uideant filios suos tantae esse nobis curae, nihilque nisi eorum profectum querere.

10. Procedente autem tempore, tribus iam decursis mensibus, uolens Pater praefectus discipulorum animos iterum ad studia incitare, praecepit praeceptori secundae classis ut componeret aliquid ad natalem Domini accommodatum; qui dictis Patris obediens, compossuit quandam eclogam in qua inducebantur 4 pastores, angelus et Iosephus et Maria (erat enim historiae euangelii congruens, eruditionis et laetitiae spiritualis plena, tempori et discipulorum desiderio seruiens); acta est ab eiusdem classis discipulis die circuncisionis Domini; quae delectauit mirum immodum auditores; et non solum ad diuinum amorem, sed etiam ad literarum studia eorum animos inflammauit.

Locus autem in quo solent huiusmodi literarum ludi populo exiberi, erat pulcherrime ornatus; in extrema eius parte suggestum erat constructum textili fflagulo stratum *magnificisque operibus parietes* uestiti [a]; *omnia tamen ut decere uiderentur*. Ad eam audiendam factus est maximus hominum concursus, inter quos uenerunt tres praetores huius urbis, multique praeterea uiri nobiles et *literati* [b]; ex quibus quidam dixit debere omnes huius ciuitatis doctos nobis sumptus suppeditare, ut certis quibusdam anni temporibus similia spectacula illis praebere possemus. *Deni-*

---

[a] parietes autem tapetibus uestiti. —[b] et eruditi.

que huius rei fama et rumor usque ad aures regis peruenit; nam multi ex *eius* curia regia tunc ad nos *uenerunt* causa uidendae huius eclogae; cantores *quoque ex eadem curia,* qui *nobis diuersi generis musicae concentus effecerunt*, *omniumque aures oblectarunt; nihil tamen quod non cum honestate et diuino cultu coniunctum uideretur* [a].

Haec autem spectacula maxime omnibus placuisse hinc facile est intelligere, quoniam sequenti die multi ex aliis scolis ad nos uenerunt, ut nobis operam darent, et quotidie ueniunt, et quidam ita in literis prouecti, ut possint in prima et in secunda classe uersari.

11. Paucis post diebus rex significauit se uelle nostram eclogam uidere; Pater autem rector, ne eius uoluntati deesse uideretur, quamprimum agendam curauit. Acta rege, regina [1] et principe [2] presentibus, accesit Pater [3] ad regem ut daret illi quaedam in laudem principis pueri Iesu, qui, acceptis carminibus dixit omnia sibi placuisse. Non scribam quam humanus, quam benignus erga nos sit, quantoque amore et beneuolentia nos prosequatur; quoniam iam tibi, Rde. Pater, notum esse arbitror. Faxit Deus ut concitatae de nobis opinioni semper respondeamus.

Haec sunt, Rde. Pater, de quibus te certiorem fieri existimauimus. Cum plura scribenda se obtulerint, scribemus. Quod reliquum est, te nos tui filii suppliciter obsecramus ut tuis precibus et sanctis sacrificiis Deo nos commendes, ut gratiam suam nobis concedere dignetur ut perfecte *suae* [b] sanctae uoluntati pareamus [c].

---

[a] Multi etiam ex curia regia tunc ad nos causa uidendae huius eclogae uenerunt, nec non et ipsius cantores, qui musicis concentibus rei finem imposuerunt. —[b] eius. —[c] *Add. alia manu* uidetur data in.° anni 1557.

---

[1] Catharina Austriaca.

[2] Sebastianus.

[3] Rector collegii, cui alludere videtur, erat P. Alphonsus Barretto. *Epist. Mixt.*, V, 500.

Ex comissione Patris viceprouincialis Francisci Anrriques [1],

Didacus Bairos [2].

Inscriptio. † Al mui Rdo. en Chro. P.e el P.e D. Diego Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús. Em Roma.

5

PETRUS SYLVIUS

PRAGA INITIO ANNI 1557 [3].

1. *Epistolae ratio.*—2. *Patres ac fratres omnes ad perfectionem christianam enixe contendunt.*—3-9. *Puerorum ad scholas nostras confluentium numerus crescit. Eorum institutio et ordo scholarum talia sunt, ut ex hussitarum scholis multi pueri ad nostras transeant.*—10-11. *Bohemorum erga nostrates affectus.*—12-13. *Nobilium foeminarum pietas.* -14. *P. Vrsmarus collegium tam sapienter regit, ut et nostratum et externorum benevolentiam et amorem sibi conciliaverit.—Catholicorum senatus, tam saecularis, quam ecclesiasticus, Societatem summa benevolentia prosequitur.*—15. *De P. Canisio.* -16. *Pater rector ad monasterium oibinense pergit.*—17. *Duo opera misericordiae a sociis praestita.*—18. *De vocatione Adalberti bohemi.* —19. *De nonnullis adolescentibus ad Societatem admissis. De aliis ad nostros inclinantibus.*

1. † IHS. Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen. *Quoniam multis de*

---

[1] Cum P. Michaël de Torres, provincialis, Romam ad generalem ordinis conventum ire cogitaret, viceprovincialem reliquit P. Ignatium de Azebedo, et hoc absente ex Olisipone, P. Franciscum Enriques. *Epist. Mixt.,* V, loc. cit. Ineunte anno 1557 P. Torres versabatur in Hispania. *S. Franciscus Borgia*, III, 274.

[2] Professor humanitatis, ut videtur. In catalogo collegii eborensis anni 1565 haec de eo dicuntur: «P. Diogo de Bairros, natural de Tauira del Algarue, ha 15 annos que está en la Comp.a y 13 que hizo los uotos. Antes de entrar estudiaua humanidad. En casa leió algunos años lo mismo, y estudió el curso, y se hizo maestro en artes, y ha dos que oye theología; tiene buena habilidad; es de 3 — [*secundus numerus legi nequit*] años; y confiessa a las uezes.» In margine scriptum est: «30 de Março de 1550», qui videtur esse dies ingressus in Societatem.

[3] Ex autographo a Polanco emendato, in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 7, 8. Deleta a Polanco in textu, litteris italicis notamus; emendationes autem, in annotationibus exhibemus. Aliud exemplum juxta emendationes invenitur in ff. 5-6.

causis conuenit, Rde. in Christo Pater ac magister Jacobe Laynez, ut iuxta hactenus obseruatam *ac laudabilem* aliorum nostrae, *imo Iesv*, Societatis collegiorum consuetudinem, quae hoc proxime elapso quadrimestri diuina bonitas per suos, *licet inutiles et* indignissimos seruos, hic operari dignata est breuiter *istuc per*scribamus; *istis iam literis* quaedam *Dei opera*, prout labili memoriae sese offerent, ad maiorem *suae* [a] gloriae commendationem, qua decet fide, recensebimus. Et *quo compendiosius et suo quaeque ordine dicantur,* primum spiritualis collegii pragensis statum, *deinde foelicissimum* [b] nostrae scholae successum, *ad extremum* [c] uero nonnulla, *ut uidentur*, *extranea, sed* quae *horum utrisque communia sunt*, *ac* non *dico* [d] pragensi reipublicae, sed etiam *inclyto* totius Bohemiae regno, fructus *quam plurimos et uberrimos* [e] adferunt, enarrabimus.

2. Principio igitur siue *Rdos. P.es ac charissimos* fratres omnes simul [f] ob oculos pono, siue etiam eorum quemlibet seorsum contemplor, non possum non [g], quod res est, *libenter ac ingenue profiteri, et omnes pariter* [h] maximis conatibus, conculcato *iam* Sathana, ac spretis omnino mundi carnisque illecebris, ad ueram christianae uitae perfectionem ueluti certatim *(mirum dictu*, *sed uisu iucundius)* ita contendere, ut *impetuosissima* [i] quadam, *sed laudabili* uiolentia regnum coelorum expugnare [j] uideantur, et in suo *unumquemque etiam* [k] iuxta obedientie praescriptum *offitio* [l] uersari, *ut et perpetuo suae meminerit uocationis*, *et tam abominabilem bohemici regni calamitatem*, *et abominationem tam calamitosam, deplorare nunquam desinat. Omitto iam quam* [m] utiliter et pulchre cum pietate honestas etiam disciplinas *domesticis* tum lectionibus, tum aliis exercitiis optimis coniungunt [n]...

---

[a] diuinae. —[b] ac. —[c] deinde. —[d] solum. —[e] non exiguos.
[f] nostros simul. —[g] non fateri. —[h] eos. —[i] sancta. —[j] *Hoc v. supra vers. addit. eadem Sylvii manu.* —[k] quisque officio. —[l] strenue. —[m] ac. [n] *Sequuntur 7 versus nullius momenti a Po. oblitt.*

3. Puerorum [a] grex hactenus, aspirante Dei gratia, et singulari praeceptorum industria, *non pragensibus modo baronibus ac ciuibus, sed et totius regni ciuitatibus, manifeste mirum in modum accreuit, imo* magis magisque in dies accrescit, etiam saeuiente aquilonis asperrimi bruma, ut *maximam* numerosissimae *pubis* [b] spem non inmerito in aestatem concipiamus. Hoc uero hyemis tempore istos, quos plus minus ducentis habemus, in quatuor classes distribuimus, *quarum infimae, quae prima literarum elementa cognoscere et in syllabas conflare docet, Gaspar Crigher* [1]; *secundae ubi legere discunt, Bartholomeus* [2]; *tertiae in qua primis declinationum ac coniugationum caeterorumque orationis partium rudimentis assuescunt, Florianus* [3]; *quartae uero quae grammaticam Despauterii ac Ciceronis epistolas, adhibitis pulcherrimis tam linguae quam stili exercitiis, profitetur, Balthasar* [4] *praefectus est.* Suae uero quisque praeceptor classis curam tam diligentem gerit, ut iam non Praga solum, sed et tota Bohemia, mirabilem quandam nouae cuiusdam scholae apud S. Clementem erectae in pueris erudiendis diligentiam sonet.

4. *Quid quod* hinc cum hussitarum magistratus suis *ignauis* ludimagistris omnem fere iuuentutem detrahi metueret, adeoque uideret, suas scholas studiose instaurauit, ludimagistris maiorem diligentiam publicis etiam decretis praecepit [c], ac nihil non tentauit, quo uel aliquam saltem in suis scholis iuuentutem retinere possit. *Quid* [d] quod ho-

---

a Puerorum ad scholas nostras accedentium. —b iuuentutis. —c *Prius* praeceperit. —d Adde.

---

[1] Gasparus Krieger, labacensis. Cf. BRAUNSBERGER, *Canisii epist.*, II, 391.

[2] Cf. BRAUNSBERGER, ibid., II, 58.

[3] Florianus italus dicitur a SCHMIDL, *Hist. Soc. J. Provinciae Bohemiae*, part. I, lib. II, n. 27. Cf. POLANCI *Chron.*, VI, 374, et BRAUNSBERGER, loc. cit., II, 519.

[4] Balthasar Sammarayr. Cf. BRAUNSBERGER, ibid., II, 561.

mines *insani et omni malitia inueterati* [a] nostros pueros saepe e schola domum redeuntes obseruant, et nonnunquam pollicitationibus, interdum etiam minis et impudentibus calumniis, quibus collegium nostrum ipsis inuisum reddant, adoriuntur, quo a nobis alienentur tam [b] pueri quam puerorum parentes? His plura ac maiora nostrae scholae, sed omnia frustra moliuntur [1]. Quo enim magis piis Christi coeptis illi obsistunt, eo Christus dominus maius dat incrementum, atque mirabili sua prouidentia haec etiam nobis aduersa in bonum *operatur* [c], dum hinc nimirum et nos ad maiorem diligentiam inflammamur, et studia nostra uiris bonis optatissima, aliis uero qui mentis oculos nondum omnino apertos habent, paulatim gratiora reddit. Et hoc non difficulter uel hinc deprehendimus, quod ipsi etiam hussitae filios suos in schola nostra plus uno mense, quam in aliis ante continuo biennio, profecisse ultro agnoscunt, *profitentur et magnifice* [d] praedicant. Imo leporibus, ceruis, apris nos, et nescio quibus aliis muneribus *(id quod festo Natiuitatis potissimum fecerunt),* ne ingrati uideantur, inuitos obruunt ac recipere, si non ut munera, seu retributiones, saltem ut eleemosinas cogunt.

5. Hinc etiam accidere suspicor, ut multi *magnifici* regni huius barones suos filios, non modo in scholas [e], sed et in *expensas nostras* conuictores offerant, et quo uoti sint compotes, nos quotidie *moneant*, solicitent, et mirum in modum urgeant, quod ad eum modum et pueritiae bohemicae, et nostri etiam collegii successui peroptime consultum putent.

6. Nos tamen hactenus paucos adhuc recepimus, partim quod collegium *istis rebus* [f] nondum satis sit accommodatum, partim uero quod omnes, qui nunc hic sumus, aliis

---

[a] in suis erroribus obcaecati. —[b] *Emend. ex* et. —[c] conuertit.
[d] et. —[e] scholasticos. —[f] ad id.

---

[1] Hisce et sequentibus nunciis usus fuisse videtur POLANCUS, *Chron.*, VI, 373, 374.

tam domesticis quam scholasticis et spiritualibus nostr*i* *etiam* templ*i* [a] exercitiis ita occupamur, ut *ni*si Dominus operariorum numerum augeat [b], subire plura nequeamus.

7. Superiorum uero classium, rhetorices inquam ac dialecticae et theologiae, sunt pauci [c] quidem auditores, sed *tam multi praefecti quam illi professores, quot discipulorum* [d] magistri, totidem *filiorum* patres uide*a*ntur [e]; quibus aeque in moribus atque in literis obedi*a*tur; quod frequentior sacramentorum usus demonstrat. Sed ipsi pueruli libenter etiam confitentur, exceptis praecipue iis qui prohibentur a parentibus diebus festis ad nos uenire, ne discant, aut potius dicant Aue Maria. Multi enim eorum non permittunt uenerari Beatam Mariam [f]. Alter alterum accusant, et fideliter ad nos deferunt, si quem quid haeretici [g] uiderint lectitantem, *id quod nuper cum nobilis nobilem deferret, puer puerum, experti sumus*, et nos alios libellos polliciti, hussiticos codices a matre combus*tos* [h] curauimus.

8. Quid quod ipsi prouecti [i] germani, *nec non* [j] bohemi, paulatim tandem sacramentorum usum frequentiorem, *iuxta cum* italis [k] (quos multos habet Bohemia), *sapere* [l] coeperunt? Diebus autem festiuis a prandio, vel xianae. doctrinae latina lectio, uel de aliqua uirtute habetur oratio; idque a nostris uel fratribus uel discipulis, *ac etiam ab externis* [m], *tum iuuenibus, tum uiris quibusdam doctis, sed catholicis,* qui id, modo *prosa* [n], modo carmine, pulchre omnes praestiterunt.

9. In Natalitiis uero cum oratione *filii unius* [*e*] *primatibus augustanorum* [o] iuncta fuit ecloga de natiuitate et praedulcis*simus* [p] cantus, cum maxima auditorum fre-

---

[a] nostro templo. —[b] non augeat. —[c] pauciores. —[d] tamen quot sunt; *octo vv. praeced. ita deleta sunt, ut aegre admodum legantur.* —[e] uidentur. —[f] *19 vv. praeced. in margine addita sunt* —[g] haeretici auctoris. —[h] comburendos. —[i] prouectiores [prouectioris *ms.*] —[j] ac. —[k] perinde ac itali.—[l] gustare. —[m] *Emend. ex* extraneis. —[n] soluta oratione. —[o] a quodam primario puero habita. —[p] praedulcis.

quentia. Sed *istis* [a] breuiter absolutis, ad illa, *queis* [?] *tertius tractandi locus debetur*, *iam procedamus* [b].

10. Nihil sane hic attinet nos multum contra impias quorundam bohemorum in nos, imo in ipsum Deum, blasphemias digladiari. Nos enim illi tanquam excommunicatos et deploratos homines damnant, quippe qui septem deos, haec septem sacramenta, uti aiunt, habeamus; se uero puro Christi euangelio adhaerere et credere iactitant, ac proinde (bone Deus) quam turpiter ac nepharie S. pontificem caeterosque praelatos nosque, ueluti eorum alumnos ac ministros, traducunt. Neque tamen plurimi *etiam* catholici desunt, qui nobis haec saepe referant, qui dum pro pio *quem* erga nos *habent* affectu, et condolere ob communem calamitatem, et nos consolari nituntur, fit ut ipsi, maiori consolatione percepta, patientiam nostram ac mansuetudinem admirentur, et uehementer gaudeant Deum non omnino despexisse Bohemiam, quod *tales* in eam *uiros intro*duxerit [c].

11. Idem etiam nonnulli *dubii* hussitae paulatim *sapere uidentur* [d] [1]. *Nuper enim quidam ob insignem illam nostrae uitae (ut dicunt,* ac per regionem spargunt *qui* [e] forte fortuna cubicula nobiles ingressi *sunt*, *et demum alii*[?] *qui fratrum* custodia*m* sensuum in *templo et ubique mirabilem uiderunt*, *ac ab omni plane specie mali hic caueri manifesto cognouerunt) sanctimoniam, (mirum in modum enim omnes ex paupertate et castitate fratrum ac Patrum aedificationem longe maximam eliciunt) atque ob singularem in artibus promouendis industriam*, *cum Rdo. Patre Vrsmaro* [2] *familiarius conferre coeperunt* [f], ex quibus

---

[a] his. —[b] de quibus 2.° loco dicendum erat, accedamus. —[c] Societatem nostram duxerit. —[d] sentire uidentur. —[e] cum enim. [f] cubicula nostra nobiles quidam ingressi essent, ex eorum paupertate et lectorum, quos sine plumis et vno stragulo tectos more italico habemus, ex custodia sensuum in nostris fratribus et decore in rebus omnibus, ac in artibus tradendis industria, mirum in modum aedificati sunt, et cum Patre nostro rectore familiariter agere ceperunt.

---

[1] Quae sequuntur adhibita sunt ab eodem POLANCO, ibid., 385 sqq.

[2] P. Ursmarus Goissonius, rector collegii pragensis.

unus egregius baro se Rdo. Pri. nostro confessurum promisit. Alius uir nobilissimus, sed lutheranus, statu nostrae uocationis diligenter explorato, ac cognito tenui ubique rerum usu, mirum in modum nostra conuersatione delectatur, templum uisitat, conciones audit, cum Patribus nostris aliquando de quibusdam disputat, *quantumlibet illiteratus*, ac tandem tam omnibus manifestam ac *a* [a] Bohemia *tota mirabiliter* [b] praedicatam, plusquam exprimere possim, obedientiam, paupertatem et castitatem, denique omnia [c] uehementer approbat, excepto illo quod Luthero, quem *sanctum et doctum uirum nominabat ac* [d] uenerabatur, non adhereamus.

12. Comes quaedam, *sed catholica*, dedit uestes sacerdotales, cortinas, *lina* et alia id genus, diuino cultui necessaria, quae saepe uisitat templum nostrum; *saltem ante pragensia frigora*, *ut* speramus, eius exemplo plures alios ad conciones nostras, *et* a remotioribus etiam locis, accesuros esse. *Paecunias nobis ipsa aliquoties obtulit*, *ut pro marito*, *archiducis nostri contra turcam castra sequente*, *oremus. Quod charitatis obsequium nos munificentissimae dominae libenter et gratis, ut decet*, *praestamus.*

13. Hic alterius etiam cuiusdam praediuitis uiduae admiranda pietas praeteriri non debet, quae in asperrima hyeme etiam a summo mane usque *quasi* ad meridiem [e] a templo non discedit orationibus insistens. Hanc alii *quidam* catholici religiose imitantur. *Ex quibus duo senes frequenter et libenter nos admonent de illis*, *quae ad templi cultum et ueterem laudabilemque diuini officii consuetudinem pertinent. Quod uero de lectis supra attigi, quos more italico sine plumis habemus*, *uno stragulo tectos*, *adeo hi homines mirantur*, *ut nihil supra*, *praesertim etiam quod ita oculos a mulieribus auertamus.*

14. *Sed de materiali quoque collegio obiter aliquid at-*

---

[a] in. —[b] iam. —[c] omnia nostra. —[d] ipse. —[e] meridiem fere.

tingamus. Illud sane per Dei gratiam summa [a], tum prouidentia, tum suauitate, a Rdo. Pre. Nro. Vrsmaro gubernatur, cuius *miros et indefatigabiles* [b], sub his praesertim nascentis collegii initiis, in quamplurimis grauissimisque negotiis perficiendis labores et *inusitatam* diligentiam nullis equidem literis describere satis possem. Quamuis autem bohemice nondum calleat, tamen cum iis qui utcunque latine sciunt, quod genus sunt barones ac alii nobiles, imo cum latine nescientibus quoque, per interpretem, dum suppetit, ita conuersatur, ut et ipse ab omnibus magni fiat, et illi *de nobis* rectius quam ante sentiant. Nuper uero a Rdo. Pre. prouinciali [1] in Germaniam uocatum, hospites bohemi ignoti in suas aedes benigne ac honorifice exceperunt, gratis ac liberaliter omnia quae ad corporalem defessi uiatoris refectionem pertinebant, suppeditarunt, maxime gauisi quod talem ipsis Deus hospitem dedisset, in cuius uultu mirabilem quandam pietatem et uitae sanctimoniam [c] apparere *constanter et aperte* affirmabant; et quidam ex illis ueteranus hussita adeo Rdi. Pris. nostri colloquio ac fideli instructione delectabatur, ut et errores falsae religionis, et maxima suae uitae peccata libenter agnosceret, et certam in utroque emendationem Rdo. Pri. polliceretur. Illinc uero postridie profecturo currus, equos, comites *(sed et abbas quidam tres equos totidemque seruos eunti et redeunti contulit),* et alia itineris praesidia obtulerunt, suos in scholam nostram mittendos filios ipsius fidei committentes. Ex Germania uero *(in qua cum episcopo patauino* [2] *saepius pransus est, et alias in hospitio sustentatus)* redeuntem expectabant et eadem prorsus benignitate ac liberalitate *refocillatum* [d], Pragam dimiserunt. *Semel in itinere a pastore efflagitatus missam cecinit.*

---

[a] collegium nostrum summa. —[b] indefessos. —[c] *Emend. ex* sanctitatem *a Sylvio.* —[d] exceptum.

---

[1] P. Petrus Canisius.

[2] Patavinus seu passaviensis episcopus erat Wolfgangus de Closen. Cf. Polanci *Chron.*, VI, 350.

Cum nobilibus huius regni baronibus *talis est eius conuersatio, ut* [a] se suaque omnia nobis illi offerant [b]. *Atque hinc est ut sedulo* inquirant [c] anne ad collegium bene sustentandum aliquid desit, et scholas nostras iam primum *erectas* [d] suis fenestris uitreis et insigniis quasi certatim ornare studeant. *Et ut e multis paucos referam, dominus a Rosis 4, Dns. Marschalcus 2, Dns. praepositus* [1] *unam; alius quidam baro, qui duos apud nos filios habet, et se cum toto statu ac fauore nobis offert, 2; Dns. Fockerus 1; Dns. cancellarius, Ds. magister curiae, Dns. prothonotarius regni, Dns. capitaneus pragensis, Dns. burgrauius, hi singuli unam uel duas dederunt.* Catholicorum senatus tam saecularis quam ecclesiasticus tanto nos amore prosequitur, ut omnia nostra communia [e] ducat.

15. *De Patre Canisio, prouinciali Germaniae, quem inter extraneos merito numero, quippe quo toto hoc quadrimestri caruimus, nihil ipse scribam nisi quod Germaniam diligenter perlustret, ut a reliquo ecclesiae germanicae ouili lupos ancipiti diuini uerbi gladio uiriliter coërceat; idque tanta dexteritate, ut non solum a catholicis, sed etiam a plerisque aduersariis eo nomine bene audiat. Haeretici tamen nunc austriacum, nunc pragensem canem, a nimio fortasse diuinae praedicationis latratu, nuncupant. Hunc ex publica orbis germanici fama cum possit quiuis agnoscere a bonis omnibus amari et a malis timeri, nihil est opus diutius commemorare.*

16. R. P. rector nuper in Oibin [2] monasterium, in aeditissimo loco situm, ob nostri collegii negocia profectus, a

---

a cum fructu versatur. —b offerunt. —c et inquirant sedulo. —d constructas. —e sibi communia.

---

[1] Ita appellari solet a nostris praepositus ecclesiae primariae pragensis, quae sita erat prope arcem, unde etiam praepositus arcis dicitur. Erat is Henricus Scribonius (Pisek). Cf. Braunsberger, loc. cit., 58, 107.

[2] Hoc monasterium Ordinis Caelestinorum, tunc fere vacuum, Ferdinandus, romanorum rex, ad collegii pragensis sustentationem nobis dederat. Cf. Polancum, *Chron.*, VI, 33, et *Lainii Monum.* passim.

senatu cyttauiensi honorifice excipitur, qui se in omnibus officiosissime offert, atque a nobis duos uel plures nostrae Societatis sacerdotes, qui illic celebrent et iuxta nostram professionem uiuant, ualde efflagitat.

Quanam ratione monasterium illud collegio pragensi applicatum sit, aliunde istic scitur. Regia maiestas [1] *de pragensi optimo uino nobis hoc anno quatuor iusta uasa communicauit. Alii etiam abbates, pastores, nobiles ex locis Pragae uicinis, uinum nobis aduexerunt. Sed nos utinam uicissim germanorum ac bohemorum nostrorum mentes infirmas spirituali uino reficere possimus; quo cum maxima Dei gratia opus [sit]* [a], *nos nostraeque fidei in Domino commissa omnia, istos inquam germanos ac bohemos ab inimico naturae seductos, V. R. P. ac charissimorum omnium in Christo fratrum, tum precibus, tum sacrificiis unice commendamus.*

17. Inseruitum est etiam proximi commodis, *tum aliis tum praesertim in duobus* [b] misericordiae operibus. *Christianus quidam, qui in bello a turcis captus, 7 annis seruus uixerat, tandem ope gloriosae matris virginis Mariae liberatus, sanctissimam domum lauretanam uisere uouerat, et apud nos confessus erat, apud has principes quarum maioribus belli seruierat, per nos itineris subsidia impetrare posse sperabat; nec eum sua fefellit expectatio. Diligenter enim id a nobis, ut promoueretur curatum est. Deinde cuiusdam bohemi capti parentes magna cum fiducia nos alioqui ignotos accesserunt, quo apud archiducem curaremus mitius cum filio agi. Et quantum nostra conditio ferebat, auxilium Societatis Iesu experiri coeperunt.*

18. *Deinde* [c] se nobis adiunxit quidam egregius et sum-

---

[a] *Hoc verbum desse videtur, ut sensus sit perfectus.* —[b] in variis. —[c] Praeterea.

---

[1] Maximilianus II, an Ferdinandus I?

mae exspectationis adolescens, Adalbertus bohemus [1], liberalium artium doctus baccalaureus, annorum 20, quem cum hic ob parentis tanti *mysterii* [a] nondum capacis, imo nescii, et tamen [b] a patria duodecim miliaribus a Praga dissita ad uisendos duos filios, quos apud nos habebat, aduentantis metum, retinere non possemus, Ingolstadium ablegauimus; quod iter maximo desiderio, ne in parentis manus incideret, iuuenis ingressus est. *Probe enim occultas carnis et sanguinis insidias intelligebat, atque prudenter uitare conabatur. Postquam pater, uir alioqui catholicus, ex altero filio rem cognouit, Adalbertum hic esse, filium primum per nuncios hinc aliquoties euocat. Nos uero cum ipsum huc officiose uocassemus, omne negocium suo ordine declaraturi, tandem ipse accedit, et charissimum filium, qui tamen iam in itinere erat uersus Ingolstadium, uerbis et lachrymis postulat a N. R. P.; tamen utcunque placatus, rem paulatim rectius considerat, et animum concipit meliorem. At cum hinc abiuisset, accedit praepositum pragensem, apud quem nos accusat et suam calamitatem plus satis deplorat, imo se rem ad regiam maiestatem delaturum minatur. Praepositus uero caeteris in rebus uir rarissimus, ueluti fucis a patre iniectis excoecatus, paulisper uisus est consiliorum euangelicorum non dicam ignarus, sed oblitus. En coecitatem naturae, quae tantum uirum in causa aliena etiam fere tenuit. Duabus se contra nos rationibus moueri praepositus fatebatur: tum quod hic rumor aliorum puerorum parentibus ingratus futurus esset omnibus, tum fieri posse populi in nos tumultum. Nos uero utroque periculo in Christo, qui uicit mundum, superiores, in re alioqui perspi-*

[a] Dei doni. —[b] *Sequitur v.* aduentantis *deletum.*

[1] Adalbertus Bauzek. Polancus, *Chron.*, VI, 388; Braunsberger, loc. cit., III, 310. Purdubicensis dicitur in catalogo collegii viennensis anni 1565. In cod. *Austr. 122,* fol. 1. Ejus examen habes apud *Epist. P. Nadal,* II, 527.

cua, secuti sumus uocationem, nec passi tantum lucrum Ecclesiae Dei perire, confidentes in Domino neutrius periculi minas ualituras. Vbi tamen rem a R. P. Vrsmaro rectius cognouit, etiam syncerius coepit diligentiam et offitium nostrum interpretari, et ipsius iuuenis parentem nobis benigniorem reddere. Iam quia Dei opera manifestare *bonum* [a] est, R. P. V. mirabilem huius [b] conuersionis modum, quo a Domino uocatus est, plenius pernoscat. Sacris hisce diebus in venerabili eucharistiae sacramento Deum adorabat, et ecce apparuit [c] eleganti forma puerulus, ex cuius *superbenedicto* [d] ore nondum *aliquid tamen* [e] accepit, donec rei miraculo obstupefactus, rogaret Dominum quid ille sibi puer uellet. Haec uerba roganti respondit rogatus Deus, et eadem forma iterum eidem apparens, sic fatus est infans latine: PETIISTI VT TIBI DICEREM QVID VOLO: VOLO TE HIC ESSE, VBI ES. Haec Dei uerba nec nos cognouimus [f], nisi postquam Ingolstadium hinc a nobis ablegatus est, *nutricione dicam iam olim suo, an patri carnali quem prae dolore grauiter decumbere non dubitabat, bohemice epistolam consolatoriam, eamque (ut interprete fratre altero etiamnum discipulo nostro ac etiam alio bilsnensi iuuene didicimus) prorsus aedificatiuam, (quam fortassis potuisset non exarasse iuxta Christi illud uerbum: dimitte mortuos sepelire mortuos suos)* [1]; *sed tamen scripsit; vbi ob Xi. qui ea protulerat reuerentiam, quamuis ad literarum ignarum, sic sed ex loco tuto, nempe Societate ingolstadiana, per nuncium in Bohemiam redeuntem eadem uerba et eodem quo a nobis depicta sunt ordine, transmisit. Verba, inquam, eius qui dixit et facta sunt, mandauit et creata sunt* [g] [2].

---

[a] aequum. —[b] huius iuuenis. —[c] apparuit ei. —[d] sacro. —[e] quicquam tunc. —[f] *Emend. ex* cognouissemus. —[g] ex ejuŝ ad suos boëmicis litteris ad consolationem et aedificationem scriptis, vt ex altero eius fratre, discipulo nostro intelleximus.

---

[1] Matth., VIII, 22. [2] Ps. XXXII, 9.

19. Altero die alter bohemus 24 annorum, *latine quidem satis ignarus, sed aliis multis in rebus* expertissimus, chyrurgus, qui ob eius artis, *cuius est* promotus [a] doctor, peritiam, maxime est apud barones authoritatis, se nobis adiunxit. *Dum uero quadrimestres scribo,* uenerunt *et* ad Societatem nostram [b] insignes adolescentes *duo* germani, quorum uterque quidem pro aetate doctus, sed altero alter magis, is nempe *qui* perdocta oratione R. P. rectorem aggressus, suam sociique causam sic egit, ut etiam obtinuerit, *quod ipsis gratulamur* [c]. Judex pragensis, non minus uirtutibus quam genere nobilis, filium suum et ex sorore nepotem nostrae fidei *iam* commissit. Multos [d] nobiles ad nos mittit baro ille, qui duos hic filios habet. Nepotem etiam suum *serio ac assidue in coniuctorem* commendat [e] sacerdos *ille* [f] hussita, nomine Gallus, qui quotidie a Patre Henrico cathechisatur uerbis ueritatis salse et prudenter condientibus insipidam hominis mentem, qui tamen in suis templis suos iam hortatur ad confessionem, scribit contra lutheranos ea quae ex catholicis doctoribus didicit, sed dicit se filium compactatorum [g], nec posse relinquere hunc usum communicandi *laico et non conficientibus, sub utraque,* nisi *indulgentiam,* bohemis indult*a*m semel [h] a romano pontifice [1], uideat authentice reuocat*a*m [i]. In coeteris catholicus et theologiae sacrae hic assiduus auditor, et in reliquis omnibus amator ueritatis et praeco publicus [j]. *Sed populo non dissuadet uti utraque specie. Hunc et similes, infirmitatis suae licet maxime ignaros, R. P.* [*V.*]

---

[a] in qua promotus est. —[b] nostram et duo. —[c] vt admitterentur. —[d] Multos etiam. —[e] commendauit. —[f] sacerdos quidam. —[g] (Sic vocant eos, qui malo pacto se obstrinxerunt communicandi sub vtraque specie) *add. Pol. in marg.* —[h] quod bohemis indultum semel est. —[i] reuocatum. —[j] publicus est.

---

[1] Usus communionis sub utraque specie permissus fuerat laicis bohemis anno 1437 a concilio basileensi, sub certis tamen condicionibus, quas illi saepe neglexerunt. Cf. HERGENROETHER, *Historia de la Iglesia,* IV, n. 304 sqq.

et fratrum charitati commendamus. Alioqui nihil aduersi sciat T. R. P. post acceptum Adalbertum, sed multo quam ante optatiora potius in rebus diuini seruitii nobis [a] accidisse. Inter omnes uero, tam prosperas, quam aduersas mutationes, speramus tandem efficaciter operaturam diuinam bonitatem in his animabus, ita ut eo unde exciderunt redeant, et in primis operibus christiani perseuerantes, una nobiscum uitam consequantur aeternam. Quod ut fiat, nos, Bohemiam nostram et totum Aquilonem praecipue R. P. V. orationibus ac sacrificiis, fratrum uero omnium, tum domus, tum collegiorum, precibus nos cum primis commendamus. Pragae 1557 [b]. Ex collegio regio Societatis apud S. Clementem.

Ex commissione R. in X.° P. rectoris, magistri Vrsmari; T. R. P. indignus filius,

PETRUS SYLUIUS [1].

---

a nobis omnia. —b initio 1557.

---

1 De quo catalogus provinciae rhenanae 1565 ait: «Il P. Petro Siluio nato apresso di Alosto in Fiandria; d'età è di anni 31. Louanii 27 Januarii 1552 admissus est; et facti li essertitii fece vn voto senza la forma solita. Veniendo dipoi a Roma, l'ha fatto et rinouato più delli volte. In diuersi collegii d'Almagna ha letto, et al presente in Treuere doue è fatto licentiato alli 12 di Gianaro del 64; et adesso alli 16 di questo mese di Janaio del 1565 è fatto dottore in theologia; doue lege et è professor' ordinario. E confessore del collegio et essattore delli studii.» Codice *Rhen. inf. 37,* fol. 2.

6

PETRUS CABRERA

VALENTIA 1 JANUARII 1557 [1].

1-2. *Theologiae et philosophiae studia florent.*—**3-7**. *Sacerdotum sacra munera, fructusque ex iisdem percepti.*—**8-11**. *Multi, quos inter magister Verdolay, in Societatem admissi sunt.*—**12**. *De domesticis virtutum exercitiis.*

1. † Muy Rdo. en Cristo, Padre nuestro. Pax Christi etc. Aunque por otras muchas que a V. R. se han scrito deste collegio, creemos [a] terná auiso de las cosas de acá, todauía, como se suele, las resumiré en ésta para gloria de Dios nuestro señor, al qual creemos auer sido acceptas, como lo suelen ser aquellas cuyo fin es su diuino seruicio y aprouechamiento de las almas.

2. Estamos haora en este collegio entre todos 24; ocho sacerdotes y los demás hermanos; dellos tres oyen theología, dos philósophos, y quatro del primer anyo [b] de las artes, los quales con la gracia del Señor y su diligencia, se aprouechan en sus studios, dando de sí a los de fuera la edificación y buen odor que se deue, assí en su conuersar como en los demás exercicios literarios; argumentan muchas uezes en los actos públicos de las scuelas generales, correspondiendo con la efficacia, modestia y buen modo de su argumentar a la expectatión que dellos y del cuidado que ponen en sus studios, se tiene. Defenden también los mesmos en casa sus conclusiones, cada vno según su facultad, a las quales acuden tantos de los de fuera, que muchas

[a] creemo *ms.* —[b] *Litterae* ny *usurpantur ab auctore hic et infra saepe catalaunico more pro* ñ *castellana.*

[1] Ex originali in codice *Hisp. 95,* 2 ff., nn. 3, 4; prius 177, 178. Difficiliores scribendi formas, ut in notis apparebit, emendavimus. In eodem codice, ff. 7-8 est exemplum latinum harum litterarum subscriptum a Ripalda. Cohaeret cum exemplo hispano.

vezes les fuerça la noche dexar las conclussiones, quedando muchos dellos sin poder argüir.

3. Los Padres se exercitan en confessiones, a las quales mueue el Señor por su bondad tantos, que dan bien que hazer a los 8 Padres de casa, con estar diestros en el confessar, según el tiempo que ha que en ello se exercitan. Entre éstos vienen no pocos de qualidad, y muchos otros que por 8 y diez anyos no se an confessado, o no como deuían; los quales en quántas y quán grandes ofenças de la diuina magestad stuuiessen metidos, bien se colligirá del descuydo grande que en cosa tan importante tenían, osando star y biuir tanto tiempo en desgracia de Dios N. S. Fué entre estos uno [a] bien senyalado, al cual, por ciertas enemistades que tenía, le dió vn su contrario de punyaladas, con las quales le hirió iuntamente Dios N. S. su coraçón, dándole a entender los hierros en que hasta allí auía biuido, y junto desseo de pedir intensamente el perdón dellos con el propósito de la emienda; y todo esto obró N. S. por medio de [b] vno de los nuestros, el qual le confessó y aiudó mucho en el Señor.

4. Otras muchas mugeres de mala uida y exemplo an sido persuadidas dexar las personas y compannías que les eran causa de sus ofensas; y algunas dellas se an dedicado a la religión con [c] propósitos muy firmes y promesas de biuir de allí adelante con toda limpieza, para recompençar con su nueuo feruor en el diuino seruicio el auer sido antes con sus obras desedificatiuas estropieso de muchos; special a vna se persuadió scondidamente huyese [d] de vn hombre con quien por mucho tiempo auýa danyado su alma; y él, según lo mucho que la quería, se exasperó tanto al principio, que se pençó algunas vezes se moriría; pero al fin huuo de hacer de la necessidad voluntad, aunque no sin muchas amenazas contra los nuestros, a los quales guardará Dios N. S., pues en ello se a buscado su gloria.

---

[a] *Hoc v. add. supra versum.* —[b] *Sequitur v.* mugeres *deletum.* —[c] *Prius* y. —[d] oiesse *ms.*

5. Van también los Padres cada semana a la cársel para aiudar en lo que pueden a aquellos pobres presioneros, no menos necessitados de la spiritual aiuda que de la corporal. Házeles vn Padre algunas pláticas en declaración de la doctrina christiana, y confiessan a los que a ello se mueuen. Iunto con esto, procuran, quanto en ellos es, subleuarlos de los trabajos corporales, que son tantos con la gran carestía del tiempo, que mueuen a compasión y deseo [a] de ayudarles en todo lo que las fuerças bastan. Lléuanles los Padres algunas limosnas, aunque la necessidad es tan grande y general, que la siente [b] bien este collegio. El Señor sea mil vezes bendito, pues assí su magestad lo quiere. Interseden por ellos en lo que pide la charidad, y permite la rectitud de la justicia.

6. También el ospital se uisita, y se enseña a los pobres la doctrina christiana, no solo a todos en general, pero a muchos particulares, que aun los primeros principios della ignoran.

7. Por medio destos ministerios paresce que va el Señor ablandando los coraçones de muchos, que no solo no aprouauan nuestras cosas, pero aun dauan por palabras exteriores muestra del poco amor que a la Companýa tenían; y por el contrario, remunerándonos mucho más el Señor de lo que nuestros servicios [c] merescen, va por su bondad aumentando la opinión de los nuestros, con que cadaldía son muchos más dellos aiuntados [d]. Da desto bien euidente muestra [e] la gran freqüentia de los que puestos en diuersas necessidades, piden la intercesión [f] de los nuestros para con Dios, mostrando tener en ello no poca confiança. Son llamados para paciguar desabrimientos que suele auer entre casados; y muy muchas vezes visitan y confiessan enfermos, poniendo la diligentia posible en aiudar a bien morir a los más que pueden; y aunque ay bien euidentes

---

[a] compación y desso *ms.* —[b] ciente *ms.* —[c] sercios *ms.* —[d] *Sic ms., sed intelligendum videtur* ayudados. —[e] mustra *ms.* —[f] interseción *ms.*

testimonios en cosas particulares de la existimación que los nuestros comúnmente tienen en esta ciudad, los callo, suplicando a nuestro Señor nos dé gracia y fuerças para corresponder a ella; y aun, buscando su sola gloria, sobrepujarla. Las pláticas que los domingos después de comer se hazen, declarándose la doctrina christiana, se prosiguen cadaldía con mayor concurço de oientes, el fruto de las quales es bien manifiesto en muchos que las continúan con perseuerancia.

8. Muchos ha ouido que an desseado entrar en la Compannýa; y dellos se an recebido algunos [a] de muy buenas y singulares partes, de los quales el vno es maestro Verdolay [1], persona de muchas letras y de muy insigne virtud, tenido en esta ciudad en tanto, quanto lo aya sido otra qualquier persona en estos reinos, de los quales en nuestros tiempos dura aún memoria. Ha más de 20 anyos que predica en estos tres reinos con ardentíssimo zelo de la gloria de Dios y aprouechamiento del pueblo, y sobre todo con vna libertad y pobreza euangélica sin mescla de ningunos interesces o respectos humanos; y al cabo de tantos trabajos le a dado el Señor paga dellos, a su parescer mucho maior que él dize merescía, ques auerle traído a la Companýa a descansar, en la qual confiamos no se diminuirá el fruto de su dotrina, antes se aumentará con el diuino fauor. A sido en gran manera notada su determinación a la Companýa. Es el Padre maestro Verdolay cuya companýa desseó y procuró nuestro Padre Ignatio, que stá en gloria, luego que salió de París, como hemos visto por vna muy larga de nuestro Padre maestro para el Padre maestro Verdolay, la qual él tiene guardada [2]; y iendo con esta determinatión, allegó hasta Barcelona, donde se detuuo por

---

[a] *Sequitur v.* subiectos, *quod videtur deletum.*

---

[1] P. Joannes de Verdolay.
[2] Cf. *Monum. Ignat.,* ser. 1.ª, I, 118.

parescer de algunos que se lo dissuadieron. Es ya de 50 anyos, pero de muy rezia y sana complexión [a].

9. Otro se recibió, dotor en theología, hombre [b] de gran exemplo y ediffficación, que con su continuo emplearsse en obras pías y del diuino seruicio, hauía ganado. Tiene buen talento en predicar, y sobre todo está mucho versado en confessar; será de 33 anyos, llámase maestro Yuanyes [1].

10. Otro sacerdote se a rescebido, theólogo y exercitado en confessar y exercicios de spíritu.

11. Otros dos studiantes, vno de los quales, que será de 32 anyos, ha acabado el curso de artes y está versado en las tres lenguas, pero mucho más en la arábiga [2]. El otro es de 21 anyo: acaba ya el curso de artes con harto aprouechamiento. Auíase dado mucho tiempo auía a spirituales exersicios; es de muy buena habilidad y rezio subiecto. De otro, que se trata, se scriuirá por otra, aunque stá ya concluýdo: no se a publicado por conuenientes respectos.

12. De los spirituales exersicios de casa no particularizaré más, que en todo se prosigue spiritual aumento, gloria a Dios N. S. a quien se deue todo bien. Plegue [c] a su diuina y sanctíssima magestad lo conserue y lleue adelante, como lo confiamos, pidiendo para esto la ayuda de los sacriffficios y oraciones de V. R.ª De Valencia y de Henero el 1.º de 1557.

De V. R.ª indigno sieruo en Chro.; por comissión del P.ᵉ D. Mirón,

CABRERA [3].

---

[a] complexón *ms.* —[b] hombe *ms.* —[c] plege *ms.*

---

[1] P. Antonius Iváñez, qui deinde, an. 1579-1584, fuit provincialis Aragoniae, et anno 1577 visitator provinciae toletanae.

[2] Is fuisse videtur Hieronymus Mur, de quo in catalogo provinciae Aragoniae anni 1559 dicitur: «El P. Gerónimo Mur es de edad de 32; de Compañía tiene 2. Es muy buen arábigo...» Aliunde scimus illum fuisse valentinum. Cf. *Lainii Monum.*, VI, 220.

[3] Nobilis catalanus, admissus in Societatem Valentiae anno 1552; obiit, ut inferius dicetur, pestilentia consumptus Murciae aestate anni 1558. Cf. POLANCUM, *Chron.*, II, 649.

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Chro. Padre, el Padre M.º Laínez, vicario general de la [Compañ]ýa de Jesús en Roma.

Sigilli vestigium.

7

JOANNES BTA.

VALLISOLETO 1 JANUARII 1557 [1].

1-4. *Sociorum in religiosis virtutibus et in litteris progressus.*— **5-10.** *Sacerdotum sacra ministeria in templo, in carceribus, in pauperum hospitiis et in regia curia.*

1. † Ihs. Rde. admodum in Chro. Pr. [*Jesu misericordiam in nostros vallisoletanos extollit, de qua re scripturum se ex obedientia profitetur*].

2. Quod autem sese mihi primo dicendum obtulit, est admirabilis omnium obedientia, qua proprium intellectum et voluntatem captiuantes, non solum superiori, verum etiam infimo cuique fratrum [a] in minimis etiam subduntur, atque inter sese strictissimo charitatis vinculo conjuncti, vnanimiter vitia omnia propellunt, tum priuatis tum etiam publicis penitentiis, carnis macerationibus ac abstinentiis maximis; adeo vt oporteat maxime solicitos esse superiores, vt necesaria ipsi corpori obsonia desumant, cui ceu domestico inimico sic insidiantur, vt rigida hiems, quae mirum in modum hisce in regionibus viget, non obstet quominus singulis quoque noctibus, etiam ipsi Patres iam senio confecti, ipsum publice in refectorio incredibili crudelitate castigent. Fallacem etiam mundum pauperrimo victu et uestitu atque vera rerum omnium, etiam minutissimarum, animi abdicatione sibi ipsis cum Paulo crucifigunt. Antiquum autem illum seductorem versutissimum suismet iaculis se-

---

[a] fratruum *ms.*

---

[1] Ex exemplo coaevo in codice *Hisp. 95,* 2 ff., nn. 1, 2; prius 247.

pissime configunt, continuo suas technas et uenenatas suggestiones coram omnibus propalantes.

2. Hisce denique firmissimis fundamentis optime insidentes, facili negotio alià omnia super aedificant. Nam scholastici suae quisque facultati diligenter satis insudat, praeuisas enim quotidie lectiones attente audiunt, auditasque memoriter recolunt, et tandem post meridiem omnia conferunt, latine semper agentes.

4. Octauo quoque die deidicae sapientiae et liberalium artium cultores, mutatis vicibus, suas assertiones fortiter ac ingeniose satis discutiunt; admirabili tamen modestia aciem ac luxuriem ipsius intellectus suapte natura effrenem [a] moderantes.

5. Ipsi etiam Patres non minori animi conatu in vinea Domini incessanter laborant. Hucusque lectionem ex Threnis Ieremiae dominicis diebus domi habuimus, quem noster Pr. Franciscus copiosae populi multitudini cum ingenti (vt credo) ejusdem vtilitate cepit interpraetari, cui ob suas innumeras occupationes successit Pr. doctor Madrid ac etiam Pr. doctor Rodríguez, qui non minori animarum fructu idipsum executioni mandarunt [1]. Peracto autem primo capite, arbitrio hujus nostrae prouintiae moderatoris, Patris Araoz, idem Pr. Rodríguez sacram Christi doctrinam sic erudite cepit interpraetari, vt doctus quiuis plurimum commodi posset reportare: quod sane experimur ex eo quod ingens populi multitudo tum illustrium virorum et feminarum, cum etiam eorum qui officiis regalibus inseruiunt, frequentissime ad salutifera Christi sacramenta accedunt; adeoque, vt sepe sex Patres audiendis confessionibus non sufficiant.

6. Multoties etiam vocantur pro infirmis, necnon ad

---

[a] effrem *ms.*

---

[1] Franciscus Borgia, Antonius Madrid, Christophorus Rodríguez. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 579 et 651.

monialium monasteria, vt earum mentes sacramento confessionis purificantes, eloquiis spiritalibus firment.

7. Quidam alius Pater dominicis etiam diebus eandem Christi doctrinam carceribus detentis declarat, cujus specialissimo auxilio sic innumeris sceleribus obstinatos emollit, ac disponit, vt qui antea cartarum taxillorumque ludis et aliis horrendis vitiis, deierando simul et blasphemando, delectabantur (proh Dei infinitam misericordiam), iam iam ipsam Iesu Christi doctrinam libentissime ediscant, enormia sua flagitia eidem Patri ingenti detestatione confitentes.

8. Et quod magis mirandum est, regia ipsa domus, quae vitiorum omnium certissimum solet esse domicilium, religionis sacra domus appareat; nam fere omnes christianissimae principis [1] ancillae nobiles crebro nimis ad penitentiae sacramentum accedunt; ita vt Patres bis aut ter in hebdomada in ipsas edes regias reuocentur, quos saepius audiui nunquam se illarum puras animas mortali labe maculatas inuenire, quimpotius eximium vitae candorem, ingenteis eleemosynas et proprii corporis continuas correctiones aliasque [a] hujuscemodi virtutes plurimas in ipsa etiam principe idipsum clare prospicimus, quae simul cum clarissimi Philipi vnigenito Carolo eximium erga nos amorem continuis eleemosynis aliisque beneuolentiae certissimis signis in dies magis ac magis ostendunt [2].

9. Ad ipsa tandem pauperum communia hospitia frequenter aliqui mittuntur Patres, tum vt ipsos infirmos confitentes in necessariis erudiant, tum etiam vt alia misericordiae opera quibus haec nostra Societas comuniter solet assuefieri, erga illos exerceant.

10. Plurima alia possem recensere; breuitati tamen studens, ne epistolae limites transgredi videar, consulto omissi. Hactenus autem a me vtcumque explicata sunt

---

[a] quae *ms.*

---

[1] Joanna Austriaca, Caroli V filia, Hispaniae gubernatrix.
[2] POLANCUS, *Chron.*, V, 47 et 424-425.

praecipua, que hoc quadrimestri praeterito noster benignissimus Iesus sua infinita misericordia nobiscum dignatus est operari. Tu interim, nostrorum omnium vnice Pater, idipsum confirmet detque in dies incrementum maximum tuis ardentissimis praecibus exora. Datum Vallisoleti calendis Ianuarii anno Domini M.D.LVII.

Tuae perquam colendae Paternitatis indignissimus filius et seruus inutilis,

†
Baptista [1].

Inscriptio. † Al muy Rdo. P.ᵉ nuestro en X.º el P.ᵉ M.º Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús. Roma.

8

P. MARTINUS STEVORDIENSIS

VINDOBONA 1 JANUARII 1557 [2].

1-2. *Scholasticorum collegii progressus in litteris ac pietate.*—**3.** *Fratres in suis officiis sedulo versantur.—Novitii etiam in spiritu ac litteris proficiunt, eorumque numerus crescit.*—**4.** *Mercator quidam e lutherana haeresi ad veram fidem revocatur.*—**5.** *Matrona quaedam a nostris invisitur et ab imminentis mortis periculo liberatur.*—**6.** *Nostri sacerdotes in templo cathedrali singulis diebus festis contionantur.*—**7-8.** *Convictores nostri optime se gerunt.*

1. † Jhs. Gratia et pax Christi *nobiscum semper. Amen. Etsi perexiguos Chro. Domino (quae nostra est indiligentia) fructus proferamus, Rde. Pater, tamen* sa-

---

[1] Joannes B. Ribera fuisse videtur (post aliquos annos procurator generalis Societatis). Alter erat Joannes B. Sánchez, concionator tunc apud Placentiam. Denique Joannes B. de Segura aliquot annis post rector vallisoletanus.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 10-11; prius 133. Emendationes Polanci in annotationibus damus; quae autem ab eodem deleta sunt, litteris italicis in textu notamus. Aliud exemplum secundum emendationes invenitur in eodem codice, fol. 9.

crosancta obedientia ita iubente, *referam* [a] paucis *quale quale tandem illud sit* [b] quod elapsis hisce quatuor mensibus -Deus Opt. Max. per indignissimos suos ministros dignatus est operari [c]. Sumam *igitur* a scholis nostris narrandi exordium, vnde praecipua emolumenta Ecclesiae catholicae emanare *liquido conspicimus* [d]. Progressum in literis [e] similiter et in pietate et doctrina Chri., quod singularis illorum probitas atque modestia omnibus testatur, nobis vero assiduum commertium et haud ignotus animorum ipsorum status efficatius fidem facit. Norunt ipsi, praeter omnem patriae (vt nunc se res habent) consuetudinem, minimi pariter atque maximi, exacte sua peccata confiteri; in quo etiam parentes suos, *quos (equis quod aiunt albis)* superant [f] *vincuntque*. Tantum certe valet exercitatio frequens et assidua. Accedit et commodis his, quod inde etiam odia et inimicitiae inter maiores interdum componantur, quod crimina quibus multis annis conscientiam onerarant, iam tandem detegant, cupiantque a demonis laqueis liberari.

2. Sunt non pauci qui sub puerili facie virilem plane gestant animum, audentque publice de virtute aliqua vel sanctorum laude declamare, quod hisce festis magna cum laude quidam puer in templo nostro prestitit, qui, conuocata academia, de puero Jesu eiusque *saluifero* [g] nomine latinum sermonem habuit; quod quidem studium, vt germanis apprime gratum est, ita etiam mirifice aliorum animos ad studia capessenda excitat efficitque hac ratione *Opti. Max.* [h] vt, et filii, et parentes per filios ad sanam doctrinam reducantur.

3. De fratribus nostris aliud dicam nihil, quam quod in offitiis suis sese probe *contineant* [i], seduloque versentur. Nouitii vero in dies in spiritu et in literis proficiunt, quorum numerus (Chro. auspice) a proximis literis est auctus,

---

[a] dicturus —[b] Rde. Pater. —[c] *Hoc punctum mutatum est in virgulam* (,), *quam requirunt correctiones Polanci.* —[d] in hac regione emanare satis intelligimus. —[e] faciunt optimum —[f] longe superant. —[g] salutifero. —[h] Deus.—[i] exerceant.

nam tres egregii adolescentes se sub Jesu vexillo dedere, quorum duo germani sunt, tertius vero italus.

4. Addam hic duo, notatu fortassis non indigna, *quae* [a] Dei gloriam *etiam poterunt promouere*. Soliti fuimus, tam *Patres* [b] quam fratres, infirmos interdum *visitare* [c], eosdem consolari ac salutis spiritualis *pabulum* [d] *ad*ministrare. Mercatorem igitur quendam, lutherana haeresi obstinatissimum, saepius inuisimus et ad saniorem mentem adhortati sumus. Is cum nihil minus se facturum, quam nobis credere, frequenter assereret, tandem Christi gratia induratum eius emolliuit animum et ignorantiae ac malitiae velamen ab oculis cordis eius abstulit, *adeo vt ex conuersatione luporum se in lupum euasisse fateatur rapacissimum*, quod sane Dei miraculum maius est, quam si mortuum quendam ad vitam reuocasset.

5. Honesta *etiam* [e] matrona ad mortem vsque decumbens, cum nulla posset arte medica iuuari, *a* nostris *visitata* [f] subito sanitati est restituta. Vtinam et aliorum sectariorum mortuae animae vestris, Rde. Pater, precibus breui restituantur. Quis enim scit si Deus misereatur nostrae pereuntis [g] Germaniae, et relinquat post se benedictionem? Non est nobis desperandum in tantis alioquin calamitatibus, cum aptissima media suppeditet Christus. Catholicam enim veritatem variis in locis hic ex suggestu constanter spargimus, neque desunt qui auide, et, vt speramus, cum fructu, percipiant.

6. Iniunxit collegio nostro ante suum ad comitia [1] discessum serenissimus romanorum rex Ferdinandus, vt nostrum *quispiam* [h] in cathedrali ecclesia omnibus diebus festis concionetur, quod etiam (Chro. laus et gloria) fit

---

[a] ad. —[b] sacerdotes.—[c] inuisere. —[d] cibum. —[e] Alterum est quod honesta quaedam. —[f] cum nostri eam inuiserent. —[g] periuntis *ms.* —[h] aliquis.

---

[1] Comitia imperii habita sunt anno 1556-1557 Ratisbonae.

magno populi applausu et concursu. Ita sane catholici in fide vera confirmantur, et *si* [a] qui a verita*te deuiarunt* [b], ad rectum salutis tramitem (Chro. duce) paulatim reducentur.

7. Quod ad nostrorum conuictorum statum attinet, ii, si vnquam alias, nunc profecto optime sese gerunt, quorum pacificus conuictus et in moribus et studiis profectus ita excitat commouetque animos istorum magnatum ac nobilium, vt complures ipsorum magnis precibus suos liberos apud nos collocare contendant, sed illorum votis non permittunt nos satisfacere loci et habitationis *penuria* [c].

8. Quamquam duo praeclari primariae dignitatis viri ita importune praeteritis diebus R. Patrem rectorem [1] tum per se, tum per Rdissimum. Labacensem [2] et alios *excellentes* [d] dominos sollicitarunt, vt *illorum gratia* [e] alios, qui nobiscum viuunt, coactus sit in arctum omnino redigere. Alii suis sumptibus cubicula etiam integre *parare* [f] cupiunt, potius quam excludantur sui.

Haec sunt, Rde. Pater, quae in praesentia R. T. scribenda putamus, eandem humillime obsecrantes, vt filios suos viennenses Deo commendet, iisque gratiam copiosam impetret, quo maiora quam hactenus lucra Chro. sponso animarum reportare valeamus. Calendis Januariis 1557.

R. T. P. indignus in Chro. seruus,

MARTINUS STEUORDIENSIS [3].

Inscriptio. † Literae quadrimestres ex collegio viennensi.

Sigilli vestigium.

---

a multi. —b a veritatis via declinauerant. —c angustiae. —d magnae auctoritatis. —e ad eos excipiendos. —f edificare.

---

1 Rector collegii erat P. Nicolaus Lanojus.

2 Labacensis episcopus, Urbanus Textor (Weber).

3 Hujus fit frequens mentio apud POLANCUM, *Chron.*, I, 416; II, 84, etc.; III, 240, etc.; V, 227; et apud *Lainii Monum.*

9

P. LEONARDUS KESSEL

colonia 2 januarii 1557 [1].

1-2. *Coloniensium erga Societatem benevolentia in dies augetur.—* 3. *Plurimi ad sacrae theologiae studium animum applicant.—* 4-5. *Dionysii et Costeri theologicae lectiones de Scriptura sacra, aliae orationes.—*6. *Ad novum collegium nostrates brevi transituri sunt.—*7-8. *Dnus. Gropperus ac prior carthusiae, Societatis fautores egregii.*

1. Ihs. Gratia et pax X.[i] Dni. nobiscum. Amen. Obedientia sancta me monet, Rde. in X.° Pater, ea paucis conscribere, quae ad edificationem esse possent, vt audientium affectus excitetur magis precandi Deum pro nobis, vt in omni bono in dies magis augmentum sumamus, et tanquam palmites frugiferi fructum plurimum adferamus. Nam messis copiosa, operarii autem pauci [2], istis in locis [a].

2. Fauor et beneuolentia coloniensium erga nostros augetur in dies, odorque bonus Societatis in hac diocoesi coloniensi et vltra spargitur in dies magis. Studiosi adolescentes singularem erga nostros affectum gerunt, qui facile colligitur ex eorum diligentia, quam ostendunt in nostrorum lectionibus auscultandis, et concionibus audiendis.

3. Plurimi iam ad sacrae theologiae studium animum applicarunt, vt Germaniae nostrae, Deo opitulante, aliquando auxilio esse possent. Taceo eos qui nos frequenter accedunt, vt sese Societati dare possent.

4. M. Henricus Dionisius legit quotidie in schola theologorum vnam lectionem in Psalmis. M. Franciscus Costerus breui in eadem schola est lecturus Genesim.

---

[a] *Praecedentia omittit Hansen.*

---

[1] Ex autographo in codice *Germ. 185,* unico fol., n. 12; prius 392. Edita a Josepho Hansen, *Rheinische Akten...*, 285-286,ex apographo quod Coloniae asservatur.

[2] Matth., IX, 37.

5. Dominicis et festis diebus nostrorum aliquis semper concionatur populo. Preteritis istis diebus M. Johannes Redt habuit orationem quotlubeticam de charitate [1] magna cum gratia et fructu. M. Franciscus Costerus etiam orationem habuit in schola theologorum in vigilia Natalis Domini, praesente rectore vniuersitatis aliisque viris non infime conditionis, cum omnium magna satisfactione [2].

6. Jam breui nouum intrabimus collegium, quod senatus coloniensis magistro Johanni Redt in gratiam studiosorum, vt in eo doceantur, concessit [3]; nec dubitamus quin senatus collegium adhuc pro toto nobis donabit, quam primum inceperint conspicere fructum quem nostri breui (vt in Domino speramus) facturi sunt [a].

7. Rdus. dominus Joannes Grupperus [4], singularis fauctor Societatis, multum promouet negotia nostra apud omnes, singulari sua beneuolentia qua erga nostros affectus est. Similiter Rdus. Pr. prior carthusiae [5], bonus ille senex et patronus facit; idipsum et amici omnes faciunt.

8. Prospera adhuc omnes fruimur valetudine, laus X.º Dno. Amici nostri D. Grupperus, R. P. prior et amici omnes plurimum sese commendant P. V. Similiter et nos omnes cum tota nostra familia. Rdos. Patres et fratres in Domino salutamus. Bene valeat P. V. Raptim Coloniae 2 Januarii 1557.

R. P. V. seruus indignus,

† LEONARDUS KESSEL † [6].

---

[a] *Quae sequuntur usque* raptim *exclusive, non sunt in Hansen.*

---

[1] Ita dicebantur genus quoddam disputationum in universitate coloniensi, mense decembri haberi solitae, in quibus serio simul et jocose de qualibet re disputari licebat. Cf. BRAUNSBERGER, *B.ti Petri Canisii epistulae...*, I, 124, 665; HANSEN, loc. cit., 285.

[2] Cf. POLANCUM, *Chron,* VI, 418.

[3] Vide inferius epist. Somalii 23 Martii. Collegium illud dicitur «novum» aut «tricoronatum».

[4] Vide pag. 2, annot. 1.

[5] Gerardus Hammontanus. Ibid., annot. 2.

[6] Vide pag. 4, annot. 3.

Inscriptio. Rdo. in X.° Patri M. Jacobo Lainez, vicario generali Societatis Jesu, Romae.

10

P. JOSEPH FABRITIUS

NEAPOLI 2 JANUARII 1557 [1].

1. *Sociorum collegii numerus augetur.*—**2-3.** *Scholae, et adventantium multitudine, et eorum profectu progrediuntur.*—**4.** *Ministeria sacra in templo nostro.*—**5-6.** *Salmeronis adventus Neapolim, ejusque egregiae conciones.*

1. R.^{de} in X.° Pater. Pax X.^{i} Res quatuor mensium qui proxime sunt elapsi, R.^{da} Paternitas tua cognoscet ex his litteris quas, ut satis hobedientiae facerem, breuiter conscripsi. Primum itaque sciat collegium nostrum numero auctum esse. Tam sacerdotes quam layci cum gratiarum actione laeti ac bene ualentes diuino uacamus obsequio. Duo, uel tres potius, nouissime se nobis adiunxerunt: Joannes Nicolaus, qui biennium iuris ciuilis studio operam dedit; et magister Antonius Gaggianus, qui apud nos hactenus humanioribus litteris est institutus. Tertius est uir probitate insignis, nomine Antonius de Leua, neapolitanus, qui spectata ab omnibus fide honestaque fortunae conditione, fere margaritam illam tandem preciosissimam adinuenit, pro qua omnia uendenda curauit, et quod reliquum sibi uitae est, nobiscum transigere decreuit.

2. Quod ad scholas attinet, non penitenda ad eas aduentantium multitudo uidetur, nec exiguus quidem eorum profectus. Doctrina xiana. sextis feriis de more pueris, diebus autem festis adultae etatis hominibus explicatur; necnon singulis diebus profestis de formulis illis questionum, quos casus conscientie uocant, habetur lectio. Tres insuper ora-

---

[1] Ex autographo [?] in codice *Neap. 193,* 1 f., n. 2; prius 6. Exstant duo alia exempla ibid. ff. 1 et 3-4; tertium in cod. *Ital. 171,* ff. 67-68. Est etiam, secundum Hansen, exemplum in archivo civitatis Coloniae. Hac epistola usus est POLANCUS, *Chron.,* VI, 263.

tiones [a] a nostris discipulis studiorum initio post calendas Nouembris publice habitae sunt, et quaedam item carmina recitata.

3. Heri autem (quod hoc loco dicendum uidetur) a prandio frater noster magister Franciscus [1] in classe orationem satis excussam palam pronunciauit cum maxima omnium auditorum approbatione, eumque duo pueri qui a nobis erudiuntur, quibusdam carminibus non inepte sunt subsecuti.

4. De ceteris Rda. Paternitas tua ita habeat: confitentium et communicantium turbam maximam ad templum nostrum confluere; et his praesertim diebus festis proxime transactis ita sacerdotes omnes nostri fuerunt occupati, ut uix edendi otium illis suppeditaretur; tantumque abfuit ut suam omnibus petentibus operam prestare potuerint, ut uel totidem alii operarii ad tantam messem, quae, tum domi, tum compluribus aliis in locis, sese offerebat, requiri uiderentur.

5. Demum Reverendus Pater noster Salmeron [2] diu expectatus, non a nobis tantum, sed a quamplurimis uiris piis atque optimatibus huius ciuitatis, iam abhinc fere mensem uenit, cuius quidem praesentia omnia nobis laeta ac foelicia uidentur, nec spes minima est fore ut breui, Deo Opt. Max. approbante, per ipsum res nostrae hic eum statum obtineant, ut, et templo amplificato et rebus omnibus in melius redactis, commodius et maiori cum fructu proximi saluti incumbere, diuinamque gloriam propagare ualeamus.

---

[a] *Prius* lectiones.

---

[1] In catalogo collegii neapolitani anni 1556 inter magistros recensetur «M. Franciscus, magister 3.ae classis et grammaticae graecae». Cognomen omittitur. Videtur tamen agi de Francisco Onofrio, mutinensi. Cf. *Epist. P. Salmeronis,* I, 303.

[2] P. Alfonsus Salmeron, hispanus, unus e decem primis sociis Sti. Ignatii, collegii neapolitani superintendens, post reditum e Polonia missus fuerat praecedenti anno cum pontificis legato in curiam regis Philippi in Flandriam. Cf. POLANCUM, loc. cit., 21 sqq.

6. Die D. Stephani prothomartyris euangelizandi munus suum est auspicatus, nam ad proregem [1] et eius uxorem [2] in edibus regiis concionatus est lingua hispanica, ubi mirum auditorum omnium studium in eum perspectum est, quorum fuit amplissimus concessus. Nec est quod de eius fama que in his locis uiget, aliquid scribam; cum Salmeron quasi alter Salomon a mult[is] [a] cognominetur ac colatur. Idem festo Circumcisionis, qui heri a nobis precipuo studio est celebratus, alteram habuit concionem, cui uiri magni nominis ac matrona[e] nobilissimae, una cum Rmo. cardinale de Cueua et quatuor episcopis interfuerunt, cum prius a me sacrum audissent, quod primum indignissimus Deo omnipotenti optuli. Is faxit qui me eodem die et religionis suaui jugo antea subdidit, et nunc tan[ti] muneris ministerio apposuit, ut geminato benefitio dupplicatam quoque expediat gratiam, qua in utroque et ipsius summam gloriam et ad meam aliorumque salutem continue me geram. Idem Dominus noster Reverendam Paternitatem tuam diu nobis conseruet ac tueatur, cuius sanctissimis orationibus humiliter me commendo. Neapoli quarto nonas Januarii 1557.

T. R. P. seruus indignus,

JOSEPH FABRITIUS [3].

Deest inscriptio.

---

[a] *Attrita charta hic et infra.*

---

[1] Ferdinandus Alvarez de Toledo, dux Albanus.
[2] Maria Enriquez. POLANCUS, loc. cit., 150.
[3] Huic convenire videntur, quae inveniuntur in *Epist. P. Salmeronis,* loc. cit., 302. Vide etiam POLANCUM, loc. cit., 244.

11

P. NICOLAUS BELLEFILLE

PARISIIS 3 JANUARII 1557 [1].

1-3. *Fructus ex nostratum laboribus percepti novitiorumque exercitationes breviter attinguntur.*

1. Jesus. Maria. Primum quidem, quoad spiritualem fructum attinet, assidue insudamus confessionibus audiendis, vbi plurimum laboratur quo eradicentur dumi, sentes et tribuli, qui diu suas extenderunt propagines in terra humani cordis; et quamuis labor noster votis non respondeat (nemo enim est inter nos qui se lubenti animo, si liceret, non preberet eorum, qui vitam propriam pro Xpo. contemnunt, aemulum), suum tamen per Dei gratiam consequitur fructum. Nam plerique propemodum deploratae vitae, et de quibus perquam exigua spes erat salutis, nunc magis magisque in pietate et nouitate vitae progrediuntur.

2. Frequentamus assueta loca [2], vtpote edes diui Germani (vbi solemus penitentibus sacrosanctam synaxin ministrare), diuorum Lupi et Egidii, diuorum Cosme et Damiani, diui Geruasii, et monialium; demum custodias publicas, vbi est ingens pietatis penuria.

3. Nostri tyrones, modo assiduo conflictu disputationum exercentur, modo declamant, modo vernaculo idiomate concionantur, et suos conatus limando, properant ad consummationem deducere. Nec interim sibi desunt in bonis

---

[1] Exstat autographa in codice *Histor. Soc. 173*, 2 ff., nn. 326, 327; prius 249. Quae cum nihil fere sit, nisi mera amplificatio rhetorica, integra fere deleta fuit a Polanco. Pauca quae ille reliquit, tantum damus. Apographum secundum Polanci correctiones exstat in eodem codice, fol. 331, sub hoc titulo: «Ex aliis litteris Mri. Nicolai Bellefille. Parisiis 3 Februarii 1557.» In autographo scriptus est annus 1556 secundum normam computandi tempus tunc in Gallia servatam.

[2] Cf. sis *Litt. Quadrim.*, IV, 190 sqq.

moribus excolendis, et mortificatione propriae voluntatis [a]. Lutetiae Parisiorum, 3 Januarii 1556.

De mandato R. P. D. Paschasii [1], R. P. T. seruus indignissimus,

Nicolaus Bellefille [2].

Inscriptio. Rdo. in Xpo. Patri Dno. Jacobo Lainez, vicario generali Societatis nominis Jesu. In aedibus Sanctae Mariae della Strada, Romae.

Di porto vno carlino.

Sigilli vestigium.

12

JOANNES BTA. CARMINATA

PANORMO 7 JANUARII 1557 [3].

1-3. *Societatis operarii, tum in nostro, tum in aliis templis, magno cum fructu concionantur.*—**4.** *In xenodochiis aegrotantes invisuntur a nostratibus et ad pietatem adhortationibus permoventur.—Quamplurimae puellae parentibus orbatae ad christianam vitam instituuntur.*—**5-7.** *Aliquot pravorum hominum et mulierum ad bonam frugem perductorum exempla enarrantur.*—**8-9.** *Alia pietatis officia.*—**10-12.** *Scholasticorum et sacerdotum nostrorum litterariae exercitationes.*

1. † Jesus. Gratia et pax X.[i] Vt uetus pariter ac sanctum religionis nostrae seruetur institutum, tempus iam postulare uidetur, ut te, Rde. Pater, quem praesentem non intuemur, per litteras saltem certiorem reddamus absen-

---

[a] *Quae sequuntur etiam deleta, aut omissa sunt a Polanco, pro quibus in margine scripsit:* Ex litteris Nicolai Bellefillae, Lutetiae 3 Januarii 1556.

---

[1] P. Paschasius Broët, e primis S.ti Ignatii sociis, et Galliae provincialis.

[2] De epistolae auctore vide, sis, quae dicuntur in *Litt. Quadrim.*, III, 539.

[3] Ex apographo coaevo in codice *Sic. 181,* 2 ff., nn. 12, 13; prius 164, 165. Aliud exemplum latinum est in ff. 10-11. Exemplum italum subscriptum die 8 Januarii exstat in ff. 14-15.

tem de his omnibus, quae in hoc nostro collegio (diuino fauente numine) his mensibus quatuor contigisse recordamur.

2. Verbum Dei (ut inde sumamus initium unde caetera bona magna ex parte promanant), maiores in dies prouentus facit, et raro uacuum aut sine magno multarum animarum foenore redit. Singulis diebus dominicis ac reliquis sanctorum festis in nostra ecclesia non paruo hominum concursu concionantur nostri.

3. Non desunt quanplurimae religiosae mulieres, quae adeo animum ad res diuinas conferunt, ut et aliis sint exemplo, et nostris X.um Dnum. laudandi magnam suppeditent materiam. Confluunt plebei homines, nobilium etiam multi ex distantissimis ciuitatis partibus, hyberno etiam tempore, sic laeti festinant ad templum, ut si quando (quod ipsis raro accidit) concionem iam incoeptam offendant, dolere certe summopere uideantur, ut ex corporis gestu facile licet coniicere. Reliqui uero mirum dictu quanta animi auiditate ad audiendum Dei uerbum ferantur. Relinquo interim mulieres, quae tam noua diuini uerbi audiendi uoluntate detinentur, ut absoluta concione, maximo animi affectu ad nos accedant, num sequenti die futura sit concio petentes, quando id a concionatore minus acceperint. Quod si futura sit, ita laetis suscipiunt ánimis, ut laetitia gestire uideantur; neque hoc in nostra solum fit ecclesia, sed in diuersis etiam locis, quo ex nostris multi concionaturi singulis fere diebus festis accedunt, aliquando sponte sua, interdum etiam multorum nobilium precibus inuitati; quibus si forte omnibus uellemus satisfacere, non modo festi, sed reliqui quoque dies a nostris concionando insumerentur: quod tamen nobis per alia non minus necessaria impedimenta facere minime licet.

4. In xenodochio non modo pauperes aegrotos, tum concionibus tum priuatis exhortationibus adiuuant nostri, sed complurimas etiam puellas utroque parente (ut dicunt) orbatas, in moribus instruunt christianis. In aliis quoque piis

mulierum congregationibus, et praesertim in monasterio anno elapso extructo [1], serendi uerbi Dei plures ex nostris certis quibusdam diebus ministerio funguntur, quos utinam summus noster agricola Xpus. numero non solum augeat, sed, uiribus etiam additis, alacriores ad opus reddat.

5. Quod uero spectat ad fructum qui, tum diuini uerbi, tum salutarium sacramentorum dono percipitur, non mediocris quidem habendus est, et (ut spero) in dies magis magisque crescet, quippe cum multi assidua confessione ac angelorum pane singulis diebus dominicis deuoto animo suscepto, ad studia pietatis inflammentur; tum in hac sacrosancta Chri. natiuitate tanto concursu et pia animi deuotione sanctissimum X.i corpus a multis est susceptum, ut dies resurrectionis Domini uideretur. Et, ut aliqua ex multis attingam, cum meretrix quaedam maximis peccatis infecta ac corrupta, quae nunquam sanctissimi eucharistiae sacramenti fuerat cibo refocillata, tandem in nostra ecclesia sua confiteretur peccata, effectum est, ut non modo ad coenam X.i Domini auderet accedere, sed etiam omnes facultates suas male partas pauperibus aequo animo erogaret.

6. Praeterea multi cum non paucos annos grauissima cum quibusdam sibi affinitatis uinculo coniunctis exercuissent odia, in nostra ecclesia tandem confessi, adeo corde compuncti sunt, ut non modo pristinis contentionibus et odiis penitus ualedicerent, sed etiam eorum promitterent se consulturos commodis, quorum uitam prius uariis artibus opprimere conabantur. Plurimi cum nobis infesti existerent neque de nostra Societate boni quicquam audire aequo animo possent, Patribus tandem nostris confessi, meliorem aggressi sunt uitam, nostris sese commendantes orationibus. Itaque modo nobis acrius negocium eorum obsequia, quam proximis diebus contemptus et uituperationes facessunt.

7. Mulier quaedam cum duodecim annos in adulterio

---

[1] Videtur agi de monasterio de quo Polancus, *Chron.*, V, 288.

transegisset, multosque miseros ad peccata prouocasset homines, in nostra ecclesia confessa, tantum abest ut in his diutius perseuerarit uitiis, ut etiam pietatis opera summo studio incoeperit exercere.

[*Sequitur aliud conversionis exemplum.*]

8. Hic relinquo pietatis officia, quae a nonnullis quotidie et in uiduas et in custodia publica detentos, aliosque id genus multos exercentur; cum multi e carceribus publicis his diebus nostrorum opera (pecuniam tamen nobilium nonnullis largientibus) fuerint liberati; paupercula quaedam uirgo eleaemosinis adiuta monasterium sit ingressa, ubi se totam diuino cultui studiosissime tradit; aliisque compluribus egenis subuentum eàdem ratione fuerit.

9. Accedit etiam quod nostrorum quoque Patrum crebris admonitionibus quidam ducentos elargitus est aureos, quibus puella quaedam uirgo, quae in maximo pudicitiae suae uersabatur discrimine, uel monasterium ingrederetur aliquod, uel alicui honesto uiro matrimonio iungeretur.

Sed haec satis sint, nimis enim prolixus essem, si omnia ad unum recensere uellem.

10. Studiosorum quoque fructus uberrimus est; in singulis scholis quotidie exercentur discipuli, eorumque uariis modis excoluntur animi; hi enim epistolis componendis, hi orationibus lucubrandis, hi carminibus aedendis; neque modo conscribere, sed pronunciare haec eadem, quoad fieri possit, uenuste contendunt: nam certis quibusdam diebus (ut coeteros interim silentio praetereatm), eloquentiae candidati orationes, conuocatis quibusdam uel affinibus uel amicis (ut fit), publice in templo tanta uenustate et adeo compositis corporis gestibus habent, ut et cognatos in maximam spem et reliquos in summam inducant admirationem; et ex nostris discipulis quidam cum in festo Innocentum de innocentiae laudibus in templo haberet orationem, spectante patre et non paucis eiusdem propinquis ac domesticis, ita se gessit, ut oratoris proprium munus ab aliis diceretur exequutus, patrem enim in lachrymas induxit.

11. In renouatione studiorum tres cum maximo omnium applausu habitae sunt orationes, quarum una graece, reliquae latine sunt pronunciatae: aliquot sunt recitata epigrammata, quae omnes fere qui tunc aderant, non potuerunt non summopere laudare. Interfuit ciuitatis magistratus: non defuerunt nobiles complures: reliquorum uero hominum numerus eo maximus confluxit. Singulis diebus ueneris in nostra ecclesia doctrina christiana praelegitur, quo accurrunt non modo nostri quotquot sunt discipuli, sed plures quoque alii, qui uere X.ⁱ cupiunt esse discipuli.

12. Quotidie quoque domi a rectore nostro Pre. D. Paulo [1] sacerdotibus nostris casus explicantur (ut uocant) conscientiae. Dominum noctu diuque obsecrare non cessemus, ut qui foelix initium his operibus dedit, idem quoque foeliciorem finem imponere non dedignetur, teque ut nostrorum omnium memoriam in tuis orationibus habeas, humiliter etiam atque etiam oramus. Panormi VII Idus Januarii 1557.

T. R. P. filiorum minimus,

JOANNES BAPTISTA CARMINATUS [2].

Desideratur inscriptio.

---

[1] P. Paulus de Achilles.

[2] Humaniorum litterarum professor. De hoc viro cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 289-290.

13

JOANNES PHILIPPUS CASINI

SYRACUSIS 11 JANUARII 1557 [1].

1-2. *Male conceptam de Societate opinionem cives syracusani deponunt.*—3-4. *Confessionis et sacrae synaxis frequentia, nostratum ministerio augetur.*—5-6. *Vestium pompam et ornatum mulieres deserunt, modestiamque christianam in habitu et moribus exhibent.*—7. *Numerus sacerdotum collegium inhabitantium.*—8. *Multi pueri, etiam ex nobilioribus familiis, scholas nostras frequentant.*—9. *Episcopus syracusanus Societatis amicum se ac fautorem profitetur.*

1. Molto Rdo. in X.° Padre. La gratia et pace, etc. Ogni giorno habiamo noua occasione in questo collegio di laudare il nostro Signore, il quale si degna in quello per li suoi instrumenti crescere il frutto spirituale in seruicio di sua diuina maestà, auenga che tutte quelle persone che si confessino nella nostra chiesia di santo Joseph, fanno grande instantia per far' confessione generale et che se dia loro institutione per puoter' andar' più inanzi nella vita spirituale; di maniera che a pena potiamo sodisfare a tanti pii loro desiderii per le occupationi.

2. Quelli che fin hora hanno repugnato alli nostri essercitii soliti della Compagnia, et che impediuano che le loro familie venissero alla nostra chiesia, ora il nostro Signor li ha di sorte mutati, che lor' proprii concorrino a quelli, et con instantia stimulano le persone de la loro casa alla frequente confessione et communione, et dicano che fin a hora sono stati ingannati dalle male lingue, quale conoscano che falsamente hanno mormorato contro li Padri del collegio, quali dànno tanto buono essempio et dottrina, che conoscano chiaramente che nostro Signore l'ha mandati per rimedio delli loro peccati [2]. Molte di queste persone

---

[1] Ex archetypo in codice *Ital. 107,* 2 ff., nn. 79, 80; prius 279, 280.

[2] Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 295 sqq.

ch'hanno mormorato, sono venute al collegio a dimandarci perdonanza et si sono tornate a disdire a quelle persone con le quale haueuano mormurato, di quello che haueuano dicto [a] contra il collegio.

3. Il concurso della gente alle prediche et confessioni va molto inanzi, et massime di persone principali, li quali monstranno grand' affettione nel Signor nostro al collegio, et hanno desiderio d'augmentarlo per hauer più Padri; perchè vedino che tre confessori che fin hora siamo stati, non bastino a sodisfare alla terza parte del concurso delli confitenti.

4. In questa festa della Natiuità del nostro Signore, si sono confessate nella nostra chiesa circa duoi cento persone.

5. Le deuote persone [b] che concorrino a frequentar li soliti essercitii della Compagnia, cioè delle frequenti confessioni, communione, prediche et lettioni, dimostrano grande mutatione della vita et conuersatione loro, perchè ora ci accendeno, si inuitano l'una con l'altra alle diuotioni, et chi può tirare vna di nouo alli sopraditti essercitii, li pare hauer' fatto [c] vn gran guadagno.

6. In questa fiera de santa Lucia, quale si suole fare ogni anno in questa città, nella quale concorrino mercanti di diuersi parti di questo regno, et soglino portar' diuerse cose d'oro et varii lissi per vani ornamenti di dona, per il che questo anno, come è solito, andauano le fanciulle et le donne per comprar' cose alloro necessarie, et essendo al solito inuitate dalli detti mercanti per comprar', come soleuano, ornamenti et pompe, loro rispondeuano che hanno lassate queste cose vane, perchè li nostri Padri di san Joseph non voglino che vsiamo più queste cose. I detti mercanti si disperauano, et ci biastemauano lamentandosi che l'habbiamo ruinati. Meglio hauerebbono detto guadagnati,

---

[a] *Prius* sparlato. – [b] *Hoc v. addit. supra vers. eadem manu.* —[c] *Seq.* hauer *oblit.*

auenga che gli leuauamo l'occasione di malo guadagno. Li fanciulle si rideuano et si piglauano piacer' della loro desperatione.

7. Spero nel Signore che con tempo potranno star' in questo collegio più Padri, et così si potrà fare magior' frutto, benchè il giorno dell' Innocenti arriuò vn Padre di più, quale haueuo demandato al nostro R. Padre prouinciale [1], per il che spero nel Signore che ci potrenmo più dilatar in Domino per agiutar' il prossimo; di maniera che hora siamo 4 Padri in questo collegio [2].

8. Li maestri attendino alli loro soliti essercitii, con assai numero di scholari, li quali in tutto sono circa duoi cento et vinti, et fanno frutto in spirito et in lettere con molta sodisfattione di tutta la cità. Sono nelle nostre schole li figliuoli più principali, come figliuoli di baroni et gentilhomini: imparano la dottrina christiana in versi italiani et la vanno cantando publicamente per la città in loco [a] d'altri canzone vane. Si confessano ogni mese et alcuni ogni settimana, fra li quali ci sono alcuni d'eleuato ingenio et di buone parti naturali dotati, che fanno instantia per esser riceuuti nella Compagnia. Et di ciò ne hanno fatto scriuer allo R. P. prouinciale. Pur non si riceuaranno tanto prest, perchè si proueranno qualche tempo li loro spiriti, acciò sianno più constant nella diuina vocatione.

9. Monsignor il reverendissimo di questa città [3] sempre si dà ogni agiuto et fauor, et mi ha più volte ditto che se per il passato quand 'era qua lo Illustre signor Suero di Vega [4], per rispetto di sua signoria si ha fauoriti, di qua

---

[a] loca *ms.*

---

[1] P. Hieronymus Domeneccus.

[2] Hujus anni non invenimus catalogum collegii syracusani. Anno 1558 erant in collegio tres sacerdotes: P. Casini, rector; P. Dominicus Collinus; P. Michaël a Letavalle. Ex cod. *Sic. 59,* n. 209.

[3] Hieronymus de Bononia.

[4] Joannis de Vega, proregis Siciliae, filius, et syracusanus praefectus.

inanzi lo farà con maior efficatia per amor' d' Iddio et per lo agiuto che riceue dal collegio nel carrigo che tiene di queste anime. Ha particolare affettione alla Rda. P. V., quale ha cognosciuto in Trento nel concilio. Monstrai a sua Sria. le nuoue della Compagnia, delle quali si consollò molto nel Signor nostro et si fece copiar' alcune lettere di quelle più notabili; et nella sua [a] publicamente in presentia di molti gentilhomini communicaua le ditte noue con molta affettione, et diceua che queste lettere si douerebbono publicar' a tutti; et che questo modo d'auisare fu vna inuentione molto santa per excitare la charità. Tenemo sua Signoria Rma. come vno nostro padre, al quale ricorriamo nelli bisogni: et questo amor' che si monstra il prelato [b] è causa di farci magior frutto et causarci magior amor' delli suoi inferiori verso li nostri essercitii spirituali. Nostro Signor di tutto si serua a magior gloria sua. Tutti li Padri et fratelli del collegio ci raccommandiamo con tutto il cuore alle sante orationi et diuini sacrificii della R. P. V. Da Saragoza il dì XI di Jenaro 1557.

Della R. P. V. indegno seruo in X.° nostro signore,

JOAN FILIPPO CASINI [1].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Chro. Padre, il P. Mro. Laynez, vicario generale della Compagnia di Gesù, Padre nostro obseruandissimo, a Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu... Rta. a 17 di Marzo.

---

[a] *Desideratur hic substantivum aliquod, v. g.* conversatione; *nisi forte* sua *(quod scriptum videtur littera majuscula) ponatur pro* sede, *ut catalaunici utuntur* seu, seo *pro* sede *sive ecclesia cathedrali.* —[b] il prelato il prelato *ms.*

---

[1] Collegii rector.

14

P. LEONARDUS KESSEL

COLONIA 13 JANUARII 1557 [1].

1. *Colonienses fidem catholicam constanter retinent. — Domum amplissimam Societati offerunt.* — 2. *Facultas artium nostros admittit. — Coloniensium civium erga Societatem benevolentia.* — 3. *De concionibus et lectionibus a nostris habitis.* — 4. *Theologiae studia promoventur.* — 5. *Vocationes variae ad Societatem.* — 6. *De quibusdam amicis Societatis.*

1. † Jhs. Gratia et pax X.[i] Domini nobiscum. Amen. Reverende in X.[o] Pr. Obedientia sancta ea me repetere facit, quae 4 mensibus elapsis fusius ad P. V. scripsimus.

Aduersariis fidei catholicae nostra Colonia viriliter adhuc resistit, licet vim magnam patiatur indictam, vtinam solum ab *extraneis* [a] et non a domesticis eius. Sed confidimus in Domino quod sanctorum meritis, quorum hic corpora requiescunt, eam seruabit firmam ac sanam in fide, a qua nunquam defecit a temporibus apostolorum, quando eam primo recepit. Magnum nobis hic ostium apertum est, nec vmquam nobis tanta occasio in Domini vinea fructificandi data est, *sicuti* [b] modo. Nam consules colonienses obtulerunt nobis domum amplissimam, quae vna est ex tribus bursis (vt hic vocant), siue collegiis, in quibus studiosi adolescentes studiorum cursum in artibus *absoluere* [c] consueuerunt. Iam *bene* mensis est, quo*d* [d] hoc collegium nostris oblatum est. Iam breui illud [e] intrabimus [2].

---

[a] externis. —[b] quam. —[c] conficere. —[d] ex quo. —[e] in illud.

---

[1] Ex autographo in codice *Germ. 185,* 1 fol., n. 16, prius 205. Emendata est a Polanco, cujus emendationes in annotationibus damus. Obliterata autem italicis litteris in textu notamus. Duo alia exempla exstant in ff. 17 et 106 ejusdem codicis. Eam summatim indicat Hansen, *Rheinische Akten...*, 286.

[2] Vide *Litt. Quadrim.*, IV, 612, et inferius Somalii epistolam diei 23 Martii.

2. Facultas artium etiam nostros admisit, vt gaudeant priuilegiis vniuersitatis, vt alii magistri et regentes collegiorum solent, scilicet quo ad promotiones studiosorum faciendas vel habendas in hoc collegio nostro, et quo ad alia priuilegia. Quare ciues colonienses et studiosi adolescentes multum congratulantur nobis; singulari enim beneuolentia erga nostros affecti sunt, vt quotidiana experientia docemur.

3. Confratres nostri aliquando publice latinas orationes habent. M. Johannes Redt orationem *quotlubeticam* [1] habuit in schola [a] artium de charitate cum omnium admiratione. M. Franciscus Costerus *orationem habuit* [b] in vigilia Natalis Domini in schola theologorum, rogatus a decano S. theologie facultatis. Similiter et M. Henricus Dionisius in vigilia Epiphaniae Domini. In eadem schola M. Henricus Dionisius 2.ª, 3.ª, 4.ª feriis, hora 2 post meridiem legit librum Psalmorum. Eadem hora, eodemque in loco 5.ª, 6.ª *feriis* [c] et sabbato M. Franciscus Costerus legit Genesim tanta cum gratia, vt omnibus sit admirationi. Dominicis diebus nostrum ali*us* [d] concionatur germanice in quadam ecclesia. Taceo de fructu confitentium et eorum, qui nostros accedunt consulendi gratia.

4. Pauci hic erant studiosi S. theologiae, sed modo plurimi animum ad hoc studium applicuere. Fructum quem hae lectiones germinant, facile colligi potest ex auditorum frequentia, quae tanta est, vt a multis annis non sit visum simile [e].

5. Quidam studiosi adolescentes hisce mensibus se Societati dederunt, quorum vnus est dionantensis, iam artium magister futurus, 21 annorum, naturalibus [f] bene dotatus [2];

---

[a] *Seq.* theo *oblit.* —[b] aliam. —[c] 5.ª et 6.ª feria. —[d] aliquis. —[e] quid simile. —[f] naturalibus gratiis.

---

[1] Cf. superius pag. 46, annot. 1.

[2] Gregorius appellatur in *Litt. Quadrim.*, IV, 614; et, ut ibidem annotatur, videtur esse Gregorius Fabius Dionatensis.

alii sunt lotoringi; duo etiam nobiles nobiscum sunt, quorum vnus est dux de Hijmmen [1]. Dominium illud situm est prope Nouiomagum in Geldria. Alter est buscoducensis, etiam iam in artibus magister promouendus. Vterque se Societati dedit. Futuro anno plures habebimus ex nostris, qui in artibus promouebuntur, Deo fauente.

6. Redus. Pr. prior carthusiae [2] et D. Grupperus [3] et amici omnes, in Domino multum recreantur eo quod videant res Societatis hic ita feliciter succedere. Ostendunt opere quam *charitate* singulari [a] erga nos affecti sint. R. P. V. in Domino salutatam plurimum cupiunt, et nos similiter, Re.dorum Patrum ac fratrum precibus nos commendantes, quos omnes in Domino salutamus, *salutem prosperam in Dno. P. V. longam optamus*. Bene valeat P. V. Raptim Coloniae in octaua Epiphaniae, anno 1557.

R. P. V. seruus in Dno.,

LEONARDUS KESSEL [4].

Inscriptio. † R.do in X.o Patri M. Jacobo Laynezio, Societatis Jesu vicario generali, Romae.

Sigilli vestigium.

Alia manu: Quadr. coloni. Jan. 57. Émend.

---

[a] singulari charitate.

---

[1] Vide *Epist. Mixt.*, V, 484, ubi vocatur Joannes, ex pago Blitterswyck, non procul a Neomago. Cf. ibid 505-506, ubi de eodem agi videtur. Hijmen hodie, ut P. van Miert nobis scripsit, esse videtur pagus Hemmen. Quisnam vero fuerit vir de quo agitur, affirmare non audemus, quamvis et nomen et alia quadrent cum his quae in aliis epistolis dicuntur de Joanne a Linden. Cf. HANSEN, loc. cit., 328, 330, 332, 337, 338.

[2] Vide pag. 2, annot. 2.

[3] Cf. ibid., annot. 1.

[4] Vide pag. 4, annot. 3.

15

FRANCISCUS STEPHANUS

MESSANA 13 JANUARII 1557 [1].

1. *Litterariae exercitationes in renovatione studiorum habitae.*— **2-6**. *Fructus ex sacris ministeriis percepti nonnullis exemplis declarantur.*

1. Molto Rdo. in Chro. Padre. Pax Christi, etc. Sì come la negligenza nostra non si dà senon puoche cosse da scribere di questi quattro mesi passati, così parimente usarò di puoche parole conuenienti alle cosse. Et primieramente acciò noi per hora lasciamo da parte quel che dir si potria dell'instituto delle schole et dell'ordine delli studii, dil che souentamente quindi n'habbiamo scritto, solamente quello al presente toccherò che nel principio dei nostri studii, secondo l'uso et ordine nostro, l'Ottobre passato quiui si fece.

Si sonno in prima recitate due orationi, una greca, et l'altra latina. Questa, per hauer' in sè non basso argumento, cioè dell'optimo fine delle cosse, non a puochi sodisfeci; quella, per la nouità della cosa (perchè in greco per il passato non si erano qui mai recitate orationi), fo a marauiglia di molti. Oltre di ciò, fo ripresentato un dialogo in uerso latino, il quale per la iocundità, a quelli che solo il diletto n'spettauano; et per la grauità et artificio, a quelli che l'utilità ne ricercauano, in gran maniera piacque.

2. Il frutto spirituale, benchè in molte cose ueder si possa, in questo massimamente si può cognoscere: che mai sino hora si è ueduto concorrer tanta multitudine di gente a odire la diuina parola, come al presente. Però che cosa nuoua è quel che accadde in questi dì passati nella chiesa nostra, nella quale è occorso che a queste feste de Natale,

[1] Ex archetypo in codice *Sic. 181,* 2 ff., nn. 6, 7; prius 217; olim 186. Est exemplum latinum in ff. 4-5 ejusdem codicis.

in mezza de tanta turba stretta, a punto in quel che il predicator uolse comminciare la predica, fosse sforsata per dolore di gridar et lamentarsi grandemente una donna. Nè certamente senza causa: perchiochè se lei così non facea, a tal termine era ridotta, che si subito non se li porgea aggiuto et soccorso, era en gran dubio della uita sua.

3. Nella matre chiesa, quanto il luoco è più capace, tanto magior moltitudine ui concorre. Nella quale al spesso suol intermetter' il Rdo. P. M.° Gieronimo Ottello de dichiarare la lettione del decalogo per non essergli basteuole la uoce a sodisfare a tanto populo. La cui fatica in predicar la parola d'Iddio non esser presa indarno, molti essempii il dimostrano. Ma conciosiachè molte cose sonno di queste che al presente dire potria, simili a quelli che più uolte habbiamo scritto; per tanto quelle solamente suggiongeremo che nuoue ci appaiono.

4. E adonque in questa città vna donna, non di basso stato, la quale insieme con la sua figliola già da molto tempo suol frequentar' la chiesa nostra, cossì per odir prediche, come per confessar e' suoi peccati. Ma tutto ciò a più grande utilità e frutto spirituale della figliola, la quale essendo già di età di maritarsi, e ricercando la madre marito per la figliola, ella con ogni suo sforzo cercaua fuggir' il matrimonio carnale per potersi più liberamente congiongere con il suo diletto sposo Giesù. In questo mezzo la madre pertinace, hor con uezzi la priegha, hor con prieghi la sollecita, hor con sollecitudine la spinghe, hor con minaccia la stimola: chè più? con le pugna la batte, con uerghe et bastoni la percuotte; ma certo indarno s'afatica la misera madre a riuolgere il fermo animo della figliola, hor con promesse, hor con minaccie. Pur ella, aciochè quel che repugnando non haueria pututo metter' in opera, consentendo alla madre l'adimpisse; disse de uolergli ubedire. La madre pensando che tal occasione non era de lassar passar, acciochè forsi alla figliola non se gli concedessi tempo di pentirse, subito gli ritrouò il marito. Acadde adonque che il giorno stesso nel

qual il matrimonio si deuea concludere, secondo la lor' consuetudine, che uenne la madre insieme con la figliola al nostro tempio per udir' la predica, oue la figliola, uedendo che già s'appressaua il tempo di porr' in effetto il conseglio che hauea deliberato, subito dal lato della madre, tra la moltitudine delle donne che in chiesa intrauano, pian piano si diparte. Hor mentre la madre si crede hauer apresso di sè la figliola, ella fugita dentro un monasterio di uergini s'ascose.

5. Vna altra uirgine parimente essendo in Rheggio dal suo istesso patrone, al quale 14 anni hauea seruito, a cose inhoneste sollicitata, auisata dalla padrona, si retirò in Messina; alla quale, si non hauessi ubedito, era in periglio de la sua uirginità. Giongendo donque in Messina, come a Dio piacque, uenne nelle mani di una gentildonna spirituale, diuota nostra; la quale essendo condotta di quella gentildonna nella chiesa nostra, e uenendo a caso che il P. Girolamo Ottello facessi in quel giorno una predica in lode della uirginità, tanto fo commosso l'animo della uergine, che non uolse più ritornare dal padrone, quantunque egli con gran promesse e lettere fossi inuitata, volendo più tosto lei perdere il salario di 14 anni che seruito gli hauea, che ritornar di nuouo oue in gran periglio posta era la sua uirginità.

6. Ecco R. P. quanto sianno piccoli i frutti da noi raccolti, quali chiaramente dimostranno la negligenza nostra cerca il culto della uigna del Signore (quello dico, R. P., che penso ogniuno di sè medesimo dirà); et acciò da noi questa negligenza scacciamo, e li animi nostri con un nuouo spirito possiamo eccitare, preghiamo sommamente la V. R. P. che si uogli dignare nei suoi santi sacrificii et orationi offerirsi a Dio per sempre. Di Messina alli 13 di Gennaro 1557.

Per commissione d'il nostro Rdo. P. rettore [1]. Della R. P. V. indegno seruo e figliuolo in X.°,

Francesco Stefano [2].

---

[1] P. Pantaleo Rodinus.

[2] De epistolae auctore cf. *Epist. Mixt.*, V, 136-137.

Inscriptio. Al molto Rdo. in Chro. Padre, il P. M.º Jacomo Laynez, vicario generale della Compagnia di Giesù. In Roma.

Sigilli vestigium.

16

ANTONIUS TORRES

BURGIS 17 JANUARII 1557 [1].

1-4. *Sociorum numerus et ministeria in templo nostro et in aliis; fructus ex iisdem percepti.*—5. *De domesticis virtutum exercitiis.*—6-7. *Scholasticorum numerus, studia, exercitia litteraria.*

1. † Ihs. Admodum Rde. Pater. Gratia et pax Christi. *Quanquam simus in dubio an proximae quadrimestres literae T. P. redditae fuerint necne, uel tabellariorum negligentia, uel quod iis bellorum tumultibus liber non pateat ad Urbem accessus, qui ab his partibus eo epistolas perferunt, ueruntamen cum noui nihil post illas hic acciderit, quinimo eadem quae in illis materia sit in his, per has tua P. in illis contenta facile poterit intelligere, quamuis multo plura per ipsum Prem. Victoriam* [2]. *In summa igitur,* quae digna scitu, tam circa domesticorum, quam proximorum profectum in hoc nostro burgensi collegio diuina bonitas per indignos suos seruos in dies operari dignatur, sic se habent.

2. *Et* primo, quod ad numerum hic habitantium spectat, duodecim tantummodo nos esse T. P. intelligat: quatuor *Patres, reliquos uero fratres. Patres autem* [a] sic sunt in-

---

[a] et quatuor ex eis sacerdotes, qui.

---

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 2 ff., nn. 21, 22; prius 150, 151. Emendata est a Polanco, cujus emendationes in annotationibus damus. Deleta, litteris italicis signamus in textu. In ff. 19-20 ejusdem codicis est epistola data Burgis die 12 hujus mensis subscripta a Gaspare in qua confirmantur quae in hac narrantur.

[2] P. Joannes de Victoria fuerat Burgis per aliquod tempus, anno 1556. Cf. POLANCUM, *Chron.,* VI, 17, 582 sqq.

tenti circa proximorum salutem, ut uix ad aures (quod aiunt) scalpendas otium aut locus supersit; tanta enim est ad diuina sacramenta *decurrentium* [a] copia, ut uix ullus elabatur dies, in quo uel a confessionibus, uel a [b] sanctissimi corporis Christi sumptione cessetur, dominicis presertim festiuisque diebus, quibus in nostrum sacellum numerosa *potissimum foeminarum* [c] multitudo *confluit* [d] diuino amore exardescentium; *uiri autem nobis cum praeter paucos neutiquam sint affecti; et ne foeminis sint immixti, cum locus adeo sit incapax, ad alia templa comeant;* quod ni [e] loci angustia (utpote in qua prae paruitate concionari non liceat) nobis esset obstaculo, *non dubium est quin*, diuina juuante gratia, multo maiores in dies fructus *fierent* [f] atque plures animae Christo addicerentur. Auide enim hujus urbis gens diuinum uerbum audit. Verum cum diuinae prouidentiae *sit placitum* [g] intra has angustias nos commorari, quousque per ipsam aliud disponatur, necessum erit aequo [h] *nos* animo perferamus [i]. Super *haec autem, omnibus* pene *diebus Patres* [j] ad iis qui in vltimis agunt [k], opem consolationemque ferendam euocantur. Quod dictu mirum quantopere plebis animos nobis reddat affectos. Aedificantur enim supra modum cum nostros nullo humano illectos praemio, tam diu quam noctu, quotiesque ab ipsis accersuntur, ad ipsorum domos tam libenti animo se conferre videant.

3. *Hoc* praeterea [l] proximo aduentu duo ex nostris per diuersas hujus *oppidi* [m] basilicas [1] diuini uerbi semen non sine fructu sparsere. Detentis etiam in carcere alius dominicis festiuisque diebus euangelium explicat.

---

[a] confluentium. —[b] *Seq.* sacro *oblit.* —[c] hominum. —[d] conuenit. [e] nisi. —[f] capi possent. —[g] placeat. —[h] *Emend. ex* aequao. —[i] vt eas aequo animo nos perferamus. —[j] Insuper quotidie pene sacerdotes. —[k] laborant, *non obliterato* agunt. —[l] praeterea hoc. —[m] vrbis.

---

[1] Intelligi videntur templa extra urbis muros posita.

4. Concurrunt insuper in domum nostram ad *Patres* [a] consulendos de iis quae ad animarum utilitatem attinent, non pauci, qui non exiguam intra se ipsos mutationem *experiuntur*, diuina misericordia id *statim* operante [b]. Mulier quaedam maligni hostis delusa [c] cal[l]iditate [d], uariisqui implicata imaginationibus (quam ante in spiritus uia multum profecisse [e] praedicant), Patris rectoris opera ad meliorem mentis statum paulatim conuertitur. Speramus fore diuina gratia hac uexatione liberandam [f], atque ad pristinam mentem reuoc*andam* [g] [1].

5. Fratres *autem* [h] solitis Societatis exercitiis vacant, non mediocres in suo munere, pro se quisque, facientes progresus; *tres* namque *cum uno* [i] instituendorum puerorum non segnem gerunt prouinciam: *totidem* [j] grammaticae discendae dant operam non poenitendam. Nec tamen ob idipsum consueta spiritus exercitia aliqua ex parte intermittuntur. Quinimo maximo feruore exercentur: student pro uiribus mortificationi sensuum pariter atque intellectus: obedientiae sui praepositi hilari animo se submittunt. Summa concordia et charitate copulati in sua vocatione perseuerant: ad perfectionem ardenti cordis desiderio anhelantes atque in dies seipsis meliores euadere conantes, seruandarum regularum districtam curam habent. *Utinam irrupta Christi copula nos omnes unanimes in sua sancta uocatione persistere faciat;* quod nunc maxime obtinere speramus, cum beatissimum Patrem nostrum [2], atque alios nostrae Societatis Patres fratresque in coelis apud Patrem aeternum aduocatos habeamus.

6. Hactenus de *Patrum* [k] fratrum*que* studiis; *nunc* iam

---

[a] nostros. —[b] operante, experiuntur. —[c] *Emend. ex* dellussa. — [d] *Perperam oblit. alterum* l. —[e] *Emend. ex* proffecisse. —[f] speramusque fore cum diuina gratia vt hac vexatione liberetur. —[g] revocetur. —[h] alii nostri. —[i] quattuor namque ex eis. —[j] tres. —[k] nostrorum.

---

[1] Cf. POLANCUM, loc. cit., 586, ubi melius haec explicantur.

[2] Alludit ad mortem B.ti Ignatii de Loyola, Societatis fundatoris.

de his quae ad scholasticos spectant, paucis T. P. accipiat. *Quorum numerus uix ad centum procedit; nam licet cum primum nostrae scholae iacta sunt fundamenta, in eam confluentium multitudinem scholasticorum domus nostrae angustiae difficulter possent capere; tamen ubi procedente tempore eis mentio confessionis coepta est fieri, plurima eorum pars uerbum istud durius quam par erat accepit, atque sic numerosa illa caterua subito, paucis demptis, ueluti fumus euanescens, ad preceptores sub quibus tirocinium latinae linguae fecerat, conuersa est* [1]. Qui *autem nobiscum permansere*, non equidem poenitendos in literis faciunt fructus, nec segniores [a] in iis, quae ad suarum animarum vtilitatem attinent. Sunt enim ex his pueri usque adeo syncero puroque corde, ut non homines, sed columbae uideantur; et licet in omnibus classibus magna fiant literarum operae praetia, tamen in *quarta* classe *quae* rethoricorum *est* [b] multo maior relucet fructus. Uidere est quippe pueros uixdum decimum quartum egressos annum, accept*is* a suo praeceptore singulis hebdomadibus *thematiis* [c] tanta uerborum ubertate atque affluentia amplificatum locupletatumque ad magistrum referre [d], ut illi ipsi nobisque omnibus non paru*am faciant* admiration*em* [e]. Nec illud silentio praetermitendum censeo, cum in nostra Hispania neutiquam sit contemnendum, proximo siquidem Julio mense graecae linguae praecepta illis coepta sunt tradi, quae tam auide imbiberunt, ut nec numero nec eruditione aliarum academiarum scholasticis *contemporaneis* ulla possint ex parte cedere; *quatuordecim enim grammatici euasserunt, quod non parum est in nostra Hispania.* Diui etiam Thomae apostoli die dialogum nobis exhibuere cum quatuor

—[a] segniores sunt. —[b] in classe rhetoricorum. —[c] accepto... themate. —[d] *Emend. ex* refferre. —[e] non paruae sint admirationi.

[1] Vide *Litt. Quadrim.,* IV, 417; et POLANCUM, loc. cit., 582, 583.

rethoricis [a] orationibus: habitae sunt diuersis diebus, et aliae tres a domesticis fratribus publice.

7. Futurum confidimus scholasticorum numerum in dies magis ac magis *ampliandum* [b] ubi nostrorum profectus ab aliis cognosci coeperit. Omnipotentis Dei bonitas nobis omnibus manum misericordiae porrigat, gratiamque qua diuinam suam uoluntatem impleamus, nobis largiri dignetur. *Quod ut implere ualeamus, T. P. humiliter deprecamur cum caeteris Patribus fatribusque ibidem manentibus, Dei clementiam pro isto pussillo grege interpellare non caesses, ut unigeniti Filii sui uestigiis insistens a recto mandatorum suorum tramite nec transuersum quidem unguem deflectat.* Datum Burgis decimo sexto calendas februarias 1557.

Ex comissione Rdi. P. R. [1].

T. P. indignus seruus,

ANTONIUS TORRES [2].

Inscriptio. † Al muy Rdo. en X.º P.ᵉ nuestro, el Padre maestro Laínez, vicario de la Compañía de Iesús en Roma.

Sigilli vestigium.

---

[a] rhetoricis. —[b] augendum.

---

[1] P. Gaspar de Azebedo.

[2] In catalogo collegii vallisoletani subscripto die 1 Januarii anni 1566 (in codice *Cast. 13,* fol. 44) haec leguntur, quae de hujus epistolae auctore intelligi videntur: «El P.ᵉ Antonio de Torres a que entró en la Compañía 9 años y 10 meses, y siete años y medio que hizo votos. Es de Guimiel [Gumiel] de Yzán, obispado de Osma. Antes de entrar era estudiante artista, y avía oýdo tres años de leyes. Después de entrado se ordenó de todas órdenes, y leýdo 7 años y medio de gramática. Oye agora el curso de theología, el 3.º año, y predica y confiesa. Es de 30 años y dos meses.» Unde colligimus illum ineunte anno 1556 Societatem ingressum fuisse.

17

THOMAS LENTULUS

INGOLSTADIO 25 JANUARII 1557 [1].

1. *Societatis apud cives existimatio in dies augetur.*—2. *Spes novae scholae aedificandae.*—3. *Pueri nostras scholas frequentantes exemplo virtutis ac verae pietatis suos parentes ad christianam religionem melius observandam provocant.*—4-5. *Litterarum ac scientiarum exercitationes aliquae recensentur.*—6. *Optimae spei adolescentes ad Societatem admissi.*—7. *Quatuor socii Pragam mittendi.*—8-9. *Aliae mutationes nostratum.*—10. *Tabellariorum in litteris perferendis tarditas.* - 11. *Domus bene procedit.*—12. *Canisius in comitiis ratisbonensibus primum locum obtinet inter theologos.*

1. Pax Christi Jesu nobiscum. R.de in Christo Pater. Daturus operam vt ea quae vel maxime optares, aut minus displicerent, paucis R. T. et iucunde perscriberem, tum quae sub finem Decembris vsque adhuc circa vberrimun prouentum ac longe foelicissimum progressum collegio ingolstadiensi acciderunt, haud poenitenda perstringerem; primum quod de puerorum institutione, quae magnopere horum ciuium animos in nostri admirationem pertrahit, cum inmortali gaudio occurrebat, et hoc inter caetera magnificentius obtigisse, declarandum venit: tam nos in praesentia ab omnibus beneuolentiam captasse, hanc omnes a nobis opinionem concepisse, vt quosdam de caelo quasi diuinos homines in Germaniam delapsos putent, vt etiam diligentia nostra alia huius ciuitatis gymnasia iam propemodum expilata esse nonnulli, licet pauciores, qui quaestum sperant, inuidiose querantur.

2. Locus, qui pueris hoc tempore erudiendis datus est, eos commode non capit, insygnes ac multis naturae dotibus egregie exornatos. De subsidio loci conuenientioris et am-

[1] Ex autographo in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 29, 30; prius 429, 430. Compendium hujus epistolae invenitur in ff. 31-32 ejusdem codicis.

plioris, nulla mihi apud amicos spes affulget, nisi graues istas molestias, ex quibus spe non dubia incredibilem sumus vtilitatem tandem collecturi, in nouae scholae aedificationem paucis, vt spero, mensibus perficiendam, patienter feramus.

3. Ante natalem Saluatoris nostri Jesu Christi ad confessionis sacramentum omnes suscepti sunt, nemine refragante, demirantibus quamplurimis, parentibus stupore insolito affectis, quorum improbitas nunc ab ipsis quos lactauerunt, tanquam foedissima exprobratur, reuelatur, atque vt detestabilis conuincitur, qui contra communem vsum, exemplum disciplinae a rudibus pueris capiunt, virtutes hauriunt, et in vera pietate et christiana religione ab ipsis denique, quibus normam viuendi praeberent, erudiuntur, diriguntur que. Siquidem, nato Christo redemptore nostro, 23 ex maioribus sacrae communionis participes effecti, incomparabilem nobis ipsis et sacro assistentibus laetitiam pepererunt, ordine, decentia, ac singulari honoris exhibitione nunquam antehac visa, qua puerum Iesum, qui pueris caelorum regnum promisit [1], pueri, stupentibus matribus, reliquis attonitis, hospitio vnanimes exceperunt. Quid reperiri tam eximium et expectandum in hac prouincia potest, quam quod illi, quibus adhuc lacte fere opus est, solidum cibum praebeant nutrientibus, parentes bonorum operum admoneant, omnesque ad pia et laudata christianae religionis officia exemplis prouocent, instigent, adhortenturque? Quae opera non mediocrem medios inter ciues nobilitatem ignotis conflauit.

4. Quatuor illis praefecimus magistros germanos, licet duabus tantum classibus et inferioribus imperent. His spectaculis accesserunt disertissimae atque ipsam, vt authorem suum declararent, spirantes Italiam, orationes elegantes. Isthaec studia, actiones, conatusque hoc lucri dederunt, vt tota ciuitas plena sit erga nos clementiae, mansuetudi-

[1] MATTH., XVIII, 3.

nis atque admirandae humanitatis, tum etiam a nobis maiorem diligentiam virtutemque et postulent et expectent, vt nec vlla conquestio, nihil apertae vel insidiosae persecutionis, nihil iniuriarum, sermo omnium exhaustus sit nobis contrarius.

5. Habebam iam prae manibus lepidam et deuotam comoediam, quae diebus bacchanalibus, assentiente R. P. Canisio [1], apud populum egissent. Sed ob temporis breuitatem prorogata in transitum Domini est; quum praeter aestatem etiam maiora nobis commoda accumulabuntur.

6. Praeterea noua Domini circumcisio mirum quid non attulerit noui! Equidem per totam noctem laborantes, ingens nobis foenus ex piscium captura reposuimus [2]. Quatuor siquidem fratribus sodalitatem nostram vberrime completauit, eximiae spei adolescentibus. Quorum primum, doctum et theologum, qui ante Christi aduentum pro gradu primo in actu publico respondit doctissime et cum omnium admiratione, Ratisbonam pro amanuensi misi Rdo. P. Canisio. Guilielmus appellatur, et Pragam breui cum aliis [a] 4.or ex nostris fratribus transferetur. Reliqui duo sunt qui nobis seruierunt in coquina et in negotiis hactenus conficiendis multum collegio laboris ademerunt, licet adhuc in negotio persistant. Ante fuerunt studiosi in hac vniuersitate. Vni nomen est Laurentius, vita et moribus adeo [b] singularis et sanctus, vt iuuenem magis pium et deuotum antehac credam nusquam nec vnquam me vidisse, tanta animi sinceritate et pietate, vt omnibus nobis sit simulachrum et exemplum religionis; inuitis parentibus hanc sortem amplectitur; seruit liberaliter vsque in hunc diem, atque ob penuriam coqui precibus a me postulauit si culinae curam habe-

---

[a] *Hoc v. add. supra vers. eadem manu.* —[b] *Hoc v. add. supra vers. eadem manu.*

---

[1] P. Petrus Canisius, praepositus provinciae Germaniae superioris. Polancus, *Chron.*, VI, 32.

[2] Cf. Luc., V, 5.

re possit. Alteri, Leonhardus, bona indole puer, sed rudioris ingenii, in officio vero diligentissimus et ad omnia paratus. Quartus triduum fuit in collegio, baccalaureus juris, patria Middelburgensis, zelandus, optime notus M. Theodoro amstelredamensi [1], quocum vna fuit Louanii. Romam etiam ante annos, credo tres, peruenit, licet Bononiam rediens, ibi commoratus sit tres annos. Deinde ex Italia se Wittembergam recepit, postea Friburgam, vbi cum propter nefandissimas haeresum pestes consistere nequiuit, Ingolstadium tanquam ad honestiorum studiorum asylum confugit. Statim, vbi resciuit huc collegium aliquod venisse Roma ex Societate Jesu, accepta occasione conueniendi rectorem, querit de M. Theodoro, quem cum longa confabulatione in familiaritatem recepissem, rediit post octo dies, ac Spiritu Sancto permotus, continuo adhibitis opportunis rationibus, nostram Societatem ingredi statuit, statimque communione corporis dominici confirmatus, relictis omnibus, secutus est Dominum. Habet parentem diuitem, qui secundum carnem magnifica et praeclara opera ab illo expectabat, huius rei inscium. Maturus est, humanus, ac egregie pius, quem singulari praeuilegio Dominus Deus videtur praeseruasse.

Plures sunt et eiusdem farinae homines, sed locus perexiguus est, et redditus tenues, nisi misericors Deus, vt saepe experimur, nobis misericordiae manum porrigat. Vtinam solo pane continenter frui et humi dormire et animas lucrari plurimas saepe liceat! Si pecunia abundarem, mitterem frequenter de primitiis nostris Romam; sed Dominus dabit aliquando cum fructu prouentum.

Hic M. Jacobus Middelburgensis iam accedit ad exercitia; qui eum praecessit, iam absolutus est.

7. In Februario 4.^or^ ex nostris Pragam mittam consilio Rdi. Patris Canisii, partim vt nos superfluis, partim labore perdifficili pragenses leuet.

---

[1] Videtur agi de Theodorico Gerardi amsterodamensi, qui tunc Romae versabatur.

8. D. Hurtadus [1], licet molestius id acceperim, nobis eripietur. Sed omnem ex animo molestiam depellit vtilitas et augmentum, quod promouere conamur istius collegii. Comites habebit Stephanum, Petrum [2] et [a] Leonardum nouitium. Huius vicem agit alius Leonhardus, quem R. Pater Canisius Ratisbona misit ad eandem Societatem properantem. Deinde D. Vsrmarus [3] nobis obtulit adolescentem nomine Adalbertum [4], inuito et insalutato patre, auolantem. Viennae olim adeptus est titulum primum in artibus. Post hunc, Pragam, patriae proximam, reuersus, animum ad Societatem adiecit. Quod vbi pater cognosceret, etiamsi opibus et foecunda prole abundet, Pragam venit, vt hunc filium a proposito retraheret. Quo adueniente, P. Vsmarus maturo consilio, et iuuenem hoc desiderio flagrantem Ingolstadium, tanquam ad remotiorem et locum desertiorem, transmisit. Eum pro fratre acceptauimus et in sodalitium nostrum suscepimus, hoc medio, vt nos vicissim, propter loci angustiam et fratrum copiam, hanc breui vicissitudinem reddamus, vt pro vno 4.^{or} lucretur. Multifariis donis plerosque antecellit, atque theologiae operam nauare cum M. Jacobo [b] potest. Totaque corporis portio promittit singulare aliquod adolescentis eximii benefitium.

9. Amicus ille noster [5] Ratisbona ante paucos dies sospes domum rediit. Literae vestrae, quas legit apud D. Canisium, non parum profecerunt. Natura eius opus habet perpetuo

---

[a] *Hoc v. add. supra vers. eadem manu.* —[b] *Haec 3 vv: add. in marg. eadem manu.*

---

[1] P. Hurtadus Perez, qui ad pragense collegium missus est. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 389.

[2] Inter eos qui anno 1556 Roma Ingolstadium missi sunt, numerantur Stephanus Liberius et Petrus Knoten, de quibus agi videtur. Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.^{a}, XI, 524.

[3] P. Ursmarus Goissonius, rector collegii pragensis.

[4] Adalbertum Bauzek. Superius, pag. 28 sqq.

[5] Alludere videtur ad P. Covillonium, Cf. *Lainii Monum.*, I, 537.

ductore, nihilque aliud requirit quam viuere in obedientia, licet omne meum obsequium, vt ante, in illum sit.

10. Venio ad literas de 14 Nouembris [1], quas pluribus epistolis vna cum conclusionibus accepi 17 Januarii. Jam mensis effluxerat a quo certus eram eas esse in itinere. Scripsit enim Bononia frater D. D. Zoannetti [2] mercatores augustanos grandem fasciculum literarum, qui ad jesuitas pertineret, apud merces suas deposuisse. Quare tardius nobis venerunt. Vt autem huic tarditati et missionis literarum solicitudini succurramus, istud pro certo habeat R. T. nuntium augustanum singulis 14 diebus vsque Romam excurrere, et isthinc redire Augustam; quae cum distet ab Ingolstadio 9 miliaribus, habemus aurigam cognomento Haess, cuius iam pridem mentionem feci; is subinde ad veredarium accedit, si literas romanas habeat, quas solet plerumque ad nos deferre. Sed quaeso vtamini hoc medio mittendi literas; erit negotium sine labore. Frequenter incidunt in manus haereticorum, vnde nunquam solent prodire, vt saepe apud me D. Zoannettus de infidelitate mercatorum conquestus est, quibus nihil plane fidit.

11. Rogo atque obtestor R. T., optime Pater, et in Chro. Jesu charissime, D. D. Polancum, vt vestri Lentuli aliquando recordemini. Domestica cura grauis est, licet caro prius quam voluntas deficiet. Vtroque nunc destituitur ministro, qui cum dexteritate et applausu domestico, munere imposito perfungi non potuerunt. Alleuor cum crebrius R. P. Canisii literas regusto, cum nulla septimana fugiat quin bis quaterue mittam, aut ab illo literas recipiam. Studium omnino abolitum est, raro aut nunquam in quiete aliquid lego. Domus salua est tota, vna mens, vnus animus.

12. Rdo. P. Canisio in congregationibus theologicis, ad

---

[1] Has vide apud *Lainii Monum.*, loc. cit.

[2] Dr. Franciscus Zoannettus, professor universitatis ingolstadiensis. Cf. BRAUNSBERGER, *Canisii epist.*, I, 335, 339; II, 9.

quas tandem ventum est, in comitiis ratisbonensibus [a] tribuitur primus locus [1]; quem necesse est nostris precibus, laborantem pro Germania, subleuare in Christi charitate. Nouimus operis huius magnitudinem et pendentem inde vtilitatem. De concionatore nobis mittendo scripsit, vt ait, Viennam: is summe nobis necessarius est. Oretis pro me indigno semper, qui ex animo vos in Christo Patres ac fratres charissimos et amo et colo. Ingolstadii VIII calendas Februarias, 1557.

Rdae. Pat. tuae seruus indignissimus,

Thomas nouiomagus Lentulus [2].

Inscriptio. † Rdo. in Christo Patri D. D. Jacobo Laynes Societatis nominis Jesu vicario generali. Romae.

Sigilli vestigium.

18

P. DIDACUS CARRILLO

compluto 31 januarii 1557 [3].

1-2. *P. Ignatii beata morte ac Patris Francisci adventu et exemplis virtutum socii complutenses gaudent.*—3. *Eorum in litteris et virtutibus progressus.*—*Facultatis theologiae parisiensis decretum contra Societatem in complutensi academia amorem erga eamdem Societatem adauget.*—4. *Theologiae conclusiones in nostro collegio ab adolescente egregie sustentantur.*—5. *Fructus ex sacris ministeriis percepti.*

1. † Ihs. Muy Rdo. en Chro. Padre nuestro. Pax X.[i] Aunque speramos en el Señor que el Padre doctor Araoz

---

[a] *Hoc v. add. eadem manu supra vers.*

---

[1] Cf. Braunsberger, ibid., II, XXIII; et Polancum, loc. cit., VI, 354, 355.

[2] Collegii ingolstadiensis rector.

[3] Ex archetypo in codice *Hisp. 95,* nn. 34 et 36, omisso n. 35 ab eo qui folia signavit; prius 327.

y los demás Padres que de aquí parten para allá [1], darán a V. P. larga relación de lo que el Señor se digna de hazer en los Padres y hermanos deste collegio, y en los próximos con su ministerio, todauía diré algo en particular de lo que en otras tengo en vniuersal scrito a V. P.

2. Luego como aquí en este collegio se supo el felice tránsito de nuestro Padre Ignatio, vino a él el Padre Francisco [2], cuya venida, según la teníamos desseada, parece que confirmó el alegría que todos teníamos en pensar cómo ya tenemos en el cielo quien sin necessidad de nada nos mire y haga nuestros negocios: y cierto, alos aquí hecho el Padre Francisco tan bien, que muestra el Señor bien claro los ojos con que mira este nuevo majuelo y Compañía que se dignó de plantar en nuestros días. Con su doctrina trahe la gente admirada, y con su exemplo tiene a todos confusos; y sin muchos que andan para caer, han después de la quadrimestre de Setiembre entrado en este collegio quatro suppuestos muy buenos, gloria al que los truxo: uno sacerdote, criado que fué del doctor Ortiz [3], y dos theólogos, muy buenos studiantes, y dos artistas, vno que ya auía acabado el curso, buen mathemático, y otro lógico.

3. Todos los studiantes deste collegio están, gloria al Señor, buenos, y van en spíritu y letras cada día creciendo, y dando mejor olor de lo uno y de lo otro. En la uniuersidad por más que el demonio se aya esforçado a perturbarlo, cierto ha sido para dar gloria al Señor ver lo poco que el demonio nos ha dañado con las firmas parisienses [4], assí en lo spiritual como en lo temporal; y muy grande confu-

---

[1] Sermo est de Patribus electoribus, qui ad congregationem generalem convocati fuerant. Cf. *S. Francisc. Borg.*, III, 274; quorum tamen iter usque ad annum sequentem impeditum fuit.

[2] S. Franciscus Borgia, commissarius generalis Hispaniae et Lusitaniae.

[3] P. Joannes Sánchez. Cf. CASTRO, *Historia ms. del colegio de Alcalá*, lib. VII, cap. 2.

[4] Decretum scilicet facultatis theologiae parisiensis contra Societatem. POLANCI *Chron.*, IV, 328; *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, XII, 614 sqq.

sión para él, que pensó que traýa en ellas vna máchina tam poderosa, que avía de dar con todos los nuestros en el suelo; y specialmente en esta universidad; pareciéndole que assí avía de ser en esto semejante a París, como lo es en el curso; y ale salido tan al reués, que nos ha sido ministro de grandes bienes, gloria al Señor que los sabe sacar de los mayores males. Los que no conocían qué cosa era la Compañía, la han venido a conocer; y los que a bulto estavan mal con ella, han visto que, pues vna vniuersidad tan insigne como la de París no halló de que hazelle cargo, si no de aquello que no ay en ella ¿por qué no la amar?

4. Nuestros studiantes en doctrina y modestia, conforme a sus reglas, procuran señalarse; y este día delante del duque de Francavilla [1] y del cancellario desta vniversidad, electo de Almería [2], y de los regentes desta vniversidad, tuvo en nuestro collegio conclusiones de la 3.ª parte de S. Thomás vn hermano de dezisiete años, con mucha edificación y admiratión de los que vieron su modestia y bibeza en el responder.

5. Los Padres que aquí residen, se ocupan en confessar y predicar en nuestra iglesia la doctrina, como suelen, y en ayudar a morir en quanto sufren sus studios y su número. Algunos que andan y han andado fuera, han hecho grande fruto con la gracia del Señor, con sus pláticas y confessiones, tanto que vn Padre no letrado, ni muy antiguo en la Compañía, se ha dado tan buena prissa y tan buena diligencia, en el Señor, que en vn lugar donde ha estado, a introduzido vniversalmente en él que se confiessen por lo menos cada mes, y reciban el sanctíssimo sacramento el día de su sancto; que, a nuestra imitatión, los echan al principio del mes para todos; y muchos dellos se confiessan cada semana con grande edificación de los pueblos comarcanos.

Otras muchas cosas que aquí se pudieran screvir, dexo,

---

[1] Didacus Hurtado de Mendoza.
[2] Antonius Corrionero. Polanci *Chron.*, V, 557.

parte por que spero en el Señor que los Padres que agora quedan aquí de camino para allá, se partirán presto, parte porque de las del Padre Francisco y del Padre prouincial [1] las avrá V. P. entendido todas o muchas dellas.

Todos los Padres y hermanos deste collegio nos encomendamos en las oraciones y sacrificios de V. P. y de los demás Padres y hermanos de essa casa y collegio, y particularmente yo como más necessitado. El Señor por su clementia llueua sobre nosotros el spíritu de sus dones y de sus gracias, y en V. P., como sus hijos en el Señor lo desseamos y avemos menester. Amén. De Alcalá y de Henero último, de 1557.

De V. P. el mínimo y muy indigno hijo en el Señor,

†
DIEGO CARRILLO [2].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Chro. P.e nro., el P.e M. Laínez, vicario general de la Compañía de Jesús, en Roma.

19

PETRUS MARTÍNEZ

GANDIA 31 JANUARII 1557 [3].

1-2. *De nostratum profectu in religiosis virtutibus.*
3-11. *De ministeriis erga proximos.*

1. † Perquam Reuerende in Christo Pater. Aeternus omnipotentis amor sit semper in animo tuo omniumque, amen. His literis, charissime Pater, te de his certiorem faciam quae Dominus noster dignatus est eorum ministerio

---

[1] P. Antonius Araoz.

[2] In catalogo collegii complutensis anni 1558 (in cod. *Tolet. 12.a*, fol. 84) dicitur: «El P.e Carrillo. Sacerdote; natural de Tinajas; acabado el curso de theología; tiene quarenta años de edad; ha ocho años que es de la Compañía.»

[3] Ex originali in codice *Hisp. 95,* 1 fol., n. 37; prius 367. Aliquot in hac epistola orthographiae menda reperiuntur, quorum praecipua notamus. Usus est hac epistola, ut videtur, POLANCUS in *Chron.,* VI, 520-521.

operari, quos sua misericordia in hoc collegio coniunxit magno cum profectu suarum animarum ac proximorum iuxta Societatis institutum, ad maioren gloriam Domini nostri. Itaque primum de domesticis ac eorum modo in procedendo et proficiendo accipies. Deinde perquiram ea quae sunt foris, quam potero breuissime; eam autem breuitatem in orationibus non desiderans, quas bonus Pater pro tuis huius domus in dies coram Domino effundis ac effundes; inest enim nobis in eis maxima fiducia.

2. Domi (diuina gratia operante) crescit in dies profectus et magna desideria cum operibus perfectae regularum obseruantiae ac mortificationis, teste superiore, quem vt sibi publicae in cenobio [a] disciplinae concedantur, non cessant sollicitare. Ex quibus nonnullae concessae atque perfectae sunt maximo cum emolumento fratrum, quae sunt signa perspicua desiderii sanctae mortificationis ac spiritalis profectus. Oratione et sensuum custodia clarent plurimum, quae quidem non est parua quies his qui pro ipsis sunt Deo reddituri rationem. Collationes atque omnis virtutis spiritalia exercitia exhortationesque ad omnem perfectionem hic habentur, nulla habita obliuione eorum quae ad sanctam, promptam ac caecam obedientiam spectant. Illa autem frequentius exercentur, et ex eis singularis fructus enitescit.

3. Cum iis qui foris sunt, his mediis agitur quibus Societas vti consueuit ad proximorum perfecctionem, quoad fieri potest, nemini deficiendo. Praedicatur sacrosanctum euangelium, vt plurimum, matutinis temporibus, ex quo fructus amplissimus apparet, cum in confessionibus ac frequentia sacramenti, tum in operibus charitatis, quae his nostris temporibus sunt apprime necessaria. Et praesertim, quum noster quidam concionaretur, et forte audiret quaedam mulier, quam nescio qua ui ad concionem attraxerant (vixerat enim multos annos inconfessa et a christianis ope-

[a] *Sic, pro* coenaculo?

ribus abhorrens), eam in corde percussit, qui eius amore graui vulnere habuit percussum, vt deinde a templo se negaret discessuram, donec confessa receperit consolationem: itaque eam dimisere, vt in alium diem sese disponeret sacramentis; quae nunc ita pergit, vt in dies maxime proficiat, atque his quibus fuerat antea nota, praebeat specimen honestissimae mutationis.

4. In templo maximo atque aliis nostri frecuenter concionantur, multis sane audientibus et proficientibus, quippe qui libentissime audiunt. Exaltetur in omnibus Deus noster, cuius gloria quaeritur in omnibus.

5. A prandio semper legitur christiana doctrina cum frequentia ingenti auditorum, quorum numerus iam modo auctus, magis ac magis (vt speramus) quotidie augebitur. In confitendo ac sacrosancta synaxi recipienda multi sunt frequentes. Ex confessionibus et concionibus videntur eximii fructus emanare, ex quibus (breuitatis causa) pauculos attingam.

[*Missum facimus aliquem casum.*]

6. Alia quaedam vidua, cui perabundabant pecandi occasiones, veniens ad nos ita est mutata, vt ex mutatione ipsius gloria Jesu Christo, gaudium honestis et admiratio notis eius oboriatur; et tandem cum voto castitatis in confessione, communione ac mentis oratione pergit: atque adeo firmiter, vt dicat (diuina interueniente gratia) non fore sufficientes omnes demones ad eam deiiciendam, dum hic habeat collegium.

7. Tres puellae, prae caeteris eiusdem farinae multis, in mundi contemptu enitescunt, cum eius fuerint antea amantissimae; et ex his duae se iam alligarunt votis, tertia vero detinetur, quo melius adimplenda necessario consideret, tametsi inuita detinetur.

8. Praetereo multas confessiones veterrimas ac inutiles, eo quod in eis aliqua scaelera caelarentur ob inanem et mendacem verecundiam, aut aliis rationibus, quas perfidus ille serpens proponere consueuit, quo eos facilius

in laqueis detineat; his etiam adhibitum est remedium.

9. Pueri docentur christianam doctrinam cum maximo gentis concursu, ita vt neque intus neque in foribus aut fenestris daretur hodie locus. Dantur aliquando his qui melius sciunt, aut errant in paucioribus, sparteae quaedam cistulae, prout vtrique sexui conueniunt; quae praemia victoribus fratres nostri contexunt, et quidem rector [1], vt his mediis libentiores efficiantur et ad veniendum promptiores; quae enim uero tanta fuit ansa, vt quum antea quodammodo frigerent, nunc, audito tintinabulo, vna omnes ilico concurrant. Ex quo sancta quaedam admiratio cuncto populo accessit.

10. Ad audiendas infirmorum confessiones et adiuuandum morientes fere semper vocamur; non enim sibi in infirmitate satisfaciunt, nisi habeant nostrae Societatis quemquam; quod si habeant, tutissimum sibi portum pollicentur.

11. Dissidia inter viros et vxores, et inter alios etiam sedata sunt. Et ne te prolixitate fatigem, Pater dilectissime, de vno tantummodo dicam, qui scaeleris cuiusdam ocasione, peregre proficiscebatur, deserens vxorem et filios multos pereuntes, et alios non sine magno detrimento, quum vir esset negociator; et (quod erat in ea re fortius) neque aduersarii volebant ei condonare, et multo minus judex, neque ad eam rem suffecerat aliquis ex multis qui tentarant; tandem, praeeunte oratione, quidam ex nostris negotium

---

[1] Mense junio anni 1556, ut Polancus dicit (*Chron.*, VI, 516), constitutus est collegii rector P. Christophorus Rodriguez; cui hoc ipso anno Vallisoletum misso, successit P. Philippus Pancrudo, ut colligitur ex catalogo qui invenitur in codice *Aragon. 15,* fol. 26, sub hoc titulo: «Memoria de los her.os de Gandía, y P.es» In eo dicitur: «El P. Philipe Pancrudo, rector: de Valencia; de 25 años y de Comp.a cinco. Es gramático, y es maestro en artes, y a oýdo el curso de theología. Es de buena complexión y subiecto. Tiene buen talento en confessar, y mediano en predicar.» Hic Pater ingressus est Societatem anno 1552, ut habet Polancus, loc. cit., II, 648; unde apparet hunc catalogum scriptum fuisse exeunte anno 1556 aut ineunte 1557. Obiit P. Pancrudo paucis post mensibus, ut inferius videbitur.

suscepit; qui iudicans esse Deo gratius ipsum in patria esse quam discedere, ea diligentia vsus, quae ad eam rem videbatur requiri, persuasit (Deo aspirante) aduersariis, qui antea sine capitis vindicta (vti dicebant) non pepercissent [a], licet aufugisset Hyerosolimam, ut omnem iniuriam traderent obliuioni ac ignoscerent. Restabat adhuc iudex; qui rei successum animaduertens [b], facili negocio ad veniam est persuasus. Itaque nunc homo in suis degit quietissimus, deuotissimus ac laetissimus.

Dominus noster Iesus Christus nobis deuotionem largiatur abundantem et veram animi laeticiam, ad quam adipiscendam tuis orationibus ac sacrificiis et dilectissimorum omnium Patrum atque fratrum, qui sunt isthic, nos committimus. Bene vale, mi Pater amantissime. Gandiae pridie chalendas februarias, anni sesquimillesimi quinquagesimi septimi.

Tuae R.ae filius et seruus,

MARTINEZ [1].

Inscriptio. † Al muy R.º en Chro. P.e, el P.e doctor Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús. En Roma.

Sigilli vestigium.

---

[a] pepersissent *ms.* —[b] animatuertens *ms.*

---

[1] Unus tantum hujus nominis invenitur in catalogo citato; de quo dicitur: «El her.º Pedro Martínez, aragonés [de Cella]; de 23 años y de Comp.a tres y medio. Es algo grammático y maestro en artes; a oýdo una poca theología; tiene órdenes de diácono; es de buen subiecto.» Hic anno 1566 gloriosam mortem obiit occisus ab ethnicis in Florida. Cf. *Sanctus Franciscus Borgia*, IV, 427, 431-432, 451; SACCHINUM, *Historiae Soc. Jesu*, part. III, lib. II, n. 142 sqq.; ASTRAIN, *Historia de la Compañía de Jesús*, II, 286 sqq.

20

P. PETRUS SANCTACRUCIUS

MONTE REGALI 31 JANUARII 1557 [1].

1. *Numerus et officia sociorum.*—2-3. *Eorum ministeria erga proximos.*—4. *Scholasticorum profectus in scholis.*

1. Molto Rdo. in X.º Padre. Pax Chri., etc. Questa sarà per sodisfar all'obedientia de scriuer ogni mese del frutto che si fa, et in questa dirò di quello che s'a fatto questo mese di Gienaro. Et cominciando del numero delle persone, semo sei, duoi sacerdoti, cioè il P.e Joan Rubies, che è lo rettore et predicatore, il quale anchora ha hauuto cura della terza schola, et Santa Croce [2]; gli altri sonno duoi mastri de schola, cioè M. Simone [3] et M. Battista [4], et gli duoi ultimi tengono cura delli seruitii della casa, cioè Nico-

---

[1] Ex autographo in codice *Ital. 107*, 2 ff., nn. 158, 159; prius 272, olim 232.

[2] PP. Rubies et Sancta Crux versabantur jam in hoc collegio praecedenti anno. Cf. Polancum, *Chron.*, VI, 293. De hoc P. Santa Croce, quoniam nullus alius hujus nominis invenitur in antiquis catalogis siculis, videntur intelligenda quae habentur in quodam catalogo defunctorum collegii panormitani, aliquibus annis post scripto: «Il P.e Pietro S.ta Croce, spagnuolo, quale era stato mandato al fego per confessar' li nostri fratelli che li stauano; et prima era stato ministro in questo collegio di Palermo; dopoi in Monreale fu rettore. Morì in Marsala.» In codice *Sic. 59*, n. 126 v.; prius 137, olim 207. Ex quadam informatione Romam missa a Patre rectore collegii panormitani mense Julio 1558, novimus P. Sancta Crux esse tunc rectorem collegii Montisregalis. Ibid., n. 140, prius 163.

[3] Quemdam fratrem Simonem italum, invenimus anno 1558 in collegio panormitano prima grammatices rudimenta docentem. Ibid., n. 79, prius 67. De quo dicitur eum multo abhinc tempore in Siciliam missum fuisse. Unde possumus colligere esse illum Simonem anno 1554 Roma missum, de quo vide *Monum. Ignat.*, ser 1.ª, VII, 619 sqq.

[4] Is fuisse videtnr Joannes Baptista Rogerius aliquot annis post collegii rector.

lò [1] et Antonino, il quale anchora tiene cura della prima schola.

2. Queste feste della circoncisione et epiphania, sonno state confessioni de molte persone che non s'erano confessati per la festa de natale et de altre che per se confessar allo spesso, si confessorno anchora queste sopradette feste.

3. S'ha confessato le domeniche et alcune feste, et c'è stato mediocre concorso delli auditori, et anchora s'hanno confessato molti ogni domenica. Siamo anchora andati a confessar gli prigioneri, et per gratia del Signore se ne hanno confessato alcuni di loro, et anchora per agiuttarli nel corporal, siamo iuti il sabbato per la terra cercando elemosina con gli sachi in collo, et portatosila, con la quale se ne sonno molto consolati et recreati.

4. Gli scholari fanno profitto nelle lettere et bone costumi, gli quali sonno in numero 90 vel circa cento, gli quali non sonno continui, et per ciò non si può ben conoscere il numero loro.

Per questa non altro, se non raccomandarsi molto nelle sante orationi de V. R. et de tutti gli Rdi. P.i et fratelli. Di Monreal, vltimo di Gienaro 1557.

Per ordine del P.e Jo. Rubies. De V. R. seruo in X.o,

SANTA CROCE.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.o P.e il P.e Mro. Jacobo Laynez, vicario generale della Compagnia de Jesù a Roma.

Alia manu... Ric.ta 17 Martii.

---

[1] In informatione rectoris panormitani supra citata recensetur in incolis collegii Montisregalis Nicolò delli Greci, socius coadjutor.

21

JOANNES DE MARTINIS

FERRARIA INEUNTE ANNO 1557 [1].

1-2. *Ministeria sacra nostratum in carceribus, xenodochiis et in nostro templo.*—**3-8.** *Fructus eorum varii enarrantur.*—**9-10.** *Civium erga Societatem amor in dies augetur.*—**11.** *Pelletarii affecta valetudo eum non impedit quin proximis suam operam praestet.*—**12.** *Pauca de nostris et de discipulis.*—**13.** *Candidati plures Societati cooptantur.*—**14.** *Litterariae exercitationes proximis festis natalibus habitae.*

1. [*Ait magnam esse copiam messis, de qua re ex obedientia scripturus est.*]

Hoc praeterito natali die (ut hinc incipiam) carceres nostri inuisunt, in uinculis detentos chartarum ludo uaccantes reperiunt, qui a nostris increpati, chartis laceratis, maximo cum animi dolore confessi sunt. Quod quidem ualde mirum est, quod ii qui raro rei diuinae intererant, nunquam confessionis dulcedinem degustabant, quique in chartis tractandis omne studium ac diligentiam ponebant, nefandaque in Deum sanctosque eius et beatam Virginem uerba impurissimo ore proferebant, ita repente mutatis consiliis, et uivendi ratione *uersa* [a], acri obiurgationi acquieuerint, ac ad nostrorum pedes prouoluti *lugentes et plorantes* [b] ueniam petierint et confessi sint, ac postmodum plurimi sacram sumpserint synaxim. Hic omittam in-

---

[a] mutata uiuendi ratione. —[b] cum lachrymis prouoluti.

---

[1] Ex autographo in codice *Venet. 100,* 2 ff., nn. 4, 5; prius 441, 442. Nihil in epistola de die et anno quo data est reperitur; at eruitur eam scriptam fuisse ineunte anno ex modo loquendi de festo natalis Domini paulo ante celebrato, etc. Emendationes Polanci in notationibus exhibemus, quae vero deleta in textu sunt, itaticis litteris describimus. Est aliud exemplum in codice *Ital. 171,* ff. 75-76. Exordium longum et inutile omittimus.

ter hos aliquos esse judeos, qui fratrum multis auditis concionibus, cum nostris colloquuntur, quique pastoris Christi uocem audire uelle uidentur: ut speramus, aliquam ex his referemus utilitatem.

2. Idem dico de xenodochiis, quae (quoniam qui illic agunt et decumbunt capaciores sunt eruditionis atque eo digniores) frequentius inuisuntur.

3. Taceo innumeram multitudinem poenitentium hoc natalitio Domini, cui accesserat alterum beneficium, nempe jubileum [a]: quae tanta fuit ut *uel* quinque Patres [b] non sufficerent. *Quid de communionibus?* [c] *Plures sane quam confessiones.*

[*Exemplum unum omittimus.*]

4. Alii a nefandis et auribus christiani hominis indignis flagitiis reuocati sunt, *quae inter ea connumerantur quae apostolus scribit: nec nominentur in uobis. O quam obstinato animo uitam agebat cum magno animi dispendio ille, qui pro inimico quodam suo preces fundere penitus denegabat: et tamen blanda illa Patris unius uerba illi tantam cordis duriciam non secus atque molaris triticum caeteraque legumina comminuit atque contriuit.*

5. Virgo quaedam necessitate coacta aliquot annos in quadam judeorum domo transegerat. Spiritu sancto *ad*ducta, ab eis aufugit et ad nostros confugit, et confessa, ad meliorem frugem rediit, nec inter eos amplius uersatur.

6. Multi non lotis manibus, et ore peccatis grauissimis deturpato, ad sacram Christi mensam accesserant. Verum iam nostris pure integreque confessi, sanctiorem uitam traducere proposuerunt. Mulier a daemone agitata, multis comitata mulieribus, stola collo eius appensa, confessionem in nostro templo fecit; similiter et reliquae mulieres quae cum ea erant. Deinde mira tranquilitate ac modestia domum repetiuit: vide quid faciat confessio.

---

[a] jubileus. —[b] Patres qui hic sunt. —[c] Quod ad communiones attinet. *Sic, correctione incompleta.*

7. Multi nostros de rebus iudicialibus consulunt: optime deinde instructi gratias summas agu[nt] [a], alii quod causam obtinuerint, alii quod lis cum aduersariis sit composita, alii quod e uinculis suos eduxerint, alii postremo (mirum dictu) quod mortem ipsam turpissimam eculeumque, Patrum nostrorum consilio, effugerint.

8. Eorum, qui nostrum frequentant templum feruor in dies efferuescit magis ad misericordiae munera obeunda, praecipue tamen ad meretrices a uita deprauata reuocandas, atque ad confessionis sacramentum pertrahendas. Inter has [b] una est, quae uolens quoddam misericordiae opus exercere, festinabat in uia. Accidit autem ut uas quoddam ualde capax terra plenum super caput eius ex quadam praealta aromatarii fenestra decideret, quo nihil laesa, nec minimum quidem dolorem sentiens, gaudens ad nostrum properauit templum, laudes Deo redditura. Quo facto, multi ad uitam emendandam redierunt, apertum miraculum conspicientes.

9. Hinc uulgo illae uoces erumpunt: cum Patres illos conuenio, totus prae laetitia gestio, donumque Spiritus Sancti me sentire confiteor. Alius inquit: hic confessor, corpore humilis, animo submisior, sanctissimusque est. Vtinam mihi cum eo colloqui semper concederetur! uel coenam ipsam praetermitterem. Alius subdit: Vere hi sunt qui onera nostra grauissima leuant, et quae sustinere nulla ratione possemus, sua charitate, consilio, blandisque uerbis minuunt. Hinc, incommodis multis onerati, et calamitatibus fracti, ad nos tanquam subsidium et leuationem unam refugiunt. *Hinc nostrum afflictis templum affluit: hinc nostra, calamitosorum miserorumque turba innundante, domus murmure personat. Sed nihil dico: imo sunt qui cum ad nos ueniunt, sanctos se existiment, ac si forte interrogentur quod uitae institutum sequi uelint, aedes nostras se frequentare uelle respondent.* Vt summatim dicam,

---

[a] *Attrita charta.* —[b] hos *ms.*

quoniam singula percurrere nequeo, iam nos sanctissima existimatione ac maxima commendatione florere scias; ita ut cum aegrotent, nullos [a] accersant quam nostros; cum sacrum audire desiderant, sacerdotes Jesu aduocent; cum denique moriuntur, nos adeant, utque adsimus, obnixe rogant, ac sese supplices ad nostros pedes abiiciunt.

10. Hic non ab re fore putaui, afferre quid his diebus gestum sit. Quidam ex ciuitatis primariis, et qui alter a duce pene erat, saepe apud ipsum ducem nos clam mordebat, et in nos latrabat, et uerborum aculeis pungere conabatur. Denique ubi minima ansa dabatur, in nos grauissime et accerbissime inuehebatur. Accidit ut in morbum incideret, qui mortem quoque ei attulit. Tunc nos benigne aduocauit, ac ut eum consolari uellemus, humiliter petiit. Media nocte nostri surgunt ac citi ad eius domum se conferunt, nullo tum monacho praesente, nullo extero sacerdote apparente, ac tandiu ei adfuerunt, *quamdiu* [b] uitam cum morte *mutauit* [c].

11. Multum uero detrimenti rei spirituali attulit quartana *tua, o* Pater Pelletarie [d] [1]. Permultis enim, iisque ciuitatis primoribus, operam *tuam* exoptantibus, *inuitus sane,* satisfacere nequiuisti [e]. Attamen ducissae liberis, ancillis, domesticisque (etsi non omniuo a febri liber) nequaquam defuisti [f]; illarum etenim confessiones audiuisti [g], et illis Christi corpus sanguinemque administrati [h]. Quin etiam et ipse dux [2] tibi [i] hoc natali sua peccata humiliter patefecit; ac tandiu in *eiusdem* palatio *remansisti* [j] audiendis aulicorum *sceleribus* [k], ut nox intempesta esset, cum domum expectatus tandem rediisti [l].

---

[a] nullos alios. —[b] donec. —[c] commutaret. —[d] Patris Pelletarii. —[e] ejus optantibus, minime satisfacere potuit. —[f] defuit. —[g] audiuit. —[h] administrauit. —[i] ei. —[j] eumdem detinuit. —[k] confessionibus. —[l] rediit.

---

[1] Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 197-198.

[2] Hercules II de Este, ducissa vero erat Renata (Renée de France); eorum filiae innuptae, Lucretia et Eleonora.

12. *Ad nostros accedere, iam tempus ipsum postulare uidetur.* Confessiones [a] sunt frequentissimae, ita ut festis diebus uix cibum, uel certe tardiuscule, sacerdotibus sumere liceat. Discipulorum numerus nonagenarius est, et magnopere in litteris proficiunt, nec non in moribus. Sunt enim ex his aliqui, qui non in mensem (ut mos est) confessionem differunt, sed etiam singulis hebdomadibus confiteantur.

13. Nuper tres fratres ad nostram admissimus religionem, eosque *perspicaci* ingenii [b] *acie exornatos*, modestia *insignes,* diligentia *eximios*, humilitate *illustres* [c], in obeundis officiis consuetis caeteris praestantiores; ut omnes admiremur, *ac eos attoniti suspicimus*: unus eorum sacris ordinibus insignitus est [1]. Multi etiam expectant, ac nos quotidie solicitant, ut admittantur, quorum desideriis oportune satisfiet.

14. Nec illud praetermitendum esse duxi, quod hoc proxime elapso die Innocentum, maximo hominum concursu, orationes duae habitae sunt, altera quidem de natali Domini, altera autem de Innocentibus. Deinde duorum pastorum natalis diei insigne gaudium ac beneficium declarantium exhibita est iocunda [d] ecloga, tanta auditorum attentione ac silentio, ut omnes admiraremur. Interfuerunt primi huiusce urbis et doctissimi quique ac politiorum litterarum professores publici concurrerunt.

Multa nunc praetermittere cogor, ne T. R. P. prolixus uidear. Quapropter finem dicendi faciam, si a te unum impetraro, ut hunc ferrariensem agrum in tuis orationibus commendatum habeas, ut animi hominum emolliantur, ne

---

[a] confessiones uero in templo. [b] ingenio. —[c] praestantes et. —[d] iucunda.

---

[1] Videtur alludere ad P. Organtinum et duos ejus fratres. Cf. POLANCUM, loc. cit., 201. Eorum nomina erant Joannes Antonius et Joannes Baptista. Ita nominantur in quadam informatione Romam missa anno 1557. In codice *Informat. antiquae,* u. 38, prius 444.

tanquam ferrum duri et obtusi ad audiendum Christi uerbum existant; ut tandem multa collecta messe, in horreum Domini recondi ualeamus. Amen.

T. R. P. indignus seruus,

Joannes de Martinis [1].

Inscriptiones. † Quadrimestres ferrarienses.

Alia manu. Sine anno.—*Polanci manu.* Penso sia del 57 [a].

Alia manu. Jesus. 1557. Ferraria. Quadrimestres. *Alia.* Credo sia del genn.°

22

HECTOR LIONELLUS

senis 1 februarii 1557 [2].

1. *Status collegii senensis.*—**2-5.** *Hispani milites Societati se addicunt.—Eorum et aliorum fratrum exempla virtutis enarrantur.* **6.** *Magistri in puerorum institutione pietatem cum litteris conjungere nituntur.*—**7-16.** *Ministeria erga proximos, fructusque ex iisdem percepti* —**17.** *Cardinalis gubernator nostras scholas invisit.*—**18-19.** *Cujusdam viduae pietas.* –**20-24.** *Amor et reverentia civium erga Societatem.*—**25.** *De collegii fundatione spes aliqua affulget.*

1. JHS. Molto Rdo. in X.° Padre. Pax X.[i] Questa sarà per ragguagliare a V. R. P.[tà], secondo ella comanda, di alcune cose che qui s'è degnato X.° nostro Signore operare per gli inutili serui suoi dopo il quadrimestre passato. Et prima saprà V. R. come adesso siamo 8, tre sacerdoti, tre

---

a *Emend. ex* 56.

---

[1] De quo dicitur in informatione paulo ante citata: «Gioan de Martinis, lettore della 2.ª [schola], sarà dotto; lege bene et con assai gratia; ha ancora talento di predicare; ancora è actiuo et edificatiuo.»

[2] Ex autographo in codice *Rom. 126 A,* 3 ff., nn. 30, 31; prius 3, 4; olim 5. Est exemplum latinum ab eodem subscriptum ibid. ff. 27-29. Usus fuisse videtur hac epistola Polancus in *Chron.,* VI, 128 sqq.

maestri et due fratelli, gia soldati del mondo, et hora d'Iddio N. Signore; et ciascheduno attende a spender' il suo talento a gloria della maestà diuina.

2. E stata di molta nostra edificatione che di questi due soldati spagnuoli, il primo ch'entrò, chiamato il fratello Francesco [1], è stato nelli principii ch'entrò nella cocina di maniera tentato, che più uolte per quanto hora dice, si resoluette di uscire per ritornare alla uia della perditione. Fu dipoi talmente aiutato dalla diuina bontà, che più niente si curaua di qualsiuoglia assalto che'l nimico suol dare a quelli che seguitano la luce. Onde con grande instanza pregò il Padre rettore che uolesse imporre a tutti li Padri et fratelli, che tutti publicamente nel nostro refettorio li dicessero tutti i suoi defetti et mancamenti, la qual gratia li fu concessa; et dipoi è andato, et tuttauia ua sì auanti nello spirito et mortificatione, che non lassa di dire che altro non uorria fare in tutto'l tempo di sua uita, che la cocina, la quale da principio li parse si noiosa et dispiaceuole. Era di natura molto malinconico; hora è diuentato tanto allegro, che tutti inuita a stare allegri.

3. L'altro soldato si chiama Tonda [2], valentiano, giouane di 22 anni, di bello aspetto, nobile et molto amato da capitani et tutti i soldati. Questo è stato talmente tocco da nostro Signore, che di nessuna altra cosa dubitaua, eccetto di non esser' riceuuto; et dicendoli qualche soldato si uoleua essere delli nostri, con derisione, come è usanza di soldati, a tutti rispondeua ch'egli non era degno di essere

---

[1] Videtur hic fuisse Franciscus Trujillo, paulo post in Siciliam missus uti et sequens. Cf. *Lainii Monum.*, II, 457, 675. De hoc Francisco dicitur in informatione collegii messanensis, mensis Augusti 1558: «Fran.co Truxillo spagnolo di 23 anni; ha doi anni e mezo che è nela Compagnia. E stato soldato; fu mandato da Sena...» In cod. *Sic. 59,* n. 76, prius 64. Et rector collegii de eodem scribebat die 11 Maji 1559: «Fran.co Truxillo, è spagnolo di 24 anni, di mediocre apparenza. Sono tre anni ch'è nela Compagnia, et circha 2 e mezzo che feci li voti...» *Ibid.,* n. 92; prius 77. Cf. etiam *Polanci Compl.,* II, 177.

[2] Vincentius Tonda. POLANCUS, *Chron.,* VI, 133.

in tal compagnia; et li pregaua che pregassero Iddio che noi lo uolessimo accettare. Va tanto innanzi nella uia del-l'humiltà et di tutte l'altre uirtù, che si bene anchora ua in habito soldatesco, nondimeno di nessuna cosa pare più desideroso, che di far' cose uili, et quello che prima solea desiderare, del tutto hora abhorrisce. Il che si dimostra esser uero per molte cose et massimamente per questa, che alli giorni passati, giudicando egli non si douer' desiderare in questa uita se non uffici humili et bassi, menò per mezzo la città circa due miglia una bestia carica di farina al fornaio che ci suol fare il pane. Et da simile mortificatione non fu rimosso nè dall'esser'uestito di habito da soldato, nè dalle derisioni di suoi compagni, nè dal dir' de capitani et di tutta la gente, tal che si uede che questa est mutatio dexterae excelsi [1].

4. Appresso, li sodetti due fratelli il primo dì dell'anno nel tinello si fecero una disciplina con licenza del Padre rettore, dicendo parole di molta edificatione et battendosi aspramente. Sono tanto riscaldati nel diuino amore, che con l'essempio et essortationi loro muouono molti soldati a confessarsi et alcuni a uolere entrare nella Compagnia nostra. Et fra li altri, uno il quale si chiama don Girolamo [2], valentiano, il quale non ha altro desiderio che lasciare ogni cosa et nudo seguitare il nudo Jesù X.° signor nostro.

5. Il fratello Antonio Vitelli [3] ha lasciato di se et sua rasignatione molto buono odore in questa città, non lasciando di fare ogni mortificatione a gloria del Signore.

6. Quelli che hanno la cura d'insegnare, fanno ogni opera che con le lettere ui siano congiunti i buon custumi et la pietà xiana. Per il che non solo auuiene che li padri ripigliando i loro figliuoli dall'altre schole, li mandano a noi,

---

[1] Ps. LXXVI, 11.

[2] Ejus cognomen videtur fuisse Gliosis. Ingressus paulo post in Societatem, missus est etiam in Siciliam. Vide *Lainii Monum.*, loc. cit.

[3] Hic Senis Romam missus fuerat. POLANCUS, loc. cit.

ma anche incominciando da fanciulli a caminare nella uia santa d'Iddio, fatti poi grandi, si conseruano in quella.

7. Li Padri nostri attendono diligentemente, come hanno cominciato, ad essercitarsi nell'opere pie in beneficio di questa città et gloria del Signore. Imperochè il Padre rettore [1] predica et legge ciaschuna festa nella chiesa nostra et tuttauia più cresce l'auditorio; delle quali cose pensiamo che molto si serua nostro Signore, sì come s'è seruito dil P.e Lorenzo [2], il quale ha predicato questo aduento con buono auditorio et sodisfattione, massime delli buoni, nel duomo, che così parse a questo Rmo. et Illmo. cardinale [3]. Sia sempre lodata sua diuina maestà che da ogni minima cosa recaua tanto bene et si degna farcelo toccar' con mani.

8. Appresso saprà V. R. P. come in questo ultimo giubileo et natale di nostro Signore, fu tanto il concorso delle genti che ueniuano a confessarsi et communicarsi, che li Padri appena haueuano tempo di pigliare la refettione corporale et recitare l'vfficio, bisognandoli giorno et notte stare in confessioni.

9. Fra quelli che si son confessati, oltre a molti che da 8, 10 et 14 anni erano uissuti senza confessione, ue ne furono due, delli quali uno era 20 anni et l'altro 30, che mai haueano riceuuto sacramento alcuno.

10. Più in oltre si è confessata una donna, la quale erat in ciuitate peccatrix [4], per il molto tempo che era stata nella mala uita, et diceua publicamente esser già 20 anni che non si era confessata, il che ha poi fatto con tante lachrime, che pareua ad ogn'uno un'altra Maddalena, lodando il Signore di così gran beneficio. Questa medesima disse al Padre rettore, col quale si confessò, che un dì uoleua condur-

---

[1] P. Hieronymus Rubiola (alias Rubioles, Rubiols).

[2] P. Laurentius Patarinus. POLANCUS, loc. cit.; *Lainii Monum.*, loc. cit.

[3] Franciscus de Mendoza, cardinalis burgensis, gubernator senensis.

[4] LUC., VII, 37.

re tutte le donne peccatrici della città nella nostra chiesa, acciò esso Padre li facesse una buona essortatione, come ella anchora fa tuttauia. Siane sempre benedetto il Signor nostro.

11. Vno cittadino delli principali di questa città hauea publicamente tenuta una concubina 9 anni in sua casa, et si bene trouaua buona dote, et moglie nobile secondo il grado suo, nondimeno per essortatione di uno delli nostri Padri l'ha sposata, il che risaputo dalli suoi, si sono mostrati et si mostrano poco amoreuoli; egli nondimeno tuttauia si resta più contento, et ogni domenica si communica in nostra chiesa.

12. Era stata promessa per sposa una delle nobili case di questa città a uno di non minor grado, et perchè era stato fatto senza saputa di un tutore di essa, parente suo strettissimo, sdegnato non uoleua che in modo alcuno tal matrimonio andasse auanti, nè potendosi sperare altro che inconueniente notabile; finalmente piacque a nostro Signore che uno delli Patri li parlasse, nè si partì da lui, che dette il suo consenso, se bene da principio ne era alienissimo; et dato il suo consenso, ne è successa molta pace et molta sua sonsolatione, come esso Padre li hauea predetto, se ciò faceua.

13. Vna donna era stata molti mesi et anni che, per non uolere stare col suo marito, non si era confessata; uno delli nostri padri li mostrò in quanto pericolo stesse et fosse stata. Con molto pianto si rassegnò nelle mani del Signore, et promise fare tutto quello che detto Padre l'imponeua et di confessarsi et communicarsi almeno una uolta il mese.

14. In diuersi monasterii ancora predicano spesso li Padri nostri, del che pare che se ne caui gran frutto, come anco non è piccola la fatica che ui s'usa. Onde essendo qui un monasterio che anchora ritiene le uestigia della disciplina del P.e Paschasio [1], dopo molta instanza fatta fare per

[1] Anno 1539 Senas missus est P. Paschasius Broët ad reformandum monasterium SS. Prosperi et Agnetis. Cf. *Epist. PP. Broëti...*, 201; et POLANCUM, loc. cit., I, 80.

confessarsi con li nostri al vicario loro, già due uolte si sono tutte communicate con molto augmento di spirito con renouatione di uoti, et con pregar li nostri che li confessauano, che nelli santi sacrifici offerissero l'anime et corpi loro a sua diuina maestà.

14. Quelle che nelli monasterii sono tentate, uolentieri scoprono ogni loro tentatione alli nostri, et se ne stanno molto aiutate. Di una cosa dicono molto edificarsi, fra le altre, delli nostri Padri, cioè, che essendo giouani et in continoue attioni, conuenendoli praticare con tante sorti de genti, et che nondimeno riconoschino in loro tanto infocato amore d'Iddio, confondendosi che loro, quali stanno rinchiuse, non ardano sempre dell'amore dell'unigenito et sempiterno sposo.

15. Pochi dì sono, il Padre rettore confessò et communicò quasi tutti li spagnuoli infermi nello spedale, facendoli una essortatione, di che restorno molto consolati, et uno di essi già soldato, dice non hauere altro desiderio nella presente uita, che essere nostro cuoco, et che lo riceueria per molta gratia da nostro Signore.

16. A questi giorni morì il capitano di giustitia [1], persona di quella bontà et uirtù che V. R. sà, nè uolse da altra persona che dal Padre rettore confessarsi et communicarsi et che li fosse raccomandata l'anima; et dopo d'hauer' fatto quanto si conueniua a un buon xiano., lasciò al nostro collegio buona quantità di scudi. Il Signore dia pace all'anima sua.

17. Alli giorni passati fu qui in casa nostra questo Rmo. et Illmo. cardinale et uolse uedere tutte le nostre classe et stanze, mostrando di sentire di tutto molto contento, uedendo che questi putti per sua opera si ammaestrassero nelle lettere et buon costumi.

18. L'ardente charità d'una vedoua delle nobili famiglie di Siena ci ammonisce che a maggior gloria del Signore

[1] Ferdinandus Alvarez de Sotomayor. Polancus, loc. cit., VI, 138; *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, XI, 257.

manifestiamo un suo buon pensiero. Questa donna hauendo due figlioli molto ben creati et da lei mirabilmente amati, massime per la buona indole che mostrano di dottrina et bontà qui nella schuola nostra, chiamò un giorno il primogenito, quale è di età di 12 anni, et raccontandoli alcuni essempii de gentili che uoleuano morire per i suoi compagni, essortaua lui che per amor di X.º nostro Signore, uolesse entrare prigione per un pouero che carico di molta famiglia staua in essa. Il che hauerebbe fatto molto uolentieri il bon figliuolo, se la madre non fosse poi stata dissuasa dal Padre spirituale, parendoli ciò meglio in Domino. Di qui si uede quanto profitto faccia questa donna per la frequentatione delli santissimi sacramenti.

19. Questa medesima che ogni domenica si communica qui in chiesa nostra, piena d'infocato desiderio di Dio, dice che prima che uenissimo qua, con molte lachrime pregaua nell'oratione nostro Signore che mandasse chi hauesse cura delli putti, che con charità gli insegnassero la sua santa uia; et che, essendo dipoi uenuti li nostri, delli quali ella non haueua cognitione alcuna, è restata non meno consolata che confusa.

20. Certo, Rdo. Padre, che è cosa molto grande uedere quanto tutti di questa città amino [a] la nostra Compagnia, et come mostrano restare edificati delli nostri; imperochè alcuni ci chiamano li preti buoni, altri li preti santi, altri, se qualche uno delli nostri parla seco, se fanno scusa, senza esser tocchi, di qualche cosa che nella lor persona li pare da esser' riformata; altri anchora (il che se non fosse per maggior gloria d'Iddio non ardirei dirlo), risguardano nei costumi et uita nostra come in un specchio et da quella pensano di potere pigliare essempio di uera innocentia et integrità xiana.; ma non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam [1].

---

[a] ami *ms.*

---

[1] Ps. CXIII, 1.

21. Non occorre in ciò dire a V. P. come, poche dì sono, uenne a confessarsi dalli nostri uno cittadino delli principali, et non si essendo riceuute certe monete d'argento che egli lasciaua dopo la confessione, restò grandemente marauigliato. Dipoi, essendosi informato che haueuamo prouisione per quattro, et conueniua che bastasse per otto, restò talmente stupefatto, che ci mandò quattro staia di grano molto bello per limosina. Immaginasi V. Ptà. che in questo tempo et luogo sia non minor limosina, che se il re ne hauesse dato quattro cento scudi et più. Et certo uenne a tempo che non ci era più che uiuere. Questo medesimo è tornato dipoi et promesso di uolersi confessare et communicare ogni mese secondo il consiglio de' nostri; et con tanto affetto di amore si è offertto, che non meno della robba sua ci potremmo seruire che delle cose nostre proprie.

22. Grande ancho è l'edificatione dell'insegnare gratis alli putti, et sì come questa è gente molto amoreuole, gentile et conoscente dei benefici, et che prima ciò faceuano con spesa loro, et hora in modo alcuno non lo potriano fare per le gran calamitadi; così si offeriscono a tutti nostri bisogni, massime li padri delli scholari, li quali si rallegrano tutti che a un medesimo tempo imparino le lettere et costumi xiani.

23. Restano ancho edificati delli altri essercitii spirituali, come delle cure delle prigioni, essendone stati liberati, per la diligentia di essi Padri, molti; altri ancho hanno lasciate le cattiue compagnie, dati libri heretici, et in tutto et per tutto essersi sottomessi al consiglio de' nostri con molti particolari, quali al presente per buon rispetto si lassano.

24. Vn cittadino molto principale doue intende dir male delli nostri da alcuni preti secolari, piglia tanto grande defensione, come se ci fosse padre; li quali pare che alle uolte cerchino cause, come se siano, per mordere li nostri.

25. Quanto alla fondatione di questo collegio, habbiamo speranza per le sodette ragioni et cose, et perchè ne pare

che ogn'hora sua diuina maestà ne mandi occasioni di glorificarla et edificar' li prossimi, ricoprendo ogni nostra imperfettione [1]. Et fra l'altre, l'arciprete di questa città si è offerto molto et si offerisce, procurando con gran diligenza tal cosa; al quale Dio nostro signore ha talmente fatto uedere l'importanza d'insegnare alli putti, che li nostri molto se ne marauigliano; et essendo egli nobile, molto dotto et di gran nome nella città et fuori, chiamandosi M. Allessandro Piccolomini, et in consequentia di assai credito, pensiamo che sarà buono instromento alla fondatione, la quale per hora non si tocca, attendendo li nostri a edificare con li essercitii sopradetti a gloria della maestà diuina.

Questo è quanto ci è parso nel Signore di douer' dar' generalmente ragguaglio a V. R. Ptà., la quale, acciochè per l'auuenire possiamo fare cose simili et maggiori, preghiamo di tutto cuore che la si degni raccomandarci nelli suoi santi sacrifici et orationi a nostro Signore Jesù X.º benedetto. Di Siena il dì primo di Febraio 1557.

Di V. R. Ptà. minimo et indegno seruo in X.º,

HETTORRE LIONELLI [2].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.º P.ᵉ, il P.ᵉ Mro. Jacomo Laynez, vicario generale della Compagnia di Jesù a Roma.

---

[1] Adhuc multos annos permansit senense collegium sine ullis fixis redditibus. Cf. SACCHINUM, *Historia Soc. Jesu,* part. III, lib. III, n. 98; lib. IV, n. 172.

[2] De epistolae auctore vide, sis, *Monum. Ignat.,* loc. cit., 257, 260.

23

MARCUS VALDESIUS

PERUSIO 7 FEBRUARII 1557 [1].

1-2. *Nostrates spiritu in dies proficiunt.—Frater Joannes Rodriguez pie in Domino moritur.*—**3-5**. *Numerus nostrorum, item scholasticorum nostras scholas frequentantium.--Invidia magistrorum externorum in admirationem vertitur, praesertim in iis, qui magistri Viperani lectionibus adsunt.*—**6-7**. *De fructu in litteris et virtutibus, qui in nostris alumnis conspicitur. - Vocationes ad Societatem.*—**8-9**. *De nostrorum sacerdotum ministeriis.*—**10**. *Episcopi et legati amor in Societatem.*

1. † La pace del S. N. sia sempre con noi. Molto Rdo. in Xpo. Padre. Quel che di nouo habbiamo in questo prossime passato quadrimestre, sicome è il solito di questo collegio, breuemente scriuiremo. Primo la R. V. intenderà l'affetion et voluntà dei nostri circa le cose diuine; poi la vtilità et giouamento a li studiosi fatto; vltimo il frutto circa le cose spirituali.

2. Tutti li fratelli sono sì diligentemente neli loro offitii occupati, che al otio o negligentia nesun luoco si lascia. Per il che ogni dì più cresce il affetto neli animi, et la mente d'ogniuno per le continue orationi et santte conuersationi a lo studio de la uirtù si moue. A questo feruore sopragionse la morte del nostro fratello Joanne Rodriguez [2] che sì uolentieri rendete lo spirito al Signor, che pare hauerci lasciato per heredità lo dispreggio di questa uita. Perchè admonito dal nostro Padre rettore [3], già uicino a la morte,

---

[1] Ex archetypo in codice *Rom. 126A,* 2 ff., nn. 11, 12; prius 5, 6. Sequitur exemplum latinum a Polanco emendatum in ff. 13-14. Aliud exemplum emendatum exstat in ff. 17v-18. Secundum Hansen, *Rheinische Akten...* 766, est exemplum in archivo coloniensi. Hac epistola usus est Polancus in *Chron.,* VI, 108 sqq.

[2] De hoc fratre cf. *Epistolae Mixt.,* V, 436.

[3] P. Everardus Mercurianus.

che gagliardamente combatesse, rispose non temere altro che la dilatione di questa uita [1]. Fu sepolto nela chiessa cathedrale di Santo Lorenzo. Nele obsequie il signor decano con tutti li canonici dichiarat' hanno affetion grande uerso di noi.

3. Siamo [a] in questo collegio duodeci [2], fuor di quatro che da proximo sarano admessi, et sì come penso, prestissimo andarano costì. Sono nelle grece et latine lettere mediocremente dotti, ma d'ingenio et uirtù excellente et di grande mansuetudine di animo.

Questo basta circa le cose di casa; parlaremo adesso de le nostre schole.

4. Habbiamo assai più scholari che prima, et mi pare che l'odio d'alcuni mosso, li qualli appreso il uolgo erano stimati assai, essere in gran gratia et beneuolentia mutato. Questo farsi da li discipoli non è grande marauiglia, poichè alcuni de li mastri publici che prima soleuano a l'instituto nostro et ordine d'insegnare contradire, quello stesso probeno adesso et lodeno. Oltra di ciò, alcuni altri, aciochè meglio possano al suo publico offitio sodisfare, si aconsigliano con li nostri; usano di la lor dottrina et regono li loro scholari secondo le regole dil nostro collegio.

5. Hauemo ducenti scholari, fuor di quelli che si trouano nele letioni dil fratello nostro Joanne Antonio [3] il quale lege la Topica de Cicerone con tanta admiratione de tutti, che dicono non hauer uisto cosa simile in questa uniuersità. Nè tanto de la poca età dil professore [b] si marauigliano

[a] Simo *ms.* —[b] professerore *ms.*

[1] Cf. POLANCUM, loc. cit., 109.

[2] In epistola P. Mercuriani diei 6 Januarii hujus anni, hi recensentur: P. Andreas Galuanello, P. Francho Diaz, Fr. Gio. Ant.º Viperano, Fr. Marco Valdes, Fr. Gaspar d'Auignone, Fr. Gio. Leunis, Fr. Batt.ª Ferrarese, Fr. Francho Mercado, Vuolfango Bohemo, Fr. Gio. Modenese, Fr. Virgilio da Mattelica. In codice *Informat. antiquae,* n. 74; prius 224.

[3] Joannes Antonius Viperanus. POLANCUS, loc. cit., 111.

(imperochè questa admiratione è già remessa), quanto de la materia, ardua et difficile, ma sì bene dichiarata, che niente altro pare che agiungersili possa. Ha più auditori di quelli che sperauamo, tutti di età grande et studio. Li quali benchè neli altrui schole sogliano fare rumore (perchè cusì è consuetudine fra loro), nientedimeno stano nela sua letione con grande rispeto et modestia.

6. Il frutto che faciano, se non è per conietura, sapere non possiamo; ma quelli dil collegio nostro il fano grandissimo. Fano [a] uersi in ogni genero, il che in questa città è nouo, compongano et recitano orationi et ogniuno nel grado suo grandemente è essercitato.

7. Dil frutto anchora che nela uirtù faciano, per li costumi scorreti de li altri facilmente cognosciamo. Imperochè è assai difficile lo sfrenato ingenio di quelli che de le altrui schole a le nostre uengono, o con consegli o batiture corregere. Il che considerando, penso non fare la Compagnia mancho frutto in questa cità, che in tutte le altre parti. Tutti si confessano almancho vna uolta al mese, assaissimi ogni setimana. Alcuni sono a la nostra Compagnia affetionati et in quella desiderano et cercano con ogni diligentia essere admessi. Nel principio deli studii fu recitata da uno de li nostri nele publice schole una oratione del uinculo et coniuntione de le discipline, non senza admiratione de tutti, massime d'alcuni che prima non tropo le cose nostre lodauano. Di là a pochi giorni si recitò per li nostri scholari un dialogo con tanta frequentia, quanto la chiesa nostra era capace, et con tanto aplauso de tutti, che pare hauere ad ogniuno sodisfatto.

8. Quanto apertiene a le cose spirituale, dir non si può quanti del conseglo et autorità de gli nostri Patri useno, et nele admonitioni di quelli fra diuersi perturbationi si aquieteno.

9. Molto più che prima le prediche che ogni domeneca

---

[a] *Correctum ex* fanno.

et venerdì si fano, et li diuini sacramenti religiossamente frequentati sono. Visitano qualche uolta li nostri padri per comandamento del uescouo [1] li monasterii, non senza gran frutto de le religiose. Perchè il demonio astuto haueua molti errori ad alcune persuaso sotto coperta di certi reuelationi; ma quelli ingani extirpò vno de li nostri Padri per diuina prouidentia, cosa grandemente pericolosa, massimamente per le done, che facilmente errano et sono inganate. Visitano anchora la prissione et hospitali et fano, sì come possono, ogni offitio de charità. Era fra li altri uno malato che da molto tempo non si era confesatto per hauer hauuta dece ani la amicitia di certa dona che presente era, et non potendo [a] essere persuaso di lasciarla, per conseglio de li nostri et essortationi, doppo hauersi confessato, la tolse per moglie et promesse de uiuere insieme con quella castamente et religiosamente. Dio il conceda, che le cose nostre rege. Per queste cose li animi di citadini sono uerso di noi affetionatissimi; lodano l'instituto nostro et modo di uiuere il che spese uolte et con fatti et con parole dichiarano.

10. Il signor uescouo et il suo vicario [2] grandemente ci amano et a le cose nostre, nè con adiuto, nè con authorità, manchano. Alcune pene de li sacerdoti, le cui cause inanzi loro si tratano, comandano siano date al nostro collegio. Il legato di sua santità [3] quanto sia a le cose nostre affetionato per quello che fa si cognosce, perchè li giorni passati contra certi che mal parlano et nascosamente mordeno, la causa nostra difesse, et ualse più appresso di quello la uerità, che la opinione de pochi, che da la inuidia ouer errore impediti sono. Il signor Paulo Vrsino, generale in questa città, ogni cosa che da sua signoria domandamo gratiosamente concede.

---

[a] pontendo *ms*.

---

[1] Hippolytus Corneus.
[2] Marcus Antonius Oradinus.
[3] Joannes B.ta Castagna, post Urbanus VII?

De tutte queste cose ci parse rendere auiso a la R. V., il che per l'auenire più diligentemente faremo. Resta solamente racomandare questo suo collegio et tutti noi nele sue santi orationi. Da Peroggia a li 7 de Febraio 1557.

Seruo indegno in X.°,

Marco Valdes [1].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X° P., il P. M. Laynez, vicario generale della Compagnia di Giesù. Roma.

24

ROBERTUS CLAYSSONIUS

billomo 9 februarii 1557 [2].

1-14. *De sacris ministeriis a variis sacerdotibus collegii nostri exercitis, ac de fructu ex iisdem percepto.*—**15-20.** *De academiae billomensis exercitiis et de profectu alumnorum in litteris et in virtutibus christianis.—Claromontanus antistes collegium liberaliter dotare ac fundare pollicetur.*

1. Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen. Exacta quadrimestris spatii periodus postulat, vt *euangelici laboris* rerum*que* nostrarum status P. T. fidelem rationem reddamus. *Itaque postridie calendas Octobris extremis quadrimestribus literis transmissis* [3], *vt hasce ab eo primum die auspicemur ordo efflagi-*

---

[1] De epistolae auctore, qui hispanus erat ex Guadalajara, haec dicit P. Mercurianus in epistola paulo ante citata: «Del fr.l Marco Valdes altro non occorre dire sino che ci da grande edificatione con la suoa diligentia ch'vsa nele cose comesseli dala obedientia. Legge humanità con assai bon garbo et sodisfattione di suoi scolari, quali comunamente passano 40. E stato sano sempre, d'vn poco di rogna in fuora.»

[2] Ex autographo in codice *Gal. 53,* 4 ff., nn. 141-144; prius 12-15; olim 27-34. Secundum Hansen, loc. cit., est exemplum in archivo coloniensi. Multa obliteravit et aliqua emendavit Polancus in hac epistola; priora litteris italicis notamus, altera pro more nostro indicamus.

[3] Eas habes in *Litt. Quadrim.,* IV, 538. De fundatione collegii billomensis et de apostolicis laboribus sociorum in Arvernia, Cf. Fouqueray, *Histoire de la Compagnie en France,* I, 178 sqq.

tat. Quantum igitur ad *verbi sacratissimum munus seu* euangelii ministerium attinet, Rdus. praepositus noster P. Baptista Violaeus, oratione de pastorum officio *instituta*, in synodo claromontana, post ferias D. Lucae *habita, tanto* [a] populi applausu celebratus fuit, *vt dominus officiarius episcopi ad ecclesiastae munus apud claromontenses suscipiendum proxima quadragesima ipsum et hortatus sit et precatus. Cuius votis obsequi se haud posse modestissime persuasit.* Vnica vero concione ad ciues biliomaeos habita post ferias epiphaniae mirifica energia, aliquot ciuium temere offensorum animos sibi reconciliauit, atque ab vniuersis concionator in proximam quadragesimam efflagitatus est. Occasione enim loci collegio erigendo destinati, altercatio ciuilis enata fuerat, quae ipsius concione in concordiam prope redacta est.

2. D. Hieronymus Bassius frequentes Biliomi conciones habuit cum bona auditorum gratia et lucro animorum haud vulgari, atque ab omnibus in proximam quadragesimam optatur impensissime, quorum precibus suffragari, occupationibus distractus, haud poterit.

3. Ego denique aduentum, quotidianis concionibus ex more occupatus, iam altero anno Biliomi transegi, prima Johannis canonica eo temporis spatio ad vmbilicum perducta.

4. Reverendissimus Dns. [b] claromontanus [1] praepositi Baptistae precibus persuasus, hoc iterum honoris biliomaeis exhibuit, praeferens eos ryomensibus, ambertinis, curtapetranis [2], et issiodorensibus [3]; qui omnes ad suam me ciuitatem in aduentum inuitauerant. *Quin et issiodorenses perperam intellecta episcopi responsione, me sperato, dies octo concionatore frustrati fuere. Caeterum haec*

---

[a] instituta, miro. —[b] Dnus. episcopus.

---

[1] Gulielmus a Prato (du Prat).
[2] Incolis oppidi Courpière.
[3] Incolis oppidi Issoire.

noxa quam tulere, facile resarcienda est propediem, nimirum quod iam ante annum ipsis episcopi promissione destinatus, repulsam passis biliomensibus, claromontanis, ryomensibus, ambertinis, aquasparsanis[1], *bryoudensibus (a quibus in alteram quadragesimam, vt et a ryomensibus iam postulatus sum), proximam quadragesimam Christi fauore ibi sim transacturus.*

5. Extra aduentum apud biliomaeos frequentibus concionibus a me habitis, pietatis accessio cumulata est ad multorum consolationem.

6. In abbatia et vrbe blelensi[2], hinc octo dissita miliaribus, in oppido S. Amandi nomine insignito, in oppidulo Vsson et aliquot pagis vicinis aliquoties concionatus, bonu*m* Christi odor*em* verbi fragrantia spars*i*[a].

7. Importunis precibus petentium refragari haud raro cogimur. Vocamur maxime ad celebriores solennitates, sacerdotum primitias, supplicationes solennes, funebres exequias, et id genus ferias, vt euangelico ministerio has decoremus. *Certe tot vota, tot preces, Societatis apud aruernos famam nobilitant atque propagant.*

8. Nunc ad sacramentorum administrationem transeamus, quae noua luce stuporem omnibus incutiente coruscat[b]. Confitentium et dominicum altare frequentantium numerus magis magisque accrescit, et feriis capitalibus ad confessionis antidoton anhelantium turba obruimur; quorum catalogum recensere nec tentaui nec facile possem, si conarer. Rdus. praepositus Baptista, quatenus per valetudinariam corporis *hexim*[c] et domesticas atque extrarias occupationes licet, operam suam nobiscum partitur in sacramentorum administratione *adeo ardui.*

9. Dns. Hieronymus praeterquam quod mensibus sin-

---

[a] etiam concionatus sum, et bonus Christi odor verbi fragrantia sparsus est. —[b] coruscare videtur. —[c] habitudinem.

---

[1] Incolis oppidi Aigueperse.
[2] Blesle prope Brioude.

gulis septingentos prope scholasticos confitentes peccata audiat, frequentissime vtriusque sexus ciues ad poenitentiae asylum, ceu ad sacram anchoram, confugientes, admittit *et tutissimos remittit.*

10. Dns. Nicolaus Lotharingus [1], cui secundae classis mandata est prouincia, vrgente necessitate ipsa, *nostris copiis* [a] interdum fert suppetias diebus festiuis, *id est, inter festa praecipuis.*

11. Ego vero licet professione sacrarum literarum, quam diebus profanis euangelium Lucae enarrando prosequor, in dies occupatus, licet concionandi munere diebus sacris distractus, aegre vel vnum praetereo diem, quo non modo ante meridiem, verum et post prandium aliquot confitentes audiam. De promiscuis passim diebus loquor, nam feriis praecidaneis ac solennibus obruimur potius quam occupamur. Complures vtriusque sexus generales confessiones peregerunt. Numerus hebdomadibus singulis confitentium sensim crescit; at mensibus singulis, praeter scholasticos quibus id praecipitur ex more Societatis, vtriusque sexus confitentium turba ita nos obruit, vt statum diem singulis praescribere cogar, quos nominatim in catalogum summarium redactos domi asseruo. Infiniti qui semel dumtaxat aut iterum quolibet anno confitebantur, saluberrimum hoc alexipharmacum nunc repetunt.

12. Noua rerum facies spectatores reddit attonitos. Fama huc atque illuc noui huius theatri, *in quo tyrannus animorum capitali sententia plectitur,* sparsa, ex vicinis locis ad nos *tutelae praesidio* allecti confluunt passim; confluunt, inquam, persuasi ab indigenis multi. Feriis omnium sanctorum centum, duobus demptis, sacram eucharistiam ad nostrum altare perceperunt. Feriis natalitiis exactum nu-

---

[a] nobis.

---

[1] Nicolaus Lietard, qui etiam Paradensis et Paredensis dictus est. Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, XI, 337; Polancum, *Chron.*, VI, 493; Fouqueray, loc. cit., 185.

merum non potui a ministro intelligere ob confluentium copiam. Feriis marianae purificationis viginti supra centum, admirantibus non absque lachrymis ipsis testibus, panem hunc coelestem receperunt. Adde quod permulti in sua parochia feriis solennioribus augustissimum hoc sacramentum iam inolescente consuetudine sumunt [a].

13. Certe qui diebus dominicis hoc sacramentum sumunt, *vel singulis vel ipsorum arbitrio designatis*, euangelici foetus maturum partum promittunt. Atque vtinam operarios idoneos complures Dominus mittere dignetur ad vineam hanc aruernicam excolendam.

14. Quanta vero vtriusque sacramenti tum confessionis tum communionis se exerat energia, id veritas vsusque rerum luculentissimis argumentis commonstrat. Etenim pax inter dissidentes passim conciliatur: restitutiones haud vulgares celebrantur: adulteri, sacerdotum concubinae, eisque affines meretrices castitatem amplectuntur: scholastici pietatem cum improbitate commutatam *ceu iure postliminii* recuperant. Passim fertur rediuiuas nouellae ecclesiae primitias Biliomi refloruisse. Christo honor esto et gloria, haud nobis terrae vermiculis, quos diuina benignitas gratuito plane affectu tanto munere dignata est.

[*Sequuntur conversionum exempla quaedam*].

15. Hactenus de verbi ac sacramentorum ministerio actum est. Nunc ad academiae nostrae exercitia, nostra se transferat oratio, quae quando [b] superioribus literis a nobis comprehensa sint, breuiter impraesentiarum sunt proponenda.

16. Praefecti classium, quinque numero, quibus sextus propediem accedet, cum fausto civium applausu ac literarii profectus cumulatissimo incremento, docendi munere *dextre* sedulo*que* funguntur; ita vt progressus auspiciis respondeant, seu potius initia superent, cum discipulorum numero accrescente, quorum scholas nostras frequentantium nu-

---

a ex quo huc venimus, sumunt. —b quandoquidem.

merus sexcentenarius prope est. Scholasticorum vero alphabetariorum qui priuatim a paedagogis, quorum fidei concrediti sunt, instituuntur, turba ducentenarium facile numerum complet, *quos licet numeratos haud habeamus, probabili tamen coniectura ita recensemus.*

17. Demirantur parentes liberorum, tum in moribus, tum in literis, profectum, deque Societate nostra longe lateque rumorem [a] spargunt; *adeo vt passim in conuiuiis nostri fama honorifice ore omnium celebretur.* Adde quod plaeraeque ciuitates aruernicae nostrum collegium, vel suis impendiis, ad se pellicere contenderint.

18. E collegio turnonensi a cardinali eius cognominis extructo, quinquaginta abhinc miliaribus dissito, discipuli aliquot confluxere ad nos. Ex issiodorensi academia non pauci huc se transferunt. Hinc cuiuis ratiocinari promptum est *Societatem Jesu haud infimi nominis apud aruernos existere* [b].

19. Quantum vero ad collegii nobis erigendi atque dotandi spem attinet, solidam fiduciam de prospero euentu concepimus, praesertim quum ineunte Nouembri anni nuperrime elapsi, venerandus pontifex claromontanus Biliomum venerit et locum seu solum collegio ac templo erigendo arbitrii sui decreto designauerit (qua de re haud leuis fuerat inter ciues controuersia) in publico magistratus consessu, fide promissionis data cum maxima omnium *recreatione* [c] se viginti quinque francorum milia pio huic operi impensurum. Quam promissionem ciuibus praestitam confirmant literae ipsius, quas per venerandos Patres D. Paschasium [1] ac D. Baptistam ad vniuersam congregationem Romam mittit, *quibus decem aureorum milia collegio biliomensi pollicetur, quod quidem literas ipsius perlegentibus erit perspicuum.* Interea victum cultumque corporis nobis

---

[a] honorificum rumorem. —[b] cujusmodi sit apud aruernos nostrae Societatis nomen. —[c] laetitia.

---

[1] P. Paschasius Broët, in Gallia provincialis.

benigne subministrat. Locus scholis, publicis impendiis ciuium extruendis designatus, pretio redemptus est a quodam *extraneo*, qui eum *locum* possessionis jure occupatum tenebat; qui locus proximus est solo aedibus nostris destinato, quod impensis episcopi hodie opera vicarii generalis et cantoris claromontensis comparatum in jus Societatis nostrae traslatum est.

20. Faxit Christus, vt quam fieri possit ocyssime, collegium ad honoris sui *auctionem* [a] nobis erigatur. Quae vota nostra sacrificiis ac suffragiis tuis promouere dignaberis. Vale, Pater obseruandissime, nostri omnium memor in orationibus tuis. Biliomi apud aruernos, nono Februarii, feriis D. Apolloniae sacro, 1557. *Imperio* [b] praepositi nostri D. Baptistae Violaei, Rdae. Ptis. tuae indignus filius,

Robertus Clayssonius [1].

Inscriptio. Rdo. in Christo Patri ac Dno., D. Jacobo Laynesio, generali vicario Societatis Jesu. Romae.

Polanci manu: emendata.

25

LEO LILIUS

FLORENTIA 13 FEBRUARII 1557 [2].

1-6. *Non solum in nostro templo, sed in aliis etiam confessionis ac communionis frequentia, Societatis opera in dies augetur.—Lectiones sacrae Patris Ludovici tantam fidelium multitudinem ad nostrum templum adtrahunt, ut ob angustias hujus, ad summum templum transferendae fuerint.*—7. *Fructus uberes ex P. Fulvii concionibus collecti.*—8. *Sacra nostratum ministeria in carceribus.*—9. *Vocationes variae ad Societatem.*—10. *Doctrinae*

---

a augmentum. —b Ex praescripto.

---

[1] De P. Clayssonio multa invenies apud Polancum, *Chron.*, I, V, VI. Cf. etiam Fouqueray, loc. cit., 179 sqq.

[2] Ex autographo in codice *Rom. 126 A*, 2 ff., nn. 1, 2; prius 13, 14; olim 14, 15, 16.

christianae explicationes et dialogi in nostro templo.—**11.** *Variae bibliopolarum tabernae libris haereticorum a nostratibus expurgantur.*—**12.** *Quinque nova cubicula in domo nostra aedificantur.*

1. † Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen. Etsi, Rde. in X.º Pr., in scribendis quadrimestribus tardiores fuimus quam tempus et diligentia requirebat, non omittemus tamen quin uel sero obedientiae a nobis satisfiat. Paucis igitur recensebo, quae a quadrimestribus proxime missis ad spiritualem fructum contigisse meminero. Confitentium numerus his praeteritis mensibus tantus fuit, ut a quinquennio quo hic sumus, nunquam maior fuerit. Itaque hic ager, quo excolendo nostri Patres strenue se exercent, fit quotannis (fauente Domino messis, qui CHRISTVS est) uberior ac fructuosior.

2. Sunt qui eorundem Patrum solertiam ac pietatem admirentur, quod et totos dies se audiendis confessionibus paratos exhibeant, et in ea re nullam personarum habeant acceptionem; sed pauperes aeque ac diuites nullo discrimine audiant. Egeni multi et afflicti libenter adeunt nos, quod ad sua uulnera idoneos medicos inuenisse sibi uideantur.

3. Deprehensi sunt plurimi a multis annis, uel nunquam confessi, uel prae pudore grauiora quaedam reticentes, qui demum ac integre suam conscientiam nostris sacerdotibus, plenam ab eis absolutionem consequentes, aperuerunt.

4. Hanc autem confessionum auditionem secuta est tam frequens eucharistiae perceptio, ut inter tam multa templa quae sunt Florentiae, uix alibi frequentior fuerit; nam hoc nostrum templum [2], angustum, ac olim pene desertum, nunc ita colitur, ut ante aliquot menses Rdus. Pr. Ludouicus [3], qui dominicis ac festis diebus Cantica Salomonis in templo nostro interpretabatur, ob audientium multitudinem, in summum templum coactus transierit, ubi et nunc susceptam lectionem Deo adiuuante ac satis frequenti populo

[2] Nostri sacra ministeria exercebant in templo Sti. Joannini. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 161.

[3] P. Ludovicus de Coudreto, rector collegii. Ibid., 141.

prosequitur, nec sine spirituali fructu, qui in frequentatione sacramentorum apparet et uitae emendatione, etiam eorum qui prius frequentationi sacramentorum detrahebant, nunc autem et sacramenta frequentant, et alios ad sacramenta pelliciunt, et uix ullum solatium recipiunt, nisi cum uel sunt in templo nostro, uel nostrorum intersunt concionibus. Imo non desunt aliquae sanctae ac fideles animae tam pie de nobis sentientes, ut perpeti se malle profiteantur mille mortes, quam a nostri templi cultu prohiberi: et si quando alibi missam audiunt, necessitate coactae, minime sibi satisfacere posse uideantur.

5. Aliqui eadem pietate commoti desiderant ut, cum per mortem eis de hac uita discedere contigerit, corpus eorum in eodem templo nostro sepeliatur. Dicunt etiam nonnulli se magno nostris obligatos esse debito gratiarum, quod postquam coeperunt eorum interesse concionibus, tum demum resipuerint ab iis tenebris uanitatum et uitiorum quibus se tota anteacta uita deuinctos fuisse cognoscunt, et tum demum coeperint quid sit uere christianum esse experiri.

6. Inter hos quaedam est mulier, ex concionibus nostrorum conuersa, adeo poenitentiae dedita, ut nihil aliud faciat siue manducans, siue bibens, seu aliud aliquid agens, quam peccata sua deflere et corpus macerare, perpetuum dolorem in corde habens, quod Deum offenderit. Et cum ipsa suis manibus panem, quo uitam suam utcumque sustentat, uix acquirat, tamen multa in eleemosinam elargitur, ea sibi de uictu auferens, eumque sibi sapidissimum panem existimans pro CHRISTO carere pane.

7. In nostro autem templo a paucis hinc diebus Pater Fuluius [1] concionari coepit. Quam omnibus acceptus sit, et frequens audientium numerus, et multorum lachrym[ae] [a]

---

[a] *Abscissa charta hic et infra in extremis versibus.*

---

[1] P. Fulvius Androtius. Ibid., 159.

id facile declarant. Eius enim oratio ad deuotionem plurimum mouet. Qu[od] si illi per obedientiam continuare licuerit, magnum profecto fructum ad communem animarum salutem allaturum confidimus.

8. Carceres ex nobis aliqui saepe adierunt, uel audituri deuinctorum confessi[ones], uel eos cohortaturi, ut aequo animo omnia aduersa sustineant, seque ad Deum, u[nicum] [a] libertatis autorem, ac unicum miseriarum solatium, totos conuertant.

9. Post Christoforum de Truxillo, Cosmum et Joannem Baptistam [1], alii 3 in Societatem ingressi sunt: quorum primus fuit quidam sacerdos [2], alter nobilis quidam hispanus, a secretis D. Francisci de Toleto, uir et christianis moribus et naturae muneribus abunde ornatus [3]. Tertius quidam ex nostris discipulis, qui expectation[em] non sustinens, paucis ante diebus domi eo animo remansit, ut inde ullo modo nunquam discederet, atque ita, quod fere quinquennio optauit, paucis di[e]bus obtinuit [4].

Supersunt adhuc 8, in literis satis uersati, moribus autem ualde ingenuis, qui eos sequi ualde cupiant, et Prem. Ludouicum conuenerint, quo P. T. de eorum desiderio certiorem faciat, et cito adm[it]tantur. Reliqui, quorum numerus est satis copiosus, ita sunt morigerati, ut ab aliis, qui alios adeunt magistros, plurimum differant.

10. P. Jacobus Guzmanus in templo nostro certis diebus christianam doctrinam magna tum utilitate, tum omnium edificatione exponit [5]. Adolescentes autem, quae ab

[a] *Abscissa charta; forsan legi debeat* nostrae.

[1] Ibid., 134, 147, 148.

[2] De duobus sacerdotibus qui per hoc tempus Florentiae Societatem ingredi volebant agit POLANCUS, loc. cit.; 157 de Philippo Sereno, de quo intelligi videntur quae sunt in *Lainii Monum.*, II, 210, 223, 623; et 160 de quodam Ludovico. Primus admissus videtur.

[3] Petrus de la Torre. Ibid., 153, 156.

[4] Eadem repetit POLANCUS, loc. cit., 158, nomine etiam tacito.

[5] Ibid., 141, 158, ubi POLANCUS hanc epistolam prae oculis habuisse videtur.

eo discunt, domi fratres, sorores et ancillas docent. Aliqu[i] etiam dialogi in eam ipsam doctrinam christianam compositi in summo templo a nostris discipulis fuere recitati, quibus interfuerunt ad tria aut quatuor millia homin[um], qui, et rebus ipsis quas illi continebant, et recitantium mira quadam actione, ualde delectati sunt et admirati, fructum plurimum inde haurient[es]; nonnulli et nos benedictionibus prosequentes, quod tam pie iuuentutem instituer[e]mus.

11. Ad haec illud praeterea addendum duxi, quod cum quidam ex nostris quemdam bibliopolam adiissent, ac forte in cuiusdam pessimi haeretici libros incidissent, eos primum bona ipsius bibliopolae uenia secum domum abstulerunt, deinde heresum inquisitores ea de re docuerunt, qui dixerunt ut de illis libris pro arbitrio agerent, ac etiam petiere ut reliquas bibliotecas inuiserent, easque ab huiusmodi libris expurgarent, si quos tamen inuenissent.

12. De nostra temporali domo haec pauca dicam, nos benefitio Illmae. vxoris ducis huius Florentiae [1] comodiorem ac ampliorem habere mansionem; nam quinque noua cubicula aedificata nobis fuerunt, superextructo etiam podio, meridiano soli exposito, quo ad tuendam ualetudinem maxime egebamus. Atque haec sunt quae scribenda habuimus. Reliquum est, ut T. P. pro nobis Dominum Deum precetur, quo diligentius ei in posterum seruiamus. Datum Florentiae idibus Februariis 1557.

T. P. seruuus minimus in X.º,

Leo Lilius [2].

Inscriptio. † Rdo. in X.º Pri. P. Jacobo Laynez, vicario generali Societatis Jesu. Romae.

---

[1] Cosmas I de Medicis. Ejus uxor erat Eleonora de Toledo.

[2] De epistolae auctore cf. *Epist. Mixt.*, V, 204.

26

RODERICUS

CONCHA 21 FEBRUARII 1557 [1].

1-5. *Sociorum conchensium numerus, studia et solidarum virtutum exercitia.*—**7-8.** *Ministeria erga proximos difficilia ob loci incommoditatem; fructus tamen poenitendi ex iisdem obtinentur.* **9.** *De nostrorum valetudine.*—**10.** *De spirituali laetitia in morte PP. Olavii et Frusii.*

1. † Ihs. Muy Rdo. P.[e] nuestro en X.[o]. Gratia et pax Christi sit cum omnibus. Amen. La obediencia que todos los impedimentos quita, me a dado attreuimiento a hazer esto que tan fuera de mis méritos y suffiçiençia era, para dar la acostumbrada cuenta a V. P. deste collegio y del fructo que la diuina bondad, según los obreros que se a dignado poner en él, en esta çiudad a obrado.

2. A habido hasta algunos días atrás en este collegio comúnmente un Padre, y a lo más algunas vezes dos, con otros dos o tres hermanos. Después a seído nuestro Señor seruido yrnos multiplicando hasta 12; quatro de missa y los demas studiantes y legos. El medio para esto fué, que se offreció cómo aquí se diese para sustentar algunos estudiantes con un maestro que leyese un curso de artes publice, como le ley el hermano M.[o] Gil Gonçález. [2] Oýmos de casa seis, con otros algunos que de fuera vienen. Spérase en el Señor saldrán buenos studiantes, porque ay buenas [a] habilidades y comodidad para exercitarlas, como se haze en muy continuas repeticiones [b] y argumentationes, allende las ordinarias que en la aula cada día ay de lo que el día antes y en aquella lectión se a leýdo, y cada domingo de lo de toda la semana.

---

[a] buena *ms.* —[b] repeticiciones *ms.*

---

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 2 ff., nn. 47, 48; prius 8, 9. Hac epistola usus est POLANCUS, *Chron.,* VI, 602, 603.

[2] Magister Aegidius Gonzalez Davila.

3. Acabáronse las súmulas para la nauidad, porque se dexaron algunas cosas que eran más para perder tiempo y excruciar los ingenios y confundirlos, que para sacar dellas algún fructo. La lógica se ley muy de propósito por el texto de Aristóteles. Oy domingo de la sexagéssima se abían de tener conclusiones de todos los predicábiles, que aora se an acabado, y déxanse para otro día, porque el hermano M.º preside a un estudiante en la yglesia cathedral desta ciudad, que es de las principales de Spaña, en un acto que haze de opposición a cierta collegiatura en Salamanca. Nuestro Señor nos dé gracia con que así en esto, como en todo lo demás, pretendamos su gloria y honrra. Amén.

4. Tiénese también cuidado que juntamente con los estudios se tracten las verdaderas virtudes de obediencia, humildad, charidad fraterna, y otras semejantes, en las quales se exerçitan los de casa según el tiempo que para ello dan los estudios, procurando también que esos mesmos estudios tengan por fin la obediençia y mayor luz en el conoscimiento proprio y de Dios nuestro Señor. Las mortificaçiones exteriores se tractan quanto para mayor gloria de nuestro Señor pareçe conuenir.

5. Entró aquí los días pasados una persona de qualidad, saçerdote de missa. Este teniendo gran repugnançia en una mortificaçión que el mesmo a sí se representaba, pedió licencia para élla; y era que yría a casa de un canónigo, gran trecho de casa, y allí tomaría unas aguaderas, y con ellas a cuestas vernía a casa de un otro señor ecclesiástico gran amigo suyo y muy deuoto nuestro, a donde tomaría una azémila, y con sus cántaros yría por agua al río, para lo qual había de pasar por [a] lo más público de la çiudad, que es la plaça y yglesia mayor. El P.e [1] porque más mereciese, se la conçedió, ordenando tamen que la azémila con

[a] por por *ms.*

[1] i. e. P. Rector.

su recado se traxese a casa, y de aquí saliese por el agua; y para esto inuió un hermano estudiante, licenciado en leyes y de honrrada parte en el mundo, sobrino de un oydor de la chançillería de Granada, adonde él leýa leyes publiçe en las escuelas de aquella çiudad, el [a] qual fué muy alegre por la azémila y aguaderas, aguardándole el P.e en casa, con esta gran determinaçión de vençerse; aunque nuestro Señor por otra parte ordenó esto no ubiese effecto, quanto a la obra externa, pues ya ellos de su parte se la avían offreçido.

6. Las confessiones y comuniones de los de fuera se continúan [b], aunque es [c] verdad que esta casa está en tan incómodo lugar para ellos, que es marabilla como viene quasi ninguno. Porque está en lo más alto de la çiudad, y la vecindad desta parte comúnmente es de gente ecclesiástica, por estar también la yglesia mayor en lo alto; y así la gente seglar comúnmente hab[ita] [d] en lo llano de la çiudad, de donde aquí ay muy gran trecho de calles muy agras, y callejas de malos pasos, specialmente de inuierno. Y junto con esto, de los Padres que en casa ay, solo uno queda que puede assistir a las confessiones de ordinario [e], y aun ese a seído necessario inuiarle algunos días fuera, por estar mal dispuesto.

7. Con todo esto, se spera en el Señor se seruirá de augmentar la Compañía en esta çiudad para gloria suya y bien della, porque ay personas muy afficionadas y deseosas de disponer de lo que tienen en seruicio de nuestro Señor, quando algunas cosas que agora lo impiden, dieren para ello lugar.

8. Allende las personas que comúnmente vienen a nuestra yglesia, nuestro Padre Tablares [1] comunica algunas otras particulares, de quien pende el buen gouierno de la

[a] e *ms.* —[b] continan *ms.* —[c] es es *ms.* —[d] *Scissa charta.*
[e] *Haec 2 vv. addita sunt eadem manu supra vers.*

[1] P. Petrus Tablares. Cf. POLANCUM, loc. cit., 602.

çiudad, y otros semejantes fructos uniuersales, como son los SS. inquisidores, el corregidor, la marquesa de Cañete [1], el conde y condesa de Pliego [2], con otras personas ecclesiásticas y çiudadanos; entre los quales uno, persona muy prinçipal en esta ciudad, tenía una hija en su casa permittiéndola estar en estado escandoloso, solo por no la casar, porque la hazienda que él tenía, era toda de la hija, ni la mesma hija queriéndose casar con un hombre honrrado con quien se había desposado de secreto [a] , y a quien tenía consigo en casa de su mesmo padre. Habían tractado con este cauallero muchas personas prinçipales, para que quitase este escándalo, dexando casar a su hija; y nunca se había podido acabar con él. Fué nuestro Señor seruido que nuestro Padre Tablares le communicase y persuadiesse dexase confesar a su hija; y así el Padre la confessó y comulgó, habiéndole ella promettido que haría todo lo que por el Padre para seguridad de su consciencia le fuese ordenado; y junto con esto acabó con el padre que la dexase, y con ella que se quisiese casar con el que dixe se abía de secreto desposado, aunque era persona harto desigual en qualidad (aunque hombre honrrado), y muy pobre, porque no tenía sino su persona, con ser ella muger muy rica. Aora, bendito nuestro Señor, están casados in facie ecclesiae, y en su casa con mucha edificación de los desta çiudad: sea gloria a su bondad infinita, pues Él es el que para esto y para todo lo bueno da la gracia y fuerças, que las de los hombres poco bastarían a quebrantar semejantes leyes que el demonio tiene puestas, y no con menor amenaza [b] que de ser infamados y tenidos por viles los que las quebrantaren; aunque en la verdad sea al contrario, aun en los ojos y lenguas de los mismos del mundo.

[a] *Haec 2 vv. addita supra vers. ead. manu.* —[b] amencaza *ms.*

[1] Dna. Maria Manrique. Ibid.

[2] Ludovicus Carrillo de Mendoza, VI comes de Priego, ejusque uxor D.ª Stephania de Villareal. Ibid.

Esto es lo que por aora se offreçe de que dar cuenta a V. P., dexando algunas cosas, que en particular, allende lo dicho, pudiera screbir, así por no ser prolixo, como porque creo por otra vía V. P. terná auiso dellas.

9. De salud corporal, por la bondad de nuestro Señor, estamos todos buenos, fuera de algunas ordinarias indisposiçiones que con los muchos trabajos de confessiones, estudios y otras cosas, nunca faltan.

10. El haber nuestro Señor seído seruido de lleuar al P.e doctor Olaue [1] y al P.e Andreas Frusi [2], aunque por una parte era razón de sentirlo, por tener la Compañía tan buena ayuda en ellos para su instituto, por otra nos a seído causa de gran alegría y consuelo spiritual, considerando quién, de dónde, quándo, y para qué los a seído seruido de llamar, porque lo de acá bien se dexa ver que los aya llamado para la eterna holganza [a] y seguridad de nunca le poder offender. Muy gran confiança tenemos en El que acá los llamó, para con tantos trabajos tan perfectamente seruirle. V. P. por amor de nuestro Señor perdone la demasía deste hijo indigno, y a todos nos mande encomendar en los sanctos sacrificios y oraçiones de todos los Padres y hermanos de esa casa y collegio, para que en todo su sancta voluntad cumplamos. Amén. De Cuenca y de Hebrero 21, 1557.

Por commisión del P.e rector, [3].

D. V. R. P. indigno hijo y sieruo inútil en X.º

RODRIGO [4].

a honganza *ms.*

[1] P. Martinus de Olave. Ibid., 47.

[2] Cf. POLANCUM, ibid., 48.

[3] Is fuisse videtur P. Joannes de León. ALCAZAR, *Chrono-historia...*, I, ad finem volum.

[4] In catalogo collegii conchensis, mensis Februarii 1558, numeratur tertio loco inter Patres, P. Rodrigo, oriundus ex Espinosa [de los Monteros], annorum triginta, Societatis septem cum dimidio, philosophiae docilis auditor. In cod. *Tolet. 12.a*, fol. 157. Cf. etiam POLANCUM, *Chron.*, IV, 391. Nomen vero aut cognomen adhuc ignoramus.

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. P.ᵉ N. en X.º, el P.ᵉ M.º Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús, en donde estuuiere.

27

P. ALPHONSUS RUIZIUS

GRANATA 28 FEBRUARII 1557 [1].

1. *Quatuor sacerdotes proximis sacro ministerio juvandis assidue incumbunt; P. Duran conciones habet de doctrina christiana.*— 2. *P. Dr. Ramirez Granatam venit, et in celebrioribus templis, magno fidelium concursu, concionatur.*—3. *Archiepiscopi erga Societatem benevolentia.—Oratores sacros omnes in suis aedibus ille congregat, eosque docet rationem fructuose concionandi.*— 4. *Sociorum granatensium numerus et spiritus.—Plures candidati Societati nomen dant.*

1. † Ihs. Muy Rdo. en Christo Padre nuestro. La gracia y paz de Ihu. Christo nuestro Señor sea siempre en nuestras ánimas. Amén. Lo que hay que hazer saber a V. P. de las cosas que nuestro Señor ha obrado este mes en esta ciudad por el ministerio desta su mínima Compañía es, que la freqüencia de los sacramentos se continúa con mucho aprouechamiento de las ánimas, porque no faltan quotidianamente confessiones, y de personas que vienen con grandes desseos de darse de veras a nuestro Señor, y en esto se occupan commúnmente quatro Padres. Allende desto son llamados muchas vezes a confessar y consolar enfermos, y ayudarlos a bien morir. El P.ᵉ Durán [2] ha continuado los sermones de la doctrina con satisfación y edificación.

2. El P.ᵉ doctor Ramírez [3] ha venido a esta ciudad, y ha començado sus sermones con concurso de gente: spérase en nuestro Señor que ha de hazer esta quaresma mucho fruc-

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 2 ff., n. 41, 42; prius 329.

[2] P. Jacobus Duran.

[3] P. Joannes Ramirez. Cf. *S. Franc. Borg.*, III, 384; Astrain, *Historia de la Compañía...*, I, 333; II, 45, 86.

to. En la iglesia mayor lo han demandado para los miércoles, y los inquisidores lo demandaron para los domingos en vna parochia donde ellos acuden.

3. El señor arçobispo [1] nos fauoresce mucho en público y en secreto, y nos haze todavía muchas limosnas, y aprueua mucho el modo de proceder de la Compañía, como por la obra se paresce. Él mandó juntar todos los predicadores de Granada en su casa, donde se dió orden de lo que se auía de tractar en los sermones, y el modo con que vniformiter auían de proceder; de manera que no se sintiesse dissención ni contradictión en la doctrina; y entre otras cosas que encommendó, fué que insistiessen mucho en persuadir la freqüencia de los sacramentos, oración mental y mortificación, como cosas en que tánto iua, poniendo por testigo el fructo que por experiencia se vee en los que lo hazen. Y también encargó mucho (y esto todo lo dió in scriptis) que aconsejassen que hagan confessión general, quien no la [a] vuiesse hecho. Spérase esta quaresma mucho fructo. Sea todo para gloria de nuestro Señor.

4. En casa estamos agora quasi treinta, porque en este mes se han reçebido tres: vn sacerdote, maestro en artes y theólogo, que sabe arábigo [2] y suele predicar en esta ciudad a los moriscos; vn bachiller en artes, muy hábil; otro hijo de vn veintiquatro desta ciudad, de quien se ha hecho mención en otras cartas [3]. Exercítanse en oración, mortificación y perfecta obediencia, teniendo mucha qüenta con la obseruancia de las reglas. Ay otros muchos que piden la Compañía, aunque se detiene mucho la mano, porque paresce que conuiene. Esto es lo que se offresce que auisar a V. P. Resta pedir que en los sacrificios de V. P. y de los Padres y hermanos caríssimos seamos encommendados al

---

[a] las *ms.*

---

[1] Petrus Guerrero.

[2] Videtur fuisse P. Joannes de Albotodo.

[3] Cf. *Litt. Quadrim.*, IV, 623, 624.

Señor vt in omnibus cumplamos su sanctíssima voluntad. De Granada vltimo de Hebrero de 1557.

De V. P. hijo mínimo en el Señor, por commissión del P.e D. Plaça, [1]

† RUIZ † [2].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Christo P.e nuestro, el P.e maestro Laínez, vicario general de la Compañía de Ihs. En Roma.

28

P. PETRUS DOMENECCUS

VALLISOLETO 28 FEBRUARII 1557 [3].

1-2. *Collegium Societatis, cum spiritu vocationis nostrae, tum studio litterarum mirifice floret.*

1. Jhs. Muy Rdo. P.e nro. en X.o Pax X.i Lo que deste presente mes se me ofrece auisar a V. P. es, que los sólitos exercitios de la Compañía, assí en las cosas de dentro de casa, como de fuera, van siempre adelante. Ay en casa, bendito Dios, todo buen concierto, y se tiene mucha cuenta con el aprouechamiento interior de los Padres y hermanos della. Véese el fructo manifiesto, porque ay grande vnión y conformidad entre todos, y resignatión íntegra a la obedientia obedeciendo al punto; y assí proceden todos con grande alegría y modestia, y tienen mucha cuenta con su abnegatión y proprio aprouechamiento, como lo muestra la freqüentia que ay de mortificationes y penitentias públicas en el refitorio, las quales son de cosas spirituales algunas vezes, diziendo repugnantias y tentationes, y pidiendo ellos mismos en la quiete les digan sus faltas.

2. Los estudios, assí de artes, como de theología, se

[1] P. Joannes Plaza, collegii rector et novitiorum magister.

[2] P. Alphonsus Ruiz, adjutor praecedentis in novitiorum institutione; post, S.to Francisco Borgia praeposito generali, nobilis novitiorum magister Romae.

[3] Ex autographo in codice *Hisp. 95*, 1 fol., n. 53; prius 159.

prossiguen con mucho calor y aprouechamiento de los estudiantes; tiénense conclusiones cada semana, como se suele. Empeçan ya los nuestros de dar buen odor de sí en las scuelas; no solo en los estudios, porque vienen algunos a los nuestros a que les repitan las lectiones, mas avn en el aprouechamiento spiritual, porque vienen estudiantes a confessarse a nuestra iglesia. Spero se a de seruir mucho Dios de hauerse puesto estudiantes en esta casa [1], porque avnque los Padres están harto occupados en otras confessiones en casa, y fuera de casa a enfermos, y en sus pláticas spirituales en casa y en la cárcel, ellos son causa de hauer más en qué entender a seruitio de Dios nuestro Señor, el qual tenga a V. P. y a todos siempre de su santa mano, para que su sancta voluntad siempre conozcamos y aquella enteramente cumplamos. De Valladolid a 28 de Febrero 1557.

De V. P. indigno hijo y sieruo en X.º,

DOMÉNECH [2].

Inscriptio. † Al muy Rdo. P.e nuestro en X.º, el P.e M.º Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús. En la casa de la misma Compañía en Roma.

Alia manu... R.da a los 25 de Junio.

---

[1] Praecedenti anno P. Franciscus Borgia scholasticos philosophiae et theologiae in hoc collegio constituerat. POLANCUS, *Chron.*, VI, 579.

[2] P. Petrus Domenech anno 1555 et initio 1556 praefuerat domui probationis septimancensi. Cf. POLANCUM, *Chron*, V, 433; VI, 569. In catalogo provinciae toletanae ineunte Januario anni 1565 scripto, haec de hoc Patre dicuntur: «P. Pedro Domenech, de 40 [años], de Barbéns, dioces. vrgelensis. Antes de entrar praticó de notario en Barcelona 6 años, y oyó todos los cursos de artes. Entró en Mayo de 51. Ase ocupado en officios y ministerios, y oyó dos años de theología, y luego fué a Orán. A tenido cargo de collegios, y aora tiene de Toledo...» In codice *Tolet. 12.a*, fol. 31v, prius 38.

29

BERNARDUS D'OTTONO

GENUA 1 MARTII 1557 [1].

1-3. *Genuenses cives ad frequentanda sacramenta confessionis et communionis a nostris sacerdotibus permoti.*—**4-5.** *Plures e coeno vitiorum ad bonam frugem conversi.*—**6-8.** *Nostrorum fratrum diligentia pia sodalitas ab adolescentibus instituitur, remedium adhibetur inveterato vitio ludendi.*—**9.** *Ducis genuensis, Pinelli successoris, amor erga Societatem.*—**10 13.** *Scholasticorum nostras scholas frequentantium numerus, exercitationes, profectus.*

1. † Ihus. La gratia e pace di X.º sia sempre con esso noi.

[*Scribere se dicit ad consuetudinem tenendam et ad Lainii consolationem hoc belli tempore.*]

2. Le principali armi adunque et potentissime, con le quali ributtiamo et mandiamo a terra gli sforzi del demonio, sono i santissimi sacramenti della communione et confessione, alla frequentia dei quali ciascuno quanto può s'ingegna tirar le persone; ed in questo modo habbiamo cauati dalle mani del demonio molti in innumerabili peccati sommersi; il quale assai spaurito per l'armi della confessione, non ardisce di più assaltare coloro che egli uede dell'insuperabile scudo della confession fortificati.

3. Per questa causa uengono a noi assai huomini e donne, i quali ogni otto giorni si confessono; ed è cosa certo marauigliosa che ciò si fa in diuersi luoghi ai conforti dei nostri Padri, perchè, oltre a che nella nostra cappella, benchè piccola, mai mancano molti (parlo degl'huomini, perchè le donne non ui possono uenire) che pigliano la sacra communione, la chiesa nondimeno di Santa Maria delle Gratie, che al nostro collegio è uicina, si è frequentata da coloro che uanno per communicarsi, che par che quiui si raguni-

[1] Ex autographo in codice *Ital. 171,* 2 ff., nn., 69, 70; prius 117, 118, 119. In codice *Med. 75*, ff. 1, 2, est eadem epistola latine, subscripta ab Alfonso Hernandez.

no tutti quegli che da noi si confessono; e nella chiesa di S. Saluatore doue predica nostro Padre di qua [1], si fa tanto frutto, et tanti per la sua singular dottrina tornano al ben uiuere, che oltre alla moltitudine che là si communica le domeniche, il dì di natale 600 o più si communicorno, e per la purification della Madonna 300, per non dir più, fecero il medesimo; benchè nessuno o pochi si communicassero prima che egli andasse a seminar la parola diuina. Ed anco nella chiesa di Sta. Maria Maddalena doue i giorni di festa predica un de' nostri, si ueggono non minor profitti nella uia del Signore, perchè molti che s'erano partiti dalla uera strada, tocchi dalla parola di Dio, tornano a penitentia. Quel che si faccia nella chiesa di San Marco, si può conoscere dal frutto che negl'altri luoghi si fa, che ui predica un de nostri Padri.

4. Sapia pur la R.^{a} V. che di giorno in giorno cresce l'ardor' della charità, il quale eccitato dalla parola diuina, illustra mirabilmente l'oscurità dei peccati, le quali conosciute, tutti uoglion più presto seguitar la luce della uerità, che star sempre offuscati nelle tenebre delle sceleraggini, il che si può uedere essendo uenuti molti a noi per confessarsi, che già molti anni non si eran confessati.

[*Locus de conversione alicujus ad historiam nihil pertinens.*]

5. In questo medesimo tempo un' altro ch'era maritato, e cacciata la moglie, publicamente si teneua una concubina, si mosse tanto per i conforti e riprensioni de' nostri, che uoltò l'animo a miglior uia, determinò di presto lasciarla; nella quale cosa s'è durata lunga e gran fatica, perciochè non si potrebbe dire quante uolte ei ci ha beffati con false promesse; perchè parlando con esso noi, si mostraua paratissimo a mandarla uia, ma tornato a casa sua, tanto s'allontanaua dal primo proposito, che egli harebbe fatta ogni altra cosa da quella che promessa ci haueua in fuori;

[1] P. Gaspar Loarte, rector collegii.

pur finalmente uenne a tale, che uolentierissimo la cacciò di casa. Noi nondimeno acciochè egli non potesse più praticar con essa, facemmo maritar quella donna, acciochè la sua pudicitia fusse per la guardia del marito più sicura: il che fatto, lei liberata dal peccato honestamente uiue, e lui si sforza di rimenar a casa la moglie, il che, come io spero, presto conseguirà con la gratia d'Iddio; al cuale noi dobbiam saper grado d'ogni cosa, poichè egli ci dà forze di poter destare gl'oppressi dal sonno del peccato; ed in questi tali, come buono agricultor', così labora chel seme della sua parola sparso nei lor petti, arreca grandissimo frutto.

6. I nostri fratelli, fuor' del tempo che con gran diligenza et industria consumano nell'insegnare a putti, quando hanno un po di tempo, s'affaticono uolentieri nei commodi de' prossimi, massime i giorni di festa, nei quali è maggior la frequentia delli huomini e maggior la commodità del giouare. La diligentia dei quali e charità singulare, e la continua cura dell'altrui salute, libera molti dalla seruitù del peccato. Nè solo giouano a quegli che son già d'età matura, ma (che è di più marauiglia) conformono di maniera la giouentù, certo lubrica et più uolta ai uitii, che, conosciuta la lor constantia, più presto uechiezza che giouentù si chiamarebbe.

7. E acciò non paia ch'io dica questo per acrescere la cosa, sappia la P. V. che certi giouani hanno fatta una compagnia infra di loro, acciò facendosi di molti animi uno, possino più commodamente attendere alle cose diuine: si ragunano i giorni di festa nel collegio nostro la mattina, doue confessatisi, si communicono, e fatti più mondi, consumano il resto del tempo in opere buone e da xiano., perciochè dopo desinare se ne uanno in diuersi luoghi, e massime nelle chiese doue predicano i nostri, e quiui n'anti la predica, insegnano a molti la dottrina xiana., e s'ingegnano di leuar' da peccati gli amici loro ed altri e fargli de la loro compagnia. Uoglia Iddio che quegli che hanno persa la uia della uerità, restin così fortificati, che possino ueni-

re al fin della perfettione; perchè non chi comincerà, ma chi perseuererà insino al fine sarà saluo [1].

8. La difficile impresa di leuare il giuoco che presono i nostri fratelli, ancora si sostiene; nella quale, benchè la nouità non possa dilettare la P. V. (perchè questo ha già inteso per altre [2]), nondimanco le cose chel al diuino seruitio appartengono, douerebbono rallegrare gl'animi d'ogniuno. La perseuerantia e continua uigilantia in questo ha fatto che se non tutti, molti al meno hanno lasciato il giuoco, e quegli che già u'erano inuecchiati dentro, sono intanto timore, che o ei non ardiscono giocar più publicamente, o subito che ci ueggono, si mettenó a fuggire. E così il misero piacer ch'egli hanno è mescolato con non so che amaro, il quale più uolte assaggiato, non è marauiglia se quello che per nostri conforti non uoleuano fare, lo fanno poi uolentieri, perciochè col tempo molte cose si fanno che chi l'hauesse uoluto fare in principio, hauerebbe (come si dice) perso le pezze et l'unguento; nondimeno come la cosa si sia, oltre all'utilità non piccola che di qui si caua, uenghiamo per tali cose in buona fama e riputatione; perchè questa lodeuole opera, ma già quasi spenta, del ammonire e riprendere, ritrouata da noi e spesso adoperata, ci acquista grandissima beneuolentia, nè manca chi dica che ciò diuinamente si fa; che come da preti fu fundata la chiesa, così da preti fussi ella, quasi ruinata, rifatta. A noi s'appartiene il risponderę all'opinion di noi conceputa; ma perciò ottenere, bisogna ricorrere all'aiuto diuino; perchè, confidati nelle nostre forze, presto capiteremmo male.

9. L'illustrissimo duce di questa republica, che quest' anno ha preso 'l gouerno [3], non ci uuol men bene de l'altro [4];

---

[1] Cf. MATTH., X, 22.

[2] Cf. *Litt. Quadrim.*, IV, 567.

[3] Petrus Joannes Ciavega Cibo. CASONI, *Annali di Genova*, lib. VI, in fine anni 1557. RIVAROLA, *Descripción histórica... de la República de Génova*, 477.

[4] Augustinus Pinello. CASONI, loc. cit., ad finem anni 1555.

perciochè ei riceuette piaceuolissimamente il Padre rettore che l'andò a salutare, e promessegli di non ci mancar mai nei nostri bisogni, il che anche disse che mostrarebbe più in fatti che in parole, se con la gratia d'Iddio potesse la sua republica stare in pace, perchè al tempo della guerra è tanto occupato, che a pena può attendere ad altro.

10. Resta, Rdo. P.e, a dir qualche cosa delle nostre scuole, nelle quali di giorno in giorno cresce il numero delli scholari, nè impedisce lo scommodo luogo che più non uenghino; donde si può intendere che sarebbono molto più, se un più commodo luogo gl'inuitasse: sono adesso quegli che uengono 255, cosa marauigliosa che tanti studiosi si ritrouino in questa città, nella quale pare che gl'huomini sian nati più per la mercantia; nondimeno gli tira (come io penso) la diligentia de nostri maestri, e molte orationi che spesso sogliono recitare i nostri scolari nel domo, delle quali tanto si dilettano, che io non ho ancor uisto qua predicatori con tanto auditorio, con quanto si recitano le nostre orationi.

11. Alla renouation de nostri studii per seruare il costume de nostri collegii, si recitorno declamationi in S. Lorenzo da tre nostri scholari, le quali per la nouità furno gratissime, e per la materia e grauità delle sentenze assai accommodate alla città, piacquono assai: perchè in quelle si trattò se in un gouernator d'una republica si deue più presto desiderar la seuerità che la clementia. Il primo con la sua oratione propose il tema delle declamationi, il quale fu poi dall'altri duoi trattato per tutte due le parti. Finalmente dette la sentenza quello che haueua proposto il tema. Ui si truouò il duce e molti senatori che assai le lodauano. Sì che con queste cose e con altre di maggior importantia, ci habbiamo guadagnati gl'animi de' senatori, i quali non desiderano altro che darci un luogo commodo, doue noi possiamo far meglio l'ufficio nostro. Nondimeno queste guerre tanto gli trauagliono, che tutte le lor forze bisogna

che ponghino in quelle [1]; ma se saranno una uolta con l'aiuto diuino da queste tribulationi liberati, ce gli troueremo gratissimi.

12. Si recitò anche un'oratione il medesimo dì che si commincioron gli studii nella chiesa di santa Maria delle Gratie, che non piacque meno dell'altre.

13. Finite queste cose, cominciorono con animo nuouo i maestri a insegnare, e si exercitano qui le lettere, come è costume della Compagnia nostra. Seguita un'oratione che ogni quindeci dì si recita da uno scholare il uenerdì in quella chiesa doue il Padre rettore suol predicare ai medesimi scolari. E perchè la mention di questa predica che già me n'era scordato, m'inuita dir di essa qualche cosa, sappia la R. V. che non solo ui si truouono gli scholari, ma ed altre persone nobili, i quali accesi dalla doctrina del Padre e del desiderio ardentissimo ch'egli han di giouare alla salute d'ogniuno, se non sono da grandissime occupationi ritenuti, sempre ui si truouono.

Queste son le cose, Rdo. Padre, le quali mi son parse degne d'essergli auisate: resta di far fine, raccomandandoci tutti alle orationi di V. R.ª, da le quali ardentissimamente desideriam' d'esser aiutati, per poter di giorno in giorno far più profitto ed ubbidir sempre alla santa uoluntà di Iddio. Di Genoua primo di Marzo 1557.

Per commission del Padre rettor, de V. V. [*sic*] seruo inutile,

BERNARDO D'OTTONO [2].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.º P.ᵉ, il P.ᵉ Mro. Laynez, vicario generale della Compagnia de Giesù. Roma.

---

[1] Bellum tunc erat inter genuenses et corsicos a gallis adjutos. CASONI, loc. cit.

[2] Unus ex primis incolis collegii genuensis. Grammaticam aut humaniores litteras docuisse videtur. Cf. *Epist. Mixt.*, IV, 456, 480, 566; *Litt. Quadrim.*, III, 295.

30

P. THEODORUS PELTANUS

INGOLSTADIO 9 MARTII 1557 [1].

1-4. *De publicis ac privatis scholasticorum nostrorum exercitationibus.—Opinio bona ac animi affectus erga Societatem et eos qui theologica studia colunt, in dies augetur.*—5. *Canisius, laboris studiosus, non solum in comitiis ipse indefessus, sed et nostrates occupatissimos in studiis et concionibus esse curat.*—6. *Scholarum nostrarum felices successus.*—7 8. *Primarii Germaniae viri Societatis studiosissimi.*—9. *Aliorum, ac nominatim episcopi labacensis, erga Societatem amor.*—10. *Aliqui socii Pragam missi; alii inde reversi.*

1. † Pax Christi, etc. Frugum quadrimestri hoc acto collectarum rationem reddituri, Rde. in Chro. Pater, pro minimo atque adeo pro nullo, praecipue si uberes illas et foecundas aliorum collegiorum messes spectemus, quod allaturi sumus ducendum existimo; at si soli in quo uersamur sterilitatem, fortassis nonnihil horreo Christi attulisse uidebimur. Atque ut illud paululum paucissimis in P. V. sinum exponamus, noueris Patres et fratres omnes, quotquot aut Roma missi huc uenere, aut aliunde in Societate nomina daturi accessere, peroptime ualere, omnesque, solo qui haec dictat dempto, mirificos et spiritus et literarum non tam polliceri, quam iam nunc etiam fructus adferre.

2. Et quanquam fratres praeter paucos, quos theologiae mancipare placuit, publicis lectionibus nullis intersint, non tamen ulla lectionum commoditate, opportunitateue frustrantur, audiunt enim intra priuatos parietes quaecunque in academia audire contingeret. Porro ex his qui domi exercentur, aliqui tam commode in magno praeclarorum

[1] Ex autographo in codice *Germ. 185*, 2 ff., nn. 53, 54; prius 1, 2, 3. Nonnulla a Polanco emendata in annotationibus invenientur; deleta ab ipso, ut alias, litteris italicis in textu notamus. Aliud exemplum post emendationes exscriptum exstat in ff. 51-52.

uirorum coetu perorarunt, ut habitas ab illis orationes etiam primarii prouinciae huius uiri describere efflagitarint.

3. Quod ad eorum, qui publice profitentur, rationem attinet, non puto aliud scribendum quam quod iam olim hac de re perscriptum est, ni fortassis hoc unum sit dicendum studiosos pene omnes (de haeretica prauitate, *quae sane maxima turba est*, imbutis nihil dico, cum hi non nobis tantum, sed in uniuersum omnibus opinioni suae non adstipulantibus sint aduersi) benigniorem in dies animi affectum, non modo erga theologiam profitentes, verum in nos omnes induere atque declarare; idque cum aliis, tum hoc praecipuo argumento perspicuum fit, quod quidam eorum Societatis institutum iam sint secuti, alii aliquot Patribus nostris confiteantur.

4. Quin et hoc silentio inuoluendum minime puto *quod*, cum ante nostrorum aduentum annuae duntaxat in sacra philosophia essent disputationes, nostrorum opera et menstruas et hebdomadarias esse institutas; has quidem inter theologicae facultates studiosos tantum, sic tamen ut alii pugnandi auidi ab hoc certamine non excludantur; illas uero solemnes, utpote quas totius academiae magistratus praesentia sua condecorare assolet.

5. Porro quod R. P. Canisius ocio pernicioso sit aduersissimus, non modo ipse in maximis et arduis rebus assiduo occupatum se tenet, sed et aliis, ne quid quod agant desit, sedulo prouidet. Quamobrem licet plerique omnes, ut ex his quae iam scripsimus, et alias indicauimus, quam occupatissimi tenerentur, uoluit tamen nihilo secius e toto grege quatuor delectos, qui festis et dominicis diebus concionarentur; et binos quidem latine, binos uero germanice, munus hoc obire instituit. Ipse etiam in comitiis ratisbonensibus inchoatis duntaxat *(quod illi* inter theologos *quotquot* ibi coact*i erant* [a], primae, omnium uoce et consensu, delatae

---

[a] cum ei inter theologos ibi coactos.

essent), non parum mensibus his sudauit, atque iterum (ut fama est) sub finem Septembris sudandum erit [1].

6. Quantum ad scholarum nostrarum, quas nuper aperuimus, successum attinet, breui spatio *tantos ac* tam foelices accessus accepere, ut *mirandum* [a] potius quam ulla ratione conquerendum nobis sit. Auspicium ante tres menses, tribus solummodo fecimus: iam quinquaginta supra centum aut eo amplius in dies recensemus; atque, id magis demireris, si locum in quo erudiuntur conspicatus sis; est enim tanta *huius rei* [b] angustia, ut halecum et caeparum more conferti condensatique sedeant. Eduximus iam coloniam unam, sed nihil prodest, omnia rursum plena, omnia conferta sunt; quod si principis munificentia paedotribam, ut pollicetur, mature erigi curet; aut quoquo alio modo, quod omnino semel et cito faciendum est, de commodiori aliquo literarum ludo nobis consulat; iam tum cateruatim aduolaturos credo. Interea R. V. oret et orandum curet, ne auspicatissima illa initia, diaboli, quem omnia ut obsit moliturum timeo, inuidia conturbet, deiiciatue.

7. Ante inchoata comitia conuenere simul huc reuerendissimus cardinalis augustanus [2] una cum principe Bauariae [3] et aliis plerisque Germaniae primariis uiris; qui quidem, quanti [c] minimam et uixdum bene humo defixam Societatis plantulam faciant, *hinc collige:* Reuerendissimus cum uniuersis, quos secum ducit, nobilibus et *ministeriis* [d] nos quam familiarissime inuisit, atque operam suam in omnibus benignissime pollicitus, *manum exosculandam omnibus quam humanissime porrexit; nec hoc contentus,* quamprimum opera Augustini, luculentissimis typis excusa, collegio gratificaturus adferre iussit. Porro ne amicissimum Societatis uirum non aliquo etiam uicissim munuscu-

---

a letandum. —b ejus. —c mirum est quanti. —d aliis.

---

1 Cf. supra pag. 76-77.
2 Otto Truchsess.
3 Albertus V, dux Bavariae.

lo exciperemus, parata erant in aduentum eius, ante nobis indicatum, quaedam praecipuae concinnitatis et elegantiae carmina; quae tamen, quod mora eius apud nos minima esset, tradi, recitari [a], ut destinatum erat, *non* potuere.

8. Idem aliquot ante diebus judaeum quendam, suis impendiis fidei catholicae initiandum, huc misit. At *princeps quod rariuscule huc diuertatur et breuissime dimoretur, plura et magis seria habuit obeunda, quam ut cardinalis exemplum imitatus, potuerit nos inuisere; ne tamen animum erga nos suum relinqueret intestatum* [b], ex uenatione, cui principum more deditissimus est, aprum et ceruum per famulos palam ad nos deferri curauit [1]. Quod sane munus, minimum, si precium spectes, plus omnium in nos ciuium animos commouit, quam si *clanculum*, insciis omnibus, mille aureis nos auxisset. Statim enim vulgus et alii uulgi conditionem necquicquam egressi, licet praecipui in hoc *uideri et* haberi uelint oppido, susurrare demirarique principis erga jesuitas coepere *propensitatem* [c]. Nec modo munere hoc publice misso animum erga collegium hoc suum declarasse contentus fuit, sed et summam frumentariam in triplum auctam uoluit. Idem de pecuniis in conuentione pollicitis quandoque futurum speramus. Reuerentiae [d] V. erit huiusmodi hominem et quos habet a secretis et consiliis *feruentissime* Deo comendare, *ne quid statuant decernantue, quod non tam nobis quam multis etiam aliis obesse queat, sed potius,* quam [e] nunc habent erga nos mentem, perpetuo retineant.

9. Sed nec hi solum, quos iam appellauimus, Societatem amant, colunt, ueneranturque; verum etiam alii plerique optime nobis cupiunt, inter quos non immerito praesuli labacensi [2] primas tribuero, qui non modo viennensem So-

[a] sed non recitari. —[b] At dux. —[c] beneuolentiam. —[d] Reuentiae *ms.* —[e] vt quam.

[1] Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 409.
[2] Urbanus Textor (Weber).

cietatis familiam, sed et hanc nostram studiosissime obseruat, atque id cum multis aliis rebus, tum *praecipue juliacensibus seu daleris aliquot* [a] non ita pridem huc in rei familiaris subsidium miss*is* [b], abunde declaravit. Ostendat illi Dominus misericordiam suam cum maxime egebit.

10. De Patribus et fratribus abunde iam ante dictum puto, nisi et hoc fortassis addendum sit, nonnullos hinc (ut fieri solet) Pragam, atque alios inde huc missos. Superest, Rde. in Chro. Pater, obnixissime orare ut nos cum reliquis omnibus in sanctissimis orationibus et sacrificiis tuis comendatos habeas, quo dignos uocationis nostrae fructus referre possimus. Ingolstadii septimo Idus martias, anno 1557.

Indignus seruus R. V.

DIONYSIUS.

Dictante Theod. Peltano, ex commissione Patris rectoris [1].

Desideratur inscriptio.

31

HENRICUS SOMALIUS

COLONIA 23 MARTII 1557 [2].

1. *Novi gymnasii primordia.*—2. *Auditorum frequentia mirifice augetur in novis scholis.—Aliorum collegiorum rectores gaudent suos alumnos ad nostrum gymnasium transmigrare.*—3. *De classium ordine.*—4. *In theologorum scholis optima metamorphosis, nostrorum adventu, facta est.*—5. *Fructus uberes ex professorum Societatis lectionibus percepti.*—6. *Ad praelectiones catechismi canisiani multi adolescentes confluunt.*—7. *Senatus et doctoris Gropperi erga Societatem benevolentia.*—8. *Discipulorum nostrorum pietas.—De Fr. Francisco Homerulo.*—9. *Colonienses socii ab omnibus laudantur et amantur.*

1. Ihus. Pax Christi. Vt sanctae obedientiae mandata

---

[a] tum etiam pecunia. —[b] missa.

---

[1] Rector collegii erat P. Thomas Lentulus. De Dionysio et P. Theodoro Peltano, cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, XI, 524.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 185*, 2 ff. nn. 59, 60; prius 173, 174, 175.

exequar, Rde. in Chro. Pater, ea nunc referam quae decurso mense, cum Societatis adminiculo, tum maxime Dei Opt. Max. sunt eximia liberalitate hic effecta. Ac primum omnium, ne longe abeam, de studiis V. P. certiorem faciam. Decimo quinto Kal. Mart. gymnasium ab amplissimo senatu nobis collatum [1] aperiri prius coeptum est. Ipsoque die ex nostris duo orationes pronuntiarunt: alter quidem philosophiae laudes sua oratione complexus, alter uero ad rhetorices studium iuuentutem adhortatus est. Lectiones postridie eius diei inchoatae sunt. Non possumus hoc de uno non grauiter plurimumque dolere, quod longe uberrima foecundissimaque messis nostrorum operam exuperet. Iure equidem una cum Domino conqueri posse uideor: Messis multa, operarii autem pauci [2].

2. Tanta est enim auditorum frequentia, ut et spem anteuerterit, et mensis unius interuallo grammaticorum classes in angustias coniecerit. Neque etiam exiguus est eorum numerus, qui ad nostrum collegium anhelant, si modo hoc ipsum illis integrum foret. Nam celeberrimae huius academiae mos atque consuetudo a maioribus inducta uetat ne is, qui apud rectorem quempiam semel professus est, ab eo ad aliud collegium, quodcunque etiam illud ipsum fuerit, (quoniam hic plura sunt) libere traducat. Hic est scrupulus, qui et adolencentes male habet, et inuitos in aliorum gymnasiis retinet. Porro ut nonnulli semper esse solent, maxime uero in tanta tamque frequenti adolescentum turba, qui singulari literarum amore et pietatis xpianae. studio efferuntur, ita paucis ante diebus contigit ut plurimi cuiusdam collegii rectorem (cui ante quam essemus collegio donati nomen dederant), posito timore, accederent, summis precibus summaque contentione efflagitantes ab illius ipsius collegio ad nostrum uidelicet transitum. Rationem uero dili-

---

[1] Vide supra pag. 46, 60. Cf. etiam HANSEN, *Rheinische Akten...*, 286. sqq.

[2] MATTH, IX, 37.

gentius rector causamque perscrutatur; sed cum optimo animo id abs se contendi obseruasset, non modo illis annuit, uerum etiam non rogatus, sed sponte ductus propria, aliis liberrimam emigrandi facultatem obtulit. Neque illud admirari quisquam debet. Quin hoc potius quod aliorum collegiorum rectores non ad se, sed recta ciuium ad nos consulumque filios instituendos deducant. Sicubi, inquiunt, probe institui possunt, nusquam rectius quam apud iesuitas, passim enim uulgarique hoc nomine nuncupamur. Quemadmodum uero temporis uerni suauitas, eo quod hyemis magnitudinem consequatur, gratior esse solet; non secus profecto haec iucundiora narrando efficiuntur, cum aëris iniuriam atque tempestatem coelique perturbationem serenum tempus antecesserit. Quidam enim, et summae authoritatis, et doctor theologicae facultatis omnium fere primus, non modo ullam beneuolentiam in initio erga nos declarauit, sed omni sermone infensissimum se potius Societatis hostem aperuit. Verum huiusmodi hominum generi prorsus est ignoscendum, quod non malo animo, sed rei inscitia nos odio prosequatur. Nesciunt enim, ut uerbis sacris utar, quid faciunt [1]; siquidem eius amicitiae explorata signa habemus, et animi erga nos sui. Nam cum illius hesterno die interesset frequentissimum, ob quorundam suorum discipulorum actum, celebrare conuiuium, curauit per bedellum nostri collegii professores ad se uocari. Cumque nostri praesto essent, tali eos loco honestauit, ut certiores eius amicitiae notas dare non potuerit. Taceo de eiusdem professoribus qui humanissime nostros exceperunt, pluraque eis detulerunt quam quisque in se agnoscere uelit.

3. Si uero classium ordinem exigis [2], haec, Reverende in X.° Pater, habeto. Philosophiae lector est unicus; non dico plures desyderari, cum res ipsa loquatur. Nam enim

---

[1] Luc., XXIII, 34.

[2] De studiorum ratione in coloniensi collegio primis his temporibus vide Duhr, *Die ältesten Studienpläne des Jesuitengymnasiums in Köln.*

theologicis lectionibus Patres plus satis habent, quod agant. Rhetorices etiam unus est professor, et duo grammaticorum institutores. Accedit ad haec, quod octauo quoque die (romani collegii exemplo ducti) unus ex rhetorum classe orationem pronuntiet. Is uero qui oratorem agit, necesse est ut in maximo auditorum conuentu dicat. Multi probant, multi amplectuntur huiuscemodi exercitationis genus. De philosophiae classe hoc unum dicam, auditores, ob disserentium feruorem ac acerrimum de re proposita certamen, rapi; cum omnia plus aequo remissa aliis in locis sint.

4. In theologorum scholis a Patrum nostrorum aduentu tanta metamorphosis facta est, ut repentina tamque subita rerum mutatio singulos in admirationem traxerit. Nam abditum antea quoddam antrum fuisse, quam scholam rectius dixerim. Ecquis non miraretur modo quatuor sacrae paginae lectores, cum antea ne unus quidem extiterit? Certe serio de theologicis studiis pauloque altius coeptum est cogitari; haec omnia nunc eo in loco enarrantur a uariis theologiae professoribus, scilicet, D. Pauli ad Romanos epistola [a], Magister sententiarum, Dauidis psalterium, Geneseosque libellus. Illa duo postrema a nostris Dei beneficio praestantur.

5. Quantum uero fructus ex his lectionibus proficiscitur, recensere longum foret. Tamen ne singula silentio praeteream, hoc unum referam. Cum regii Dauidis hunc locum Mr. Henricus Dyonisius [b] exponeret: Edent nimirum pauperes et saturabuntur [1], et ea quae haec consecuntur, data amplificandi ansa optimo Societatis more, de sacerrimo altaris sacramento loqui liberius coepit, auditoresque ad crebram communionem adhortari, sicque eorum animos ita flexit, ut adolescens quidam, dimisso auditorio (de hoc enim solo referam), cum domum se recepisset, ea omnia quae ex

---

[a] eplae *ms.* —[b] *Sic, hic et infra.*

---

[1] Ps. XXI, 27.

lectione memoriae mandarat, domino referret [a]. Cumque loquendi finem fecisset, rogat dominum suum obnixe ut fiat illi potestas saepius ad sacram synnaxim accedendi. Sequenti uero die dominico apud Patres peccatorum sarcinam deposuit.

6. Doctoris etiam Patris Canisii hic etsi ea hora praelegatur cathechismus qua caeterorum collegiorum lectores in scholis suis praesunt, tamen neglectis ac posthabitis suorum praeceptorum lectionibus, multi ea hora ad nos confluunt; cuius explicationem praecedenti hebdomada M. Henricus Dyonisius est aggressus, idemque diebus sabatinis solet subsequentis diei dominicae simul euangelium et epistolam interpretari.

7. Taceo senatus amplissimi feruorem, cum hoc ipsum superioribus literis significauerim. Dominus autem Gropperus [1], uir, ut nosti, singulari et eruditione et pietate, optimeque de nobis meritus, nescit profecto quo nos amore uelit amplecti ac exosculari. Ita nostrarum rerum studiosus est, ut in assidua nostri cogitatione esse uideatur. Saepius hactenus nostri causa conuiuia admodum opipara ac opulenta celebrauit, ea porro ratione ut ad se ciuitatis primores, theologicaeque facultatis doctores uocaret et Societatem in grauissimorum uirorum coetu cumulatissimis laudibus commendaret, quos a se prius dimittere nunquam uoluit, quin pro Societate sua omnes suffragia omnibus in rebus pollicerentur. Verum et hisce diebus per famulum ad se magistrum Joannem Reitium, nostri collegii rectorem [2], uocauit, ut de rebus nonnullis certiorem eum faceret et a se quadam pecuniae summa onustum amandaret. Dominus

---

[a] *Prius* refert.

---

[1] Doctor Joannes Gropper. Vide pag. 2, annot 1.

[2] Rector collegii erat P. Leonardus Kessel, qui Romam ad comitia se contulit, mense Februario ad finem vertente. Ejus vices gerebat P. Ioannes Rhetius. Cf. Reiffenberg, *Hist. prov. rhen.*, I, 55 et *Lainii Monum.*, II, 185.

regens una cum M.° Henrico concionari cum maximo animorum foenore pergunt, ita ut lachrymas excutiant, quod sane est his in partibus admirandum, cum tale quippiam non fuerit unquam hic auditum.

5. Passando por vn castillo a dos leguas de Ratisbona, y teniendo desseo de refrescarnos vn poco, sentimos en el mesón tanta confusión de instrumentos músicos y grita y olor de carnes, que no osamos entrar. Duraba el carnaual aún en Ingolstadio el segundo día de quaresma.

6. Luego que venimos, a otro día se partió el doctor Tilia [3], y ansí el Padre rector [4] me dió cargo de la lición de lógica con otros officios, de los quales V. R. será auisado ya. Y ansí yo no diré nada. Los estudiantes que oyen esta lición, oyen también rhetórica y griego; y ansí me paresce que no haremos tan buenos lógicos en Praga como en Roma. Son en número cinco. Pienso que en Ingolstadio nos

---

[1] Waldmünchen vocatur hodie oppidum quoddam, quod est in finibus Bavariae, iter agentibus Ingolstadio Pragam.

[2] Gerardus Werdenus. *Lainii Monum.*, l. c., pag. 178.

[3] P. Joannes de Tilia. De hoc turbulento socio multa habentur apud Braunsberger, *Canisii epist.*, II, et *Lainii Monum.*, II.

[4] P. Ursmarus Goissonius.

an de hazer mucha uentaja en la escuela, aunque menor ciudad, si nuestro Señor no mueue estos bohemos.

7. Ocho días después que nosotros, vino el rey don Fernando [1] a Praga, y después de algunos días el rey Maximiliano [2], con los quales vinieron algunos españoles. Y aunque en la corte sean españoles confessores, todauía buena parte dellos son uenidos [a] a confessarse a nuestra yglesia, los quales e oýdo yo: entre ellos vno es el comendador Mesas, de la orden de Santyago, y del consejo del rey. Otro es el camarero mayor del rey, que se dize don Martín de Guzmán [3], el qual yo fuy a oýr a la arce (que es vna parte de la cibdad más fuerte y cathólica) en vna yglesia de monjas.

8. Vienen tanbién muchos italianos a la confessión, ansí de la corte, como de los que viuen en Praga, y tudes cos. Se confessó tanbién la muger del secretario Gámez, que es tudesca, y algunas otras mugeres.

9. Doy parte a V. R. desto en particular, aunque por letras del Padre rector lo sabrá más enteramente, porque me mandó que escriuiesse lo que me pareciesse de lo que se haze en este collegio y de las necessidades que tiene. El número sabrá V. R. por las suyas. De los confessados, yo solamente diré algunas particularidades que sé.

10. Bohemos, emos confessado pocos, y yo ninguno. Acaesció la semana de Lázaro que, queriendo comprar vn hierro para hazer hostias, el qual vendía vn fraile, enuió vn moço suyo para que nos enseñasse a hazerlas; el qual, siendo de más de diezyocho años, no se auía confessado sino generalmente, y comulgaua, y prometió de uenirse a confessar a nuestro collegio, y ansí lo hizo. Dezía no auerlo hecho antes, por no ser enseñado. Y desta manera es toda la gente simple. De dos, tres, quatro años an sido muchos

---

a *In marg. eadem manu:* Serán XX, más o menos.

---

1 Ferdinandus rex Romanorum.
2 Maximilianus rex Bohemiae.
3 Vide epist. sequentem.

por confessar, y gran parte de los italianos es desta manera; porque antes de agora no hallauan confessores italianos. Aunque perseueren en la fe, muchos comen carnes en días prohibidos. Sobre todo paresce esta dissensión del papa con el emperador causar escándalo en esta gente; y toda la affección, a lo que yo entiendo, es al emperador, y en menos crédito de lo que, fuera desta occasión, al papa tenían. [*Subjunguntur alia exempla.*]

11. Nuestra priessa a sido dende el martes de la semana santa, y no continua. Plega a nuestro Señor dar más mies en vna tanta ciudad y tan escabrosa.

12. Vna necessidad grande tiene este collegio (o por mejor dezir, que sin él [a] no se pueda hazer cosa ninguna), y es de vn sacerdote bohemo que pudiesse hablar con el pueblo, o predicando, o confessando para afficionar la gente, que aunque sea tan aduersa, no dexarían muchos de mouerse; lo que sin esto no se haze, porque, como tienen concebida mala opinión de nosotros, y no sienten hablar ninguno, praeter striodorem [*sic*] nihil faciunt.

13. El sábado de Lázaro y de Ramos, el doctor Enrriquo [1] tuuo conclusiones sobre la epístola ad Romanos, y se hallaron en ellas de los maestros de Praga, mas no quisieron argumentar, siendo rogados, ni hizieron mouimiento ninguno. Ambas vezes consumimos el tiempo disputando yo, que siempre comencé primero, y el doctor Nogueras, deán de Vienna [2], que venía disputando yo [b]. Se hizo bien por gracia de nuestro Señor. También en lógica el sábado de Ramos disputamos con nuestros discípulos.

14. Mañana tendrá maestro Gerardo vna oración en

---

[a] *Emend. ex* ella. —[b] *4 vv. praeced. in marg. eadem manu addita.*

---

[1] P. Henricus Blissemius, theologiae lector. Cf. *Lainii Monum.*, loc. cit., 277.

[2] Jacobus Gilbertus Nogueras, de quo cf. Braunsberger, *Canisii Epist.*, II, 77.

nuestra yglesia, y vn muchacho recitará algunos versos. Lo demás, de las otras letras sabrá V. R. De la casa diré vna palabra: que, aunque es grande, es incomodíssima por los muchos agujeros, por los quales, quasi a pie llano, se puede passar de las otras a ella, y della a las otras; y quasi estamos cercados de ventanas, a las quales hombres y mugeres quando quieren, nos consideran; lo que es peligroso.

15. Desseo, si a V. R. parescerá bien, y si ay occasión, con el P.e D. Canisio enuiasse algunos Agnus Dei y algunas Aue Marías; por ventura ayudarían [a], a lo menos para los ya conoscidos; y porque pienso, según se dize, que el rey Maximiliano con su muger vendrán a estar aquí, según algunos de los españoles que le siruen, dizen, porque se coronarán por reyes de Bohemia. Y ansí tendremos aquí quasi todos los españoles de Vienna. Plega a nuestro Señor succeda bien el negocio a gloria suya.

16. E oýdo dezir vna cosa a persona desta corte, que España da la obediencia a vn patriarcha. Yo aún no lo creo, porque no lo querría; y ansí pienso que o ay más mal que se suena, aunque se dize mucho, o que son muchas las mentiras [1]. Nuestro Señor prouea. Desta parte tanbién se espera que irá contra turcos.

No más, sino que me encomiendo a mí y todo este collegio y Praga en las oraciones de V. R. Nuestro Señor que es autor de la paz nos la dé, y componga tantos tumultos por su misericordia. De Praga, 18 de Abril de 1557.

Indigno sieruo y hijo de V. R. en el Señor,

HURTADO [2].

---

[a] *Hoc v. supra vers. eadem manu scriptum.*

---

[1] Hi falsi rumores orti fortasse fuerunt occasione belli inter Paulum IV et Hispaniae regem.

[2] In catalogo collegii tyrnaviensis initio anni 1565 scripto haec de epistolae auctore leguntur: P. Hurtadus Perez, hispanus, oppido Mula natus; Compluti cum philosophiae operam daret in Societatem venit

17. V. R. por amor de nuestro Señor nos enuíe alguna claridad sobre el estado de esta Bohemia; porque lo más que se excusan de su communión sub vtraque specie, que tienen licencia del concilio, y se hallan ciertas concessiones que se dizen compactata, hechas en el concilio basiliense y constanciense con ciertas conditiones, en que se les concedía la communión sub vtraque mientra por el concilio o pontífice no se determinaba otra cosa. Son algunos que dizen guardar la compactata, y que están dispuestos a lo que se ordenará; y estos no se tienen por husitas, mas dizen ser los husitas los que no guardan las conditiones de la compactata, y que esta compactata no es reuocada. No hallamos acá claridad alguna de reuocación ni de otra cosa por donde no valgan las condiciones dichas: y ansí no hay medio para conuencer cosa ninguna [1].

Inscriptio. † Jhs. Al muy Reu.do P. mío en X.o el P. M.o Ju.o Polanco de la Compañía de Jesús, en Roma.

Sigilli vestigium.

---

anno 1553 mense Julio; Romam missus paulo post, ubi cursum absoluit et annum unum theologiae studio operam dedit; factus sacerdos anno 1556. Deinde initio ingolstadiensis collegii collateralis rectori assignatus, et Ingolstadii confessarium et domesticum fratrum praeceptorem egit. Pragam post octo menses missus, praeter confesarium domesticum, curamque suscipiendi nouitios, dialecticam et chatechismum publice in schola aliquandiu docuit, tum ministrum ibidem anno non integro egit, postea in Oibin biennio fere superior nostrorum fuit; deinde Augustae et Viennae uariis rebus occupatus praesertim in scholae praefectura; nunc uero Tyrnauiae rectoris munus sustinet. Vota simplicia aedidit eodem quo ingresus est Societatem anno in festo assumptionis B. Virginis.» In codice *Austr. 122,* fol. 10.

[1] Responsionem habes in *Lainii Monum.*, II, 274 sqq.

41

N. N.

PRAGA 20 APRILIS 1557 [1].

1. *Martini de Guzman, nobilis hispani, pietas.*—2-4. *Alii viri primarii et nobiles matronae ad sacramenta confessionis et eucharistiae accedunt.*—5. *Fructus ex nostrorum laboribus suscepti.*—6-7. *De discretione qua opus est ad heterodoxos Christo lucrandos.*—8. *Oratio de Christi resurrectione habita, cui interest episcopus labacensis.*

1. Ihs. Pax Christi. R.do in Christo Padre [*sic*], Magister Joannes Polance. Pauca quorum iam recens est memoria, perscribam, ne cui litteras gestorum scribendi munus aliquando datur, per labilem memoriam committam, ut opera Dei non manifestentur.

Ad Domini igitur Jesu Christi gloriam certiorem facio T. P. hoc paschae tempore hic fassum esse dominum Gousman eiusque familiam, qui in hac curia secundus est a rege romanorum [2]. Is optime fecit, quum Christo et Christi Ecclesiae sanctae obediret, stato tempore confitendo, sed non minus exemplo uir in summo gradu eminentiae secularis potestatis conspicuus suos scilicet subditos ad uiam salutis inuitauit. Atque hoc est quod nudiustertius aut heri (ni fallor) quidam nobilis gallus (quam linguam ego ignoro) uisus est uelle a me rogare, num nos simus illi apud quos ille dominus Gousman non dubitauerit confiteri, multam aedificationem inde ad curiam uenisse, quantum coniicio ex signis, et postea ab aliis auditis indicare gestiens.

2. Quod iam secundo loco dicam non minori erit uolu-

---

[1] Ex originali (?) in codice *Histor. Soc. 170,* 1 fol., n. 18; prius 166; olim 171. Annus quo scripta est haec epistola, in ea obscure notatur, sed constat ex ejusdem excerptis, quae sunt in cod. *Germ. 185,* fol. 91, prius 317 et 187; ubi a tergo legitur «Pragae 20 Aprilis 1557». Idem habetur in altero transsumpto, fol. 195.

[2] Martinus de Guzman, cubicularius Ferdinandi I.

ptati. Dum Pragae commorantur rex romanorum, rex Bohemiae [1] et rex Hungariae, factum est, ut et ipse legatus venetus [2] hic adesset; atque ita primum gauisus, quod quotidie posset etiam Pragae in medio ciuitatis habere quotidie quatuor aut plures missas, et ecclesiae sacramenta et reliqua, non secus quam si in orbe plane christiano fuisset; tandem cum toto suo comitatu nostro Patri [3] confessus est, atque Christi corpus communicauit.

3. Tertio, idem perfecit secretarius regis [4] cum uxore et famulis et reliqua familia. Multi denique nobiles ex aula regis, hispani, itali, galli, flandri, germani. Inter germanos autem quaedam nobilis matrona, quae, cum tribus annis usa esset conuictu lutherani perditi cuiusdam conuictu [*sic*], tamen his diebus, omnino confirmata in fide catholica a doctore quodam hispano, decano viennensi [5], ad nos confessura, atque melius, si opus esset, instruenda, missa est: quam et repperimus aptam, quae statim communicaret; quod et fecit cum maximo nobilium uirorum, quibus eius salus curae erat, gaudio. Atque sic est Ecclesiae catholicae iam, et xianissimorum [*sic*] conuictui restituta.

4. Bohemorum quidem et incolarum pragensium pauci, sed inter eos nonnulli, qui, dum hactenus sub utraque specie Christum uellent, nunc ad communionem christianorum, scilicet sub una, redierunt; quos Pater Henricus [6] audiuit germanice confitentes. [*Locus de poenitentia.*] Confessi in summa fuerunt trecenti, plus minus.

5. Fructus autem quis fuerit hinc intelligi potest, quod plerique tota uita non fuissent confessi, quamuis iamdiu adulti; alii a septemdecim, alii a sex, alii a quatuor, alii a

---

[1] Maximilianus II.

[2] Is fuisse videtur Paulus Tiepolo. Cf. Alberi, *Relazioni degli Ambasciatori veneti al senato,* ser. 1.ª, III, 143 sqq.

[3] Rector collegii pragensis tunc temporis erat P. Ursmarus Goissonius.

[4] Idem forte qui in epistola praecedenti dicitur Gámez.

[5] Dr. Nogueras. Cf. praecedentem epist.

[6] P. Henricus Blissemius.

duobus. Pater confessarius Hurtadus [1], non solum hic, sed et in arce, confessiones audiuit. Nostram uero ecclesiam quamplurimi nobiles inuiserunt, et nos eleemosynis obruerunt inuitos, quod tamen nullo modo nisi sacristano darent ad templo nécessaria paranda; atque sic conuenimus, ut cogeremur templo accipere ab aliis quatuor daleros, ab aliis ducatum, ab aliis alia, ab hispanis uero candelas sepulchri sancti, etc.

6. De Bohemia uero, dum spirat, sperandum est. Aliqui seducti sunt, sed ita ut errores suos absque ulla dissimulatione statim prodant, adeo ut, non interrogatus, quidam heri ad me uenerit, et post prima verba, statim dixerit: de missa nihil credo, quia habemus libellos bohemicos, quibus habemus Syluestrum eam instituisse, alios kyrie eleyson, alios alia etc.; et ergo, inquit, est ex hominibus; quia Xus. dixit: Ite, praedicate [2], etc., et nunquam Xus. fecit missam, etc.; qui a me, non disputante sed admonente, exhortatus ut de morte et peccatis cogitaret et similia; tandem, cum suis iucunde abiit non procul a regnó Dei, nam sperabat se a nobis posse doceri. Si redeat, a Patribus et doctoribus nostris facilius iuuabitur. Reditürum autem speramus.

7. Eorum enim quaestiones a puero xiano. solui possent; sed tamen nobis a superiore iniunctum est, ne disputemus ullo modo, sed ad doctores aut sacerdotes adducamus ac inuitemus, aut dicamus ut redeant paulo post, etc. Et hoc obseruamus, ne, separantes nos ab obedientia, etiam nos eadem opera substrahamus a gratia. Nam sane hic, non tam opus est iam aliqua doctrina, quam discretione spirituali et gratia Dei et unctione. Hic sane opus est ambulare, sicubi alibi, per uiam Spiritus Sancti, cuius gratiam cum non simus habituri nisi obedientes perfecte, intelligunt fratres praecipuam suam spem in obedientia potius

---

[1] De eo vide epist. praeced.
[2] MARC., XVI, 15.

esse, quam studio aut aliis quae sine obedientia et actuali praesentia et motu Jesu Christi hic nihil prosunt et facile possent plurimum obesse.

8. Videt T. R. P. quam rem Deo gratam faciat qui in orationibus aut sacrificiis sanctis recordetur Patrum ac fratrum huius collegii, qui siqui alii experiuntur uerissimum esse, se plus pendere a Christi auxilio et actuali motu, quam in omnibus praesidiis, quae in nobis habemus naturae uel gratiae habitualis, etc.

9. Heri habita est oratio de resurrectione Domini grauissima, cui cum maxima auiditate et laetitia interfuerunt Pater ille noster episcopus labacensis [1], qui est confessarius regis, cancellarius Hungariae, praepositus pragensis [2], magister hospitalensis [3], canonici et sacerdotes arcis, nobiles filii baronum, et alii quamplurimi auditores; quibus etiam plane satisfecit carmen, quod ante orationem a quodam puerulo recitatum est.

Haec ex multis obiter P. T. scripsi, commmendans nos et nostra omnia, ut quae maxime, Paternitatis Tuae ac omnium Patrum, praesertim R. in X.° uicarii, P. M. Jacobi Laynez, Patris mei obseruandissimi [a] in Christo, qui nobis in terra repraesentat Patrem Ignatium, et omnium Patrum ac fratrum sacrificiis ac orationibus ex animo.

Praga e nostro collegio, XII Kalendas Maii 155[7].

---

[a] Jacobo Patri meo obseruandissimo *ms*.

---

[1] Urbanus Textor (Weber).

[2] Ita dicebatur praepositus ecclesiae praecipuae catholicorum pragensium, tunc Henricus Scribonius. Vide superius pag. 27, annot. 1.

[3] Antonius Brus (de Muglizt), magister Cruciferorum Pragae.

42

P. ANTONIUS BOUCLETUS

TORNACO 20 APRILIS 1557 [1].

1. *Litterarum tarditatis causae.*—2. *Nicolaus cambronensis in Societatem cooptatus.*—3. *Nova domus sociis tornacensibus comparatur.*—4. *De testamento P. Quintini.* -5. *De sacris ministeriis a nostris erga proximos exercitis.*—*Haereticorum in Societatem odium.*—6. *Varii nostratum amici et benefactores recensentur.*—7-8. *De Patribus Roma Tornacum mittendis et de subsidiis ad eosdem alendos praeparatis.*

1. † *Pax Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen. R.de in Christo Pater: Quia iubet sancta obedientia quadrimestres scribere, vt cognoscat fructum quem Deus per suos operari dignatur; has V. R. Part.ti mitto, vt cognita rei veritate, me dirigat in omnibus, et etiam nostram negligentiam reprehendat, qui tam piger et tardus fui, tum in vinea Domini laborando, tum etiam non solum quadrimestres, sed nec septimestres scribendo. Certum est nihilominus quod me impediuit aduersa valetudo, que aut infirmum aut languidum 4 vel 5 mensibus (post obitum Patrum tornacensium)* [2] *me quasi continue detinuit. Sed iam vtcumque conualui. Benedictus Deus. Sperabam etiam quod R. P. Petrus Ribadineira qui vtcumque negotium nostrum nouit, apud R. P. ro-*

---

[1] Ex autographo in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 90, 91; prius 82-84. Emendata a Polanco in annotationibus damus; deleta, litteris italicis notamus. Aliud exemplum post Polanci correctiones exscriptum exstat in eodem cod., ff. 88, 89. Est ibidem, ff. 128, 129, alia epistola quadrimestris ejusdem Boucleti, data die 27 Junii hujus anni. Nihil fere novi continet, nisi repetit quae in hac dixerat. Ideo eam omittemus, addentes tamen in annotationibus, sub hoc signo *B,* ea quae aliquid novi continere videantur. Responsum his epistolis datum vide in *Lainii Monum.,* II, 357.

[2] Alludit ad P. Bernardum Oliverium vita functum die 22 Augusti anni 1556, et P. Quintinum Charlat, vita functum die B. Mariae Magdalenae sacra (22 Julii), juxta plures; juxta alios vero, die 28 Julii ejusdem anni. Cf. Polancum, *Chron.,* VI, 474-475; Debuchy, *Le P. Bernard Olivier,* pag. 170.

manos ore proprio taciturnitatem suppleret. Idem expectabam a R.do P. Adriano Adriani. Ipsis enim statum nostrum et in infirmitate et post sepius litteris patefeci. Propterea de multis, que iam non occurrent, et de foelici transitu Patrum tornacensium, quibus vsque ad extremum anhelitum sacramenta ministrando adfui, causa breuitatis omitto.

2. Agimus *nunc* adhuc in domo consueta (que canonicorum est), Tornaci cum duobus fratribus [1]. Est mecum ad tempus quidam Mr. Nicolaus cambronensis, cui locuti sunt Pr. Petrus Ribadineira ante suum discessum et etiam Pr. Adrianus Adriani; hic factis apud nos exercitiis, Societati se adiunxit. Cupit ire Romam, vt notum est [a] Patribus predictis, sed cuperem differre donec rescribat R. V., nisi alia occasio aut commoditas se obtulerit.

3. Breui migraturi sumus in parochiam Sti. Iacobi, vbi frater *carnalis* pie memorie P. Bernardi est *proprius* pastor, in cuius ecclesia parochiali parata est nobis egregia capella, nostris exercitiis valde accommoda [2]. Preterea in eadem parochia habitat quedam nobilis domina comitissa de Ligne vidua, que nobis sepe confitetur cum tota familia sua, paucis exceptis, que etiam conducticiam domum nobis gratis parat, cum omni alio temporali subsidio. Imo si res exigeret, spero quod nobis libentius emeret. Dedit huius negotii commissionem cuidam nobili domino fautori nostro, vt id diligenter expediat ad nostram omnimodam commoditatem [3].

---

[a] *Add. supra vers. hoc v. eadem manu.*

---

[1] «Agimus nunc in parochia Sti. Iacobi, Tornaci, vbi proprius pastor est frater germanus pie memorie P. Bernardi Oliverii. Est mecum (cum alio laico famulo) magister Nicolaus de Cambrona.» *B.*

[2] Cf. annot. praeced.

[3] «Ista [comitissa de Ligne] conduxit nobis domum amplam et valde commodam iuxta ecclesiam nostre parochie... In ecclesia parochiali etiam habeo capellam egregiam, nostris satis conuenientem, in qua sacramenta fidelibus ministrare soleo.» *B.*

4. *Mensibus superioribus* [a] *cum aliis nostris exercitiis sepe occupatus fui circa executionem testamenti bone memorie P. Quintini, qui vnum ex executoribus suis me* [b] *constituit. Iam statim satis prosperum finem habemus* [c]. Remanet nostre Societati valde instructa et egregia bibliotheca, preterea ornamenta vnius sacelli, cum omnibus aliis suppellectilibus ad vnum collegium complendum requisitis. *Pecuniarum summe (omnibus satisfactis) pauce erunt. Spero tamen quod aliquid restabit.*

5. Quod ad alia nostra exercitia attinet, pauca omnino sunt, et vix relatu digna. *Volumus etiam saltem rationem generaliter reddere.* Exercemus nos more solito nostre Societatis, scilicet sacramenta sancte penitentie et communionis ministrando; in maiori enim ecclesia (quadragesima transacta) quotidie confessiones audiui. Preterea infirmos tam in corpore quam in anima, tam in carceribus diuersis quam extra, visitando, et eorum confessiones audiendo; aliquando etiam, sed rarius, in diuersis monasteriis concionando; spirituali consolatione, nunc hos, nunc illos, in vrbe et extra vrbem reficiendo; spirituales plantas irrigando; ex hac misera vita proficiscentes, vt in Domino moriantur, iuuando; paces componendo. *Hiis* ali*is* simili*bus* exerciti*is* me continue (quantum tenuitas mea patitur) occupatum tene*o* [d]. Saepe doleo quod non possum plus prestare: messis multa, operarii pauci [1]. Confluunt ad me sepius pro consilio et spirituali auxilio, sed non possum solus, imo nec sex simul possent omnibus satisfacere. Verum quia virtus vnita crescit, totis animi desideriis a Domino Deo et a sancta obedientia postulo vt nobis mittat nouos Quintinos et nouos Bernardos, hoc est veros operarios in vineam suam desertissi-

---

[a] *Hoc v. addit. supra vers. eadem manu.* —[b] *Hoc v. addit supra vers. eadem manu.* —[c] Ex testamento Pris. Quintini, piae mem. —[d] Haec et alia similia exercitia... tenent.

---

[1] MATTH., IX, 37.

mam. Singularis ferus [a] in dies magis depascit eam [1], quia veri operarii apud nos deficiunt. Vix inuenitur inter nos qui ruinas Ecclesie serio defleat. Sane nisi Dominus sua misericordia nos respiciat mittendo operarios veros, timendum est tandem ne [b] heretici (sicut Christum Deum viuum et verum in [c] nostra ecclesia pedibus conculcauerunt et abiecerunt [2], sic et fideles e nostro Tornaco ante paucos annos expellant: qui de nobis etiam (vt mihi ab aliis relatum est) dicunt: vbi est Deus eorum? [3] ecce quomodo illa Societas ihesuitica euanescit. Si opus a Deo fuisset, vtique creuissent, et permansissent. *Imo ipsemet Deus flagello suo expulit eos.* Malum nobis [d] volunt aduersarii, sed Dominus omnia vertet in bonum, velut in omnibus magis quam antea perspicio; nam cum morte nostrorum Patrum creuit Societatis desiderium.

6. Iam plures benefactores et fautores suum promptum animum ostendunt quam viuentibus ipsis [4], velut littere *commendatitie* V. R. cum istis misse *testantur. Obtinui etiam auxilio Domini litteras* ab istis piis dominis pro collegio Tornaci erigendo [e]. Primus est dominus prothonotarius de Bredam (vocatus *a Burgundia* Petrus a Burgundia), canonicus *est* maioris ecclesiae tornacensis, licet ipse episcopatum contempsit. Vir nobilis, pius et doctissimus simul. Hic solus [f] posset nos promouere et collegium erigere: tantum *mihi* [g] cupit prestare, quantum vnquam pie memorie P. Quintinus, excepto quod seipsum nundum obtulit; video tamen in ipso bonam voluntatem et desiderium ali-

---

[a] singularis enim ferus. — [b] *hoc v. add. supra vers. eadem manu.* —[c] in sacramento in. —[d] Male quidem nobis. — [e] erigendo testantur. —[f] (vtpote imperatoris consanguineus). —[g] nobis.

---

[1] Ps. LXXIX, 14.

[2] Cf. Polanci *Chron.*, V, 303.

[3] Cf. Ps. XL, 4 et 11.

[4] «Multi canonici, multi pastores, multi nobiles et plures mercatores mihi suam beneuolentiam continue ostendunt, sicut etiam littere duorum cum nostris misse testantur.» *B.*

quid in futurum portendens [a]. Quando vocatur a nobilibus et ab episcopis ihesuita, respondet: non sum adhuc satis bonus: vellem me tandem, inquit, futurum [b] idoneum.

En etiam litteras magni balliui, hoc est presidis totius prouincie tornacensis, qui mihi promisit quicquid poterit; qui etiam cupit plures concionatores de nostris in suam tutelam suscipere. Vir etiam multum nobilis, sed et [c] magis pius.

Item litteras domini D. Croix, qui filium suum vnicum nostris vult tradere erudiendum. Similiter dominus officialis reuerendissimi nostri, habita opportunitate, litteras super hoc negotio etiam mittet [1]. Sed quid efficiunt tante littere? Posset fieri quod V. R. parui faciet verba multa, vbi nullus effectus apparet, vbi non sunt firma fundamenta; certum est; sed omnia perfecta habuerunt principia [d]. In omnibus bene spero; imo magis quam *promissiones* ex litteris colligi potest. Faciet Dominus voluntatem timentium et clamantium ad se; qui dedit hiis omnibus velle et desiderare, dabit etiam impetrare et perficere [2].

7. Quantum ad numerum mittendorum Patrum, hoc iudicio V. R. committitur. Supradicti domini cuperent completum numerum pro vno collegio [3]. Habebamus in nostra instructione, cum Roma reuertebamur in Flandriam, quod

[a] *Emend. ex* portendentem. —[b] fore. —[c] *Hoc v. supra vers. eadem manu.* —[d] sua principia.

[1] Epistolae ballivi tornacensis et domini de Croix editae sunt in *Lainii Monum.*, II, 233 sqq. Lainii responsa inveniuntur ibid., 361 sqq. Eas prius ediderat DELPLACE in opere *Le protestantisme et la Compagnie de Jésus a Tournai au XVIe siècle*, 61 sqq. De officiali reverendissimi tornacensis addit *B:* «voluit nos alere in domo sua, sed propter libertatem in exercitiis nostris, nolui: vix est alius cui negotia nostri ita sint cordi sicut ipsi.»

[2] Cf. Ps. CXLIV, 19, et PHILIPP., II, 13.

[3] «Quantum ad numerum mittendorum rescripsi Rdo. Petro Ribadineira quod sentio: cuperent omnes amici iam completum collegium. Rescripsi igitur predicto Patri de istis, scilicet, de prouisione, de habitatione, de viatico. In similibus nulla erit difficultas.» *B.*

non esset facienda mentio de collegiis erigendis, apud P. romanos, nisi prius adesset commoditas domus, ecclesie et relique necessarie prouisionis ad intertentionem 14 personarum. Fundationes annuas immobiles, et firmos fundos nundum habemus, nisi vt supra dixi de domo, capella et huiusmodi. Sed materia est apud nos maxime disposita. Si venirent decem simul, de prouisione, habitatione, viatico, et aliis necessariis, nulla erit in similibus penuria, nulla obtinendi difficultas. Patrimoniolum nostrum, quod ad 50 vel 60 scuta annua ascendit, paratus sum ad pedes sancte obedientie offerre *quando ei placebit;* sed hec quid sunt inter tantos? [1] Vt tandem concludam, *quantum ad mittendos Patres, mihi videtur (submittendo me in omnibus) quod* in primis optimum esset mittere aliquot egregios concionatores, et quanto plures fuerint, tanto melius erit; scio quod in aduentum eorum tota commouebitur ciuitas [2]. Imo ipsi heretici auidius audiunt nostros quam omnes *alios cucullatos* [a]. Interim magis accingerentur omnes ad procedendum vlterius et inflammarentur ad promouendum negotium, considerantes promptitudinem et sedulitatem romanorum Patrum, mittendo nobis auxilium. Interim etiam considerarem processum istarum nostrarum rerum, et quid senatus (cui breui supplicationem offeremus) nobis fauoris prestabit. Foelicem exitum ab eis expecto, vbi caput omnium dominus Torquiniensis, qui nunc V. R. litteras misit, consensum suum eis ostendet.

8. Officialis etiam reuerendissimi nostri tornacensis cupit omnia sua exponere, vt mihi pluries dixit, vt negotium no-

---

[a] quam reliquos omnes relligiosos.

---

[1] Joann., VI, 9.

[2] «Quantum igitur mihi videtur, bonum esset mittere ante omnia concionatores egregios 3.s aut 4.r, et potius sex simul: tanto plures, eo melius. Interim consideraremus processum negotiorum. Multi (non dubito) ostendent affectum suum vbi viderint fructum exurgentem. Tunc rescribam ad rem magis certam.» *B.*

strum promoueatur. *Scribere etiam decreuerat, sed propter aliqua impedimenta in aliud tempus distulit.*

Hec sunt R. Pater, que *circa nos aguntur et que* scribenda nunc occurrunt. Imperfectum meum viderunt oculi [a]; sed in libro non scribentur [1]: excusationem nullam pretendo, sed directionem Patris cupio. Interim valeat P.tas Tua, cuius precibus et sanctis sacrificiis atque totius nostre Societatis me et omnes amicos et benefactores nostros in Domino commendo. Tornaci 20 Aprilis 1557.

V. R. servus inutilis,

ANTHONIUS BOUCLETUS [2].

De Tornai.

Inscriptio. Reuerendo in Christo Patri magistro Jacobo Lainez, vicario generali Societatis nominis Ihesu. Romae.

Sigilli vestigium.

43

P. FRANCISCUS COSTERUS

COLONIA 21 APRILIS 1557 [3].

1. *Omnes socii colonienses in scientia et pietate progrediuntur.—Convictorum numerus augetur.*—2-3. *De scholis et lectionibus philosophiae et theologiae.*—4. *Studiosi nostri crebra sacramentorum susceptione in spiritu proficiunt.—Aliqui Societatem ingredi cupiunt.*—5. *Cives erga Societatem melius in dies afficiuntur.*—6. *De studiis theologicis Coloniae instaurandis.*—7. *De collegii trevirensis fundatione cogitant amici nostri.*

1. † JHS. Pax Chri., etc. Reuerende in Christo Pater. Tempus admonet ut praeteriti mensis R. uestrae rationem

[a] oculi vestri.

[1] Cf. Ps. CXXXVIII, 16.

[2] De epistolae auctore cf. POLANCUM, loc. cit., III, 283.

[3] Ex autographo in codice *Germ. 185*, 1 fol., n. 93; prius 171, 172. Duo alia exempla exscripta post correctiones exstant in eodem codice, ff. 17-18; et 106.

reddamus, ac ea, quae per inutiles seruos suos operari dignatus est apud colonienses benignus Dominus, perstringamus paucis. Et ut a domesticis negociis exordiar, omnes, cum in scientia, tum in pietate, maximum progressum faciunt, ac in quotidianis exercitiis pergunt. Conuictorum numerus in dies augetur, plurimique bono hoc nostri collegii nomine, quod Coloniae diuulgatum est, permoti, et suos et aliorum liberos nostris adiungere proponunt, de qua etiam re M. Joannem Rethlium conuenerunt. Plurimi quoque ad nostras scholas confluunt, confluerentque plures, nisi iam in aliis collegiis nomen dedissent. Post pascha tamen, cum undique ex triuialibus ludis literareis ad academias studiosi conueniunt, non dubitamus quam plurimos et solito longe plures ad nos uenturos. Sparsus est quippe bonus odor gymnasii huius non per Coloniam modo, sed per uicinas et finitimas scholas triuiales.

2. De lectionibus non est quod scribam, nam illae *proxime* [a] *ob recentes* (?) [b] immutabuntur in philosophia potissimum, in qua plura quidem legerentur, nisi operariorum penuria laboraremus. Ego enim solus sum qui etiam hactenus Genesim explicaui, sat magno (ut ex studiosorum concursu coniicere potui) auditorum fauore [1]. Huic tamen breui, fauente Domino, finem impositurus sum. Verum libro illo finito, D. Gropperus [2] alium me uult aggredi, ut in theologica lectione perseueremus. Per has enim lectiones dicit theologos permotos ad simile quid [c] praestandum, totumque hoc studium pristino suo uigori restituendum.

3. M. Henricus [3] quoque, praeter Psalterii enarrationem, quam summo cum applausu, aemulorum etiam nostrorum, facit, praeterque conciones solitas diebus domi-

---

[a] *Lectio dubia. Non apparet utrum* pe. *an* po. *in ms. legi debeat.* —[b] breui. —[c] *Hoc v. supra vers. eadem manu additum.*

---

[1] Vide superius, pag. 45.

[2] Dr. Joannes Gropperus. Vide pag. 2, annot. 1.

[3] Henricus Dionysius.

nicis et festiuis pomeridiano tempore interpretatur in collegio nostro catechismum P. Canisii; sabbatinis quoque diebus, sequentis diei euangelium et epistolam [a], quo fit ut ille quotidie in theologia legere nequeat. Omitto quod domestica cura eius humeris incumbat.

4. Studiosi nostri assuescunt crebris confessionibus et frequenti communione se Deo conciliare. Sacrum quotidie in templo uicino frequentant, ac inter eos multi summis uotis desiderant in Societatem admitti, quos tamen partim ob discessum R. P. Leonardi [1], partim ut aliquod tanti sui desiderii specimen edant, iussimus expectare.

5. *Adque id* [b] *quod ad domesticos attinet. Sed ut et ad alios ueniamus*, primates omnes fauent nobis, laudant studium et desiderium, hortantur ne a coepto opere facile desistamus; interdum etiam in conuiuiis, cum iis adsunt, quos aemulos putant, nostrorum diligentiam miris modis commendant, ut alii etiam tacere cogantur.

6. Dominus Gropperus ualde instat, tum apud vniuersitatem, tum apud senatum de restituenda pene collapsa uniuersitate, ac potissimum theologico studio, ac tantum apud hos profecit, ut iam multi canonicatus uariarum facultatum professoribus destinati sint, quo fiet ut theologia plures quam octo professores sit habitura, atque aliae similiter facultates singulae quamplurimos. Senatus iam ad multa in hac parte se obligauit, et optime erga studia et catholicam religionem affectus est, ut ante multa tempora nunquam melius. Sollicitant magnates omnes, vt habeant theologos; illi enim si desint, actum esse de catholica religione. Dominus Deus benedictus sit, qui hac tam tribulata tempestate nonnullos excitat, qui uero zelo gloriam Dei quaerunt. Multum existimo facere colonienses martyres in vera fide

---

[a] *Haec 2 vv. supra vers. eadem manu scripta.* —[b] *Hoc v. supra vers. eadem manu.*

---

[1] P. Leonardus Kesselius, qui Romam ad comitia profectus fuerat. Vide pag. 139, annot. 2.

Coloniae nostrae seruanda, quae hactenus post semel receptam fidem perseuerat *in fide* stabilis.

7. Adfuit his diebus ex Confluentia charthusianus: is nobis retulit episcopum treuerensem [1] desiderare summopere ut Treueris collegium Societatis erigatur, uerum cum [a] id primo quidem difficillime fieri possit [b], petit ut eo vnus tantummodo atque alter mittatur, quorum alter concionibus populum instruere possit. Orabat charthusianus ille, ut nos pro hoc negocio apud V. R. intercederemus. Respondimus facilius id impetrari posse, si ipsemet Rmus. episcopus elector, uel suo nomine aliquis id peteret, nos tamen interim R. V.ae significaturos, quod ab eo intellexerimus. *Curabit igitur ille; atque* qui hoc *procurant* [?] [c] sunt imprimis charthusiani Confluentiae, D. Barthomaeus [d] Lathomus, consiliarius episcopi [e], decanus Confluentiae, et cancellarius episcopi treuerensis. Prosperum faciat Dominus eorum conatum, ea enim ciuitas simplicem habet populum et qui facile, nisi operarii desiderarentur, in pietate conseruari possit [2]. His paucis ualeat V. R. quam una cum Patribus ac fratribus omnibus salutant M. Henricus Dionysius, *M. Joannes Rethtius, Henricus dionantensis, Petrus* [3], *et Franciscus Hemerolus, ego quoque et caeteri omnes. Cupimus etiam plurimum salutari R. Prem. Leonardum, si aduenerit* [f]. Coloniae 21 Aprilis anno 1557.

R. P. V. indignus seruus,

Franciscus Costerus, mechliniensis [g] [4].

---

a *Hoc v. eadem manu supra vers. additum.* — b *Emend. ex* poterit. — c curant. — d et D. Barthomaeus. — e *Haec 2 vv. supra vers. eadem manu.* — f etc. — g Quae sequuntur usque ad finem autographa sunt P. Hezii.

---

1 Joannes de Petra (von der Leyen).

2 Collegii trevirensis initia anno tandem 1560 habita sunt. Cf. *Lainii Monum.*, V, 167, 201, 333, etc.

3 Petrus Haupt.

4 De epistolae auctore haec leguntur in catalogo provinciae Rheni mensis Januarii 1565: «Il P. Francesco Costero nato in Mechlinia in Bra-

De rebus nostris louaniensibus iam ante scripsi per bruxellenses et etiam per D. Castiliam, quod P. V. iam accepisse spero. Spe viuimus et patienter finem expectamus. Louanii ipso inuentionis S. Crucis. 1557.

V. P. seruus indignus,

ARNOLDUS HEZIUS.

Inscriptio. † Reuerendo in Christo Patri Magistro Jacobo Laynez, vicario generali Societatis Iesu, apud Stum. Marcum. Romae.

Manet sigillum nominis Jesu.

Polanci manu... emend.

44

P. LAURENTIUS CAVALERIUS

TIBURE 24 APRILIS 1557 [1].

1-5. *Quaenam ac quanta passi fuerint cives tiburtini ex militibus describitur.* —**6-8**. *Inde difficilis admodum evasit sacrorum ministeriorum praxis.—Erga aegrotantes praesertim nostratum opera exercetur.* — **9**. *Pax inter dissidentes composita est.*— **10**. *Scholae exercitia, propter bellum intermissa, postea restaurantur.—Magistri singulis classibus praepositi recensentur.*

1. † Ihus. Pax Xi., etc. Rationem eorum, quae per octo menses in hac Domini vinea excolenda egeramus, Rde. in X.º Pater, erat in animo preterire, nisi admoniti, morem,

---

bantia; è nel anno del'età suo di 33; è admesso alle probationi della Compagnia in Colonia nel anno del 1552; di là mandato in Roma, doue ha fatto li voti di scholari; doue hauendo studiato per anni tre, è rimandato a Colonia, doue è fatto dottor in theologia; [fece la professione] alli 10 del Decembre del 1564 in Louanio nelli mani del R. P. Euerardo Mercuriano, preposito prouinciale della bass' Almagna. In Colonia lege la theologia et consiliario del superintendente, et magistro delli nouitii». In cod. *Rhen. inf. 37*, fol. 1 v. Verba quae inter uncos addidimus, videntur necessaria ad sensum perficiendum. Ceterum in catalogo ponitur inter professos 4 votorum.

[1] Ex autographo in codice *Rom. 126 A,* 2 ff., nn. 33, 34; prius 26, 27; olim 32, 33.

immo praeceptum de quadrimestribus [a] conscribendis seruare cogeremur. Siquidem a mense Augusti miseri hi ciues, que ac quanta passi sint ab importunis militibus eorumque praepositis, longum et miserabile esset singula recensere [1].

2. Primo, diu occupati sunt in conficiendis erigendisque aggeribus ac propugnaculis: superuenientibus interea vindemiis, detinebantur ne egrederentur ad fructus et vina colligenda, vt bona pars eorum amissa sit. Inde aduenientibus cesarianis militibus, locustarum in morem se effundentes in campos, in vineas, in hortos, extemplo fere fructus multorum milium aureorum absumpti sunt; nec satis fuit hoc; quin, his abeuntibus, succedentibusque ecclesiasticis militibus, nec ab arboribus et vitibus [b] ipsis succidendis abstinuerunt.

3. Taceo que domi passi sunt, longe miserabiliora; nam preda eorum veluti essent, que miseris filiis parauerant, milites vi, fraude, furtibus, sibi diripiebant, ac insuper cogebantur etiam qui olim stipem sibi filiisque emendicare solebant, foenum aequitibus emere, quando nisi magno pretio inueniri non poterat. Cubitabant miseri humi in stabulis, uel in aliquo incommodiori loco, coacti lectos et commodiora loca domus linquere militibus, quorum inhumaniores vix credo inueniri.

4. Pretereo plurimarum domorum parietes tantum relictos, trabibus asseribusque combustis, vix aliquas reliquerunt portas quas non item igni tradiderint.

5. Omitto saepe abducta iumenta, abductos saepius ab aratris boues, depredatos greges, et, ne longius abeam, quanta passi sint, vel ex hoc coniicere potest R. P. T. quod vix sit domus in qua non aliquis sit infirmus, cum in multis

---

[a] quadrimestris *ms.* —[b] vitis *ms.*

---

[1] Bellum eo tempore gerebatur inter summum pontificem Paulum IV et regem Hispaniae. Cf. Polancum, *Chon.*, VI, 57 sqq.

tres, quatuor, uel etiam quinque simul aliquando decumbant infirmitatibus haud leuioribus; quandoquidem quotidie pene quatuor uel quinque, aliquando etiam septem suum obeunt diem.

6. Quid putas, R. P., potuerimus aggere, ciuibus ita distractis, perturbatis, vexatis ac pene oppressis? Maxime cum per multum temporis nec templum aperire licuerit, nemine cesarianis militibus communicare audente? Et primis quidem mensibus, quos singulis dominicis diebus diuina frequentare sacramenta institueramus (erant autem supra 30), detinuimus in officio; sed ingrauescentibus malis, veluti filii Israël non acquiescebant Moysi propter angustiam spiritus et opus durissimum, quod, iniquo Pharaone addente laborem labori, explere cogebantur [1]; ita et isti vix admittebant verba quibus ad patientiam hortabantur; nam frequentare sacramenta vix aliqui potuissent, tum ne domos uel in ipsis domibus solas inter milites mulieres dimitterent, tum etiam vt illis essent obsequio, quando etiam seruire illis cogebantur. Fuerunt tamen aliqui, licet paucissimi, qui nunquam uel raro omiserunt dominicis diebus, post suorum peccatorum confessionem, sacram eucharistiam percipere.

7. Doctrinam xnam. et sermonem super euangelium dominicis diebus a prandio in nostro templo haberi solitum, sed premissis de causis iam omissum, initio huius quadragesimae resumpsimus; sed, ob meam minus prosperam valetudinem, a dominica de passione continuare nequiuimus; sed iam post octauam paschae pergemus, Deo annuente [a], nostrum institutum prosequi.

8. Interea inter tot mala, preter consolationem quam conati sumus adferre ita misere vexatis, tum illos hortando vt patienter ferrent, tum magistratibus commendando,

---

[a] *Haec 2 vv. supra vers. eadem manu scripta.*

---

[1] Cf. EXOD., V, 5 sqq.

ac omni quo potuimus modo iuuando, plurimas egrotantium confessiones, presertim exacto iam atque presenti mense, et in senodochiis et priuatis domibus audiuimus; paucas autem eorum qui recta valetudine vtebantur; vix enim sexaginta confessos puto in tota hac vrbe elapsa quadragesima; vltimo siquidem eius die milites discesserunt.

9. Pax inter aliquos dissidentes composita est, precipue inter aliquos qui acceptis hinc inde vulneribus, duobus annis frustra per multos tentatum fuerat eos in amicitiam reuocare. Item alterius qui propter accepta vulnera aduersus quatuor per annos quinque inimicitias exercuerat, frustra plurimis dominis et capitaneis (vt uocant) istic in vrbe atque alibi, item hic religiosis et amicis has inimicitias et odia componere conantibus; siquidem qui acceperat iniuriam, obfirmatissimo animo ad vindictam, vix de ea re verba audire patiebatur; donec tandem auditum esset ab eo suos inimicos quodam in loco non longe a domo sua esse, quare indutis armis, sumpto secum tormento, aggreditur illos, armatos quidem, sed nihil tale suspicantes; tormentum in vnum illorum, quem magis exosum habebat, conatur exonerare [a], sed ignem e lapide excutere nequit, quare educit gladium, illumque percutit, sed nullam infert noxam (puto enim illum thorace munitum); interea qui ex aduerso erant inimici, hoc animaduertentes, aggrediuntur illum, vnusque illorum, tormento quod manibus gestabat in eum exonerato, ipsum in stomacho vulnerauit, frustra quibusdam militibus eum defendere conantibus; atque ita domum reduxerunt. Vbi, adiens illum, eiusque audiens confessionem, animo tam libero ab omni perturbatione, inimicos in amicitiam recepit, pacemque, notariis excipientibus, dedit; vt vere fuerit mutatio dextere excelsi; nec parum admiratus sum videns hominem paulo ante tam impatientem iniuriae, tam cupidum vindictae, tam mitem extemplo factum

[a] *Hoc v. supra versum ead. manu*

vt similem nunquam viderim; non enim ex timore mortis hoc agebat, sed ex vera poenitentia et agnitione sui erroris, non aliud facturus etiam si certo scisset se victurum. Vixit per decem aut paulo plures dies post haec, et acceptis omnibus Ecclesiae sacramentis, laudabili fine excessit ex viuis.

10. Scholae exercitia bis intermissa fuere, militibus occupantibus classes scholasticorum: reliquo tempore omni vsi sunt diligentia, qui praeerant illis, praeceptores: magister Stephanus [1] bo. me. (qui iam optime suum claudens finem, ut speramus, fructu sui laboris suaeque sollicitudinis fruitur) his qui latinis literis nauabant operam; qui etiam sub ipso haud parum profecerunt; huic suffectus, frater Suetonius Crescentius, nuper a R. P. T. huc missus, optime satisfacit. Pr. Petrus [2] elementariis praeest, cui et frater Antoninus [3] est auxilio. Hic etiam parandorum ciborum curam habet, vir simplex et laboris patientissimus. Curant item hi praeceptores vt pueri xnam. doctrinam memoriae mandent. Frater Antonius [4] curat quae victui necessaria sunt comparare, idque diligentissime exequitur, non omittens inter haec per occasionem quosque admonere vt, in melius mutatis moribus, diuina sacramenta confessionis et eucharistiae frequentare addiscant; ex quo non parum fructus Domino colligi, omnes in moribus proficere, magisque proficiendi desiderio [a] inardescere, sentio.

[*Meliora in posterum sperat precesque postulat.*]

Valeat R. P. T. in Domino foelicissime. Tibure octauo Cal. Maii 1557.

R. P. T. indignus seruus,

LAURENTIUS CAUALERIUS [5].

---

[a] *Hoc v. eadem manu supra vers. additum.*

---

[1] Stephanus Casanova. POLANCUS, loc. cit., pag. 56.

[2] P. Petrus Pradene. Ibid.

[3] Antoninus de Henricis. Ibid., pag. 60.

[4] Antonius de Robore. Ibid.

[5] Collegii rector. Cf. *Lainii Monum.,* II, 629.

Inscriptio. † Rdo. in X.° Pri M.° Jacobo Laynez, vicario generali Societatis Iesu. Rome.

45

P. PETRUS DOMENECCUS

VALLISOLETO 27 APRILIS 1557 [1].

1. *Sacra ministeria, tum in nostro templo, tum alibi, cum fructu exercentur.*—2. *Clerici nonnulli, cum Societatis dedecore, ad eam se pertinere fingunt.*—3. *Studia philosophiae et theologiae prospere progrediuntur.*

1. † Jhs. Muy Rdo. Padre nuestro en X.° Pax X.i Los sólitos exercitios de la Compañía, bendito Dios, en esta casa se prossiguen con mucho augmento, assí en la freqüentia de los sacramentos, que es mucha, en nuestra iglesia, como en ir a confessar enfermos y ayudarles a morir: para lo qual somos llamados tan a menudo, que algunas vezes los que aquí estamos, no podemos acudir a todas las partes a donde somos llamados. También las pláticas de la doctrina cristiana se prossiguen en nuestra iglesia con el sólito concurso de gente.

2. La Compañía, bendito Dios, en estas partes, quando más va, es más conocida y tenida en más; en tanto que lo que agora más nos fatiga, son algunos clérigos que van por estas aldeas alrededor de Valladolid, diziendo que son de la Compañía para que les den crédito, y bajo deste nombre hazen muchas burlas. Estoy sperando al P.e Francisco [2], para comunicárselo y ver qué se a de hazer en este caso.

3. Los estudios assí de artes como theología van adelante con mucha diligencia, assí en tener conclusiones, como en todo lo demás que es menester; y porque en la quadrimestre se scriue esto a V. P. más largo [3], no ay por

---

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 1 fol., n. 93; prius 160.

[2] P. Franciscus Borgia, commissarius.

[3] Has litteras quadrimestres invenire non valuimus.

qué yo en ello me detenga más; y assí cesso encomendándome mucho en las oraciones y sanctos sacrificios de V. P. De Valladolid a 27 de Abril 1557.

De. V. P. indigno hijo y sieruo en X.º,

Doménech [1].

Inscriptio. † Al muy Rdo. Padre nuestro en X.º el Padre M.º Laýnez, viccario general de la Compañía de Jesús. Donde estuuiere.

46

P. DIDACUS CARRILLO

COMPLUTO 28 APRILIS 1557 [2].

1. *Fratris Henao obitus.*—2. *P. Villanueva gravi morbo laborat.—Multi vita functi; multi alii ad Societatem admissi.*—3. *Antonius de Vivero hanc epistolam Romam perferet.*

1. † Ihs. Muy Rdo. en X.º Padre nuestro. Pax X.ⁱ Después de la quadrimestre de Henero [3], tengo escrito por tres vías al Padre Polanco, de todo lo que por acá passa; y por tanto en ésta no seré tan largo como en las quadrimestres se suele ser. Demás de lo escrito en las passadas, ha sido el Señor servido de llevarnos esta quaresma al hermano [H]enao [a] [4], el qual murió en Ávila en casa de su tío, el mastrescuela de aquella yglesia, el domingo de ramos.

2. Tenemos también al P.ᵉ Villanueva [5] aquí muy enfermo y muy al cabo, porque demás de ser su enfermedad

---

[a] *Abscissa charta.*

---

[1] Vide superius pag. 124, annot. 2.

[2] Ex originali in codice *Hisp.* 95, 2 ff., n. 94, 95; prius 337.

[3] Vide supra, pag. 77.

[4] Alphonsus Henao, de quo vide Polancum, *Chron.*, II, 101.

[5] P. Franciscus de Villanueva. De ejus morte vide inferius epistolam ejusdem Carrillo diei 20 Maji.

vna calentura continua, está muy quebrantado y muy enfermo del hígado; y sobre todo esso no puede dormir.

Viendo la prissa que el Señor se ha dado este año a sacar fruta desta su viña, no podemos dexar de pensar que vn tan maduro razimo como este, no le dexará mucho por acá. V. P., como quien entiende la necessidad que de tal Padre tenemos por acá, le mande encomendar a Dios a él y a nosotros, para que sepamos aprovecharnos dél, bibo o muerto, como más su divina magestad le quisiere. Confiamos en el Señor le agrada la fruta que desta nuestra Compañía lleba, pues por otra parte provee de tantos, que en este invierno, después que el Padre Francisco vino aquí, han entrado deziseis, vnos maestros, otros licenciados, otros clérigos y otros officiales. Y lo que ha sido aquí primero, vn cavallero, hijo del adelantado de Castilla, que se llama don Pedro Manrrique, el qual se fué con el P.e Francisco, determinado a ser de la Compañía; y ansí dexó dispuesto de su hazienda, avnque después acá no hemos sabido dél: es bachiller en artes, de la cámara del cardenal de Toledo [1], muy su querido, que le tenía aquí a estudiar, y muy valeroso en lo que hasta aquí tratava, y esperamos que valdrá más en lo que agora con la gracia del Señor tratará [2].

Los demás Padres y hermanos deste collegio estamos buenos, gloria al Señor, si no es vno o dos que andan achacosos. Todos nos encomendamos en las oraciones de Vra. P. y de los más Padres y hermanos dessa casa y collegio.

3. El señor don Antonio de Bibero, hermano del señor don Jerónimo [3], que esté en gloria, es el que a V. P. le

[1] Joannes Martinez Siliceus.

[2] Propositum ingrediendi Societatem hoc tempore non perfecit Petrus; sed anno 1573 in eam admissus, in eadem obiit anno 1577. Cf. ALCAZAR, *Chrono-historia*, I, part. II, ann. 1573, cap. I, et ann. 1577, cap. II.

[3] Hieronymus de Vivero collegii complutensis fautor, et aliquandiu incola, etsi non jesuita. Cf. POLANCUM, loc. cit., II, 644; VI, 590.

dará ésta, y le sabrá bien informar de todo lo que en ella se dize, y por tanto no diré más. El Señor por su clemencia nos dé a todos a sentir su santísima voluntad, y gracia para que ansí sentida la cumplamos. Amén. De Alcalá 28 de Abril de 1557.

D. V. P. el mínimo y muy indigno hijo en el Señor,

†

DIEGO CARRILLO [1].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Chro. Padre nuestro, el Padre M.º Laínez, vicario general de la Compañía de Jesús. Roma.

47

P. JOANNES GESTI

BARCINONE 29 APRILIS 1557 [2]

1-2. *De abbate Domenecco.—Frater Joannes Bta. Ribera Romam petit.*—3. *De quodam negotio archidiaconi Camps.*—4. *P. Govierno conciones quadragesimales magno animarum proventu habuit. Episcopi erga Societatem benevolentia.*—5-9. *De variis ministeriis, quibus nostrates operam navant.*

1. † Ihs. Muy Rdo. Padre en Chro. Pax Chri., etc. A 23 del mes passado escriuí a V. P., y pienso haurán ydo las cartas por las galeras. Después a los 29 recebimos las de 30 de Henero con las copias de nueuas, que se han imbiado a las otras casas de la prouincia, como se mandaua.

2. Al señor abad Doménec [3] comuniqué lo que para él se escriuía, el qual respondió que ya lo hauía proueýdo, y después dió otras cartas para Génoua, que van por el hermano Joán Baptista [4] con las galeras, con el qual será más largamente informado V. P. de las cosas del dicho abad,

---

[1] Vide superius pag. 80, annot. 2.

[2] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 1 fol., n. 96; prius 201.

[3] Petrus Domeneccus, abbas de Vilabertran, saepius in POLANCI *Chron.* laudatus.

[4] Frater Joannes Bta. Ribera. Cf. *S. Franc. Borgia,* III, 286.

que se podría auisar por carta; porque yo le hablé dello largamente, y también él mismo le trató, y después estuuo algunos días en su abadía, de donde le escriuió muy a la clara la grande perdición de sus ouejas.

3. El negocio del arcidiano Camps [1] no ha auido efecto, y assí no se habla más en ello, ni en otro; y paréceme que el abad está de partida para vnas rentas de su abadía, que son en Aragón, no sé si con intención de llegar a Portugal, donde él ha mucho que señala tener voluntad de yr. Ya tengo auisado dello al Padre prouincial, a Çaragoça, porque creo se verá con él.

4. Aquí estamos todos con salud, bendito Dios. El Padre Gouierno [2] ha salido muy bien de su quaresma, y con grande satisfactión de todo el auditorio, y los clérigos de nuestra parroquia le quedan muy afectados, y el señor obispo [3] muy contento, con nueuas señales de amor, que nos muestra en quererse ayudar de nosotros en enseñar la doctrina christiana por la diócesis y en leer en la yglesia maior vna lición de casos de consciencia.

5. Para empeçar lo de la doctrina ha de partir mañana el P.e Baptista [4] con vn hermano para vna parroquia muy principal que está cercana a esta ciudad. Lo de la lición no está concluýdo, pero ya ha dicho al P.e Gouierno que quiere que él la haga.

6. También nos llamó este jubileo para confessar los presos de la cárcel, y el lunes quiere que predique el Padre Gouierno en la yglesia mayor por le poder oýr, y es sermón episcopal. De quantos han prometido limosna annual, quasi ninguno la da sino él.

7. Los jurados de la ciudad también nos quedan más deuotos que solían, y quizieron que el Padre Gouierno pre-

---

[1] Cf. Polancum, loc. cit., II, 658; IV, 357, 595.

[2] P. Michaël Govierno, egregius concionator. Cf. *Stus. Franc. Borgia,* IV, 604, 605.

[3] Jacobus Cazador.

[4] P. Joannes Bta. de Sepulveda. Cf. Polancum, loc. cit., VI, 526.

dicasse a las mugeres públicas, de las quales se conuertieron siete o ocho.

8. El fruto que generalmente se ha cogido desta quaresma, se ha visto en muchas cosas, pero specialmente en las confessiones que han sido tantas, que no sé si entre todas las otras quaresmas hauemos confessado otra tanta gente como en esta sola; y no menos extraordinario por la bondad de Dios ha sido el prouecho que el número de los penitentes; lo qual ha sido gran parte para aliuiar los trabajos; porque muchas vezes acontescía quitarnos todos los trabajos de las confessiones passadas con la consolación que de vna quedaua; y con todo esto nunca se ha interrompido el exercicio de la doctrina xpiana., sino los quinze días postreros, que huuo jubileo, en los quales se dexaron las pláticas que se hazen en los días de fiesta.

9. En esto y en los acostumbrados exercicios de casa, y en muchas otras cosas particulares que sería largo de contar, se ha seruido nuestro Señor de nosotros, indignísimos ministros suyos, en esta quaresma, por los quales damos gracias a su magestad diuina, y húmilmente pedimos ser encomendados en las oraciones de V. P. para con ellas alcançar gracia de más le conoscer y amar. De Barcelona XXVIIII.º de Abril 1557.

De V. P. indignísimo hijo y sieruo en Chro.,

† GESTÍ † [1].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. Padre en Chro. nuestro Padre Mro. Laýnes, vicario general de la Compañía de Ihs. en Roma.

Alia manu... R.da a los 25 de Junio.

---

[1] P. Joannes Gesti, collegii rector.

48

N. N.

EBORA 30 APRILIS 1557 [1].

1-3. *Cardinalis princeps Lusitaniae nostrum collegium invisit.— Disputationes privatae et publicae coram ipso habitae.*—**4**. *De ejusdem erga Societatem benevolentia.*—**5**. *Dux Brigantiae collegii nostri scholas visitat.*—**6**. *Scholastici in litteris et virtute proficiunt.*—**7-10**. *De ministeriis nostratum erga externos et de eorum fructu.*—**11**. *De valetudine sociorum et de regularum observantia.*—**12-13**. *De aedificio collegii.*

1. † Iesus. Pax X.[i] Superioribus proximis literis, quas pridie Cal. Januar. dedimus tibi [2], Pater colendissime, significauimus nos hic in dies singulos aduentum principis cardinalis [3] expectare. Uenit tandem ineunte uere, cumque die *Saturni* [a] uesperi Eboram peruenisset, statim insequenti die qui dominicus erat, collegium nostrum inuisit, et se postridie illius diei ad scholas uidendas uenturum ostendit, et multis clarissimisque signis facile indicauit quanto huius collegii desiderio studioque teneretur. Reuersus [b] igitur, vt constituerat, quo tempore magistri in scholis aderant; et Patre rectore [4] nonnullisque sacerdotibus nostris comitantibus, ordine a primo incipiens, eos adiit. Recitatae autem sunt a discipulis ad eam rem praeparatis singulis in scholis breues quaedam oratiunculae, quae partim in aduentus ipsius gratulatione, partim in gratiarum actione uersabantur. Quibus peroratis, aggrediebantur magistri expositionem, breuiter etiam praefati, quae ille omnia sedens perattente audiebat. Itaque cum

[a] sabati. —[b] Reuersus est.

[1] Ex originali aut apographo coaevo in codice *Lus. 51,* 2 ff., nn. 8, 9; prius 89, 90, 91. Polanci emendationes in annotationibus damus; obliterata in textu litteris italicis notamus.

[2] Eas vide supra, pag. 7 sqq.

[3] Henricus, frater regis Lusitaniae Joannis III.

[4] Leo Henriquius.

aliquantulum temporis in unaquaque schola magistris audiendis consumpsisset, ad dialecticae ludum uenit, ubi fere horam commoratus, primo praeceptorem [1] exponentem, deinde discipulos inter se disputantes audiuit, indeque egrediens, uicerunt (inquit) opinionem meam; non enim dialecticos tam breui tempore tales posse esse putabat, quales tunc illo praesente se praestiterunt. Quare et uultu et uerbis singularem animi laetitiam prae se ferens, cum gaudium suum et Patri rectori et omnibus qui aderant ostendisset, domum laetus discessit.

2. Sed ut dialecticorum profectus magis perspiceretur, constituit Pater rector, ut disputationes publice haberentur, eisque dies totus daretur, quo liberius iis qui conuenissent, contra disputare liceret; quam quidem rem principi cardinali significauit: se ille uelle ac uehementer cupere respondit. Dies igitur disputationibus destinatus et constitutus est. Duo ex discipulis se ad defendendum praepararunt, tradita sunt typis pronunciata quae in disputationibus erant sustinenda, et ad multos uiros doctos atque etiam religiosos fuerunt delata; qui et libentissime acceperunt et se ad certamen diligentissime compararunt. Ubi ergo dies praestitutus aduenit, fit hominum doctorum frequens ad collegium nostrum concursus; erat nanque dialecticorum schola tapetibus ornata, subseliis caeterisque rebus necessariis instructa. Adfuit autem imprimis cardinalis, et eos qui disputaturi erant a turba diremit, ordineque per sedilia locauit, inter quos fuit episcopus targensis [2], cui primus concessus est ad disputandum locus; hunc uero subsecutus est Pelagius Rodericus, sacrosanctae theologiae doctor; vir peracutus in disserendo, quam etiam laudem Lutetiae Parisiorum omnium praedicatione est consequutus; deinde reliqui omnes, habita cuiusque dignitatis ratione, ex ordine argumentati sunt. Itaque, aliis oppugnantibus, propugnan-

---

[1] Is fuisse videtur P. Ignatius Martinez (Martins). Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 751.

[2] Vide superius, pag. 8, annot. 2.

tibusque aliis, acerrime utrinque pugnatum est; versabatur enim [a] omnis fere disputatio in primis et secundis notionibus, quae materia in dialectica, tyronibus praesertim, perdifficilis putatur [1].

3. Consumptus igitur ille dies est, magna cum praeceptoris et discipulorum laude, eoque magis quod, ut fieri solet, persaepe disputationis contentione, res ad sacram theologiam deducebatur, qua in facultate est magister mediocriter uersatus. Disputationibus autem finitis, princeps cardinalis, quantum ex his iucunditatis voluptatisque cepisset, cum liberali oratione, tum etiam singulari in praeceptorem humanitate, apertissime indicauit; illoque die multis audientibus, nulla alia de re domi loquutus fuisse dicitur. Laus et gloria omnis Deo, bonorum omnium fonti, tribuatur. Adfuerunt autem in illo conuentu uiri religiosi, dominicani, franciscani et augustiniani, e quibus nonnulli contra disputarunt.

4. Incredibile est, Pater charissime, quanta *liberalitate et* beneuolentia princeps cardinalis Societatem nostram complectatur, *usque adeo, ut*, si ei per occupationes maximas liceret, nusquam libentius quam una nobiscum esset; et quamuis maximis negotiis distineatur, tamen nullum fere diem vel admodum paucos praetermittit, quin in collegium nostrum uentitet; nam in quadragessima nocte una apud nos dormiuit, et postero die mane in sacello quodam templi nostri sacrum fecit. Idem iterum post pascha, et apud nos nocte altera fuit et Patri rectori peccata confessus, sacrum illud, cui scholastici interesse solent, confecit; totumque illud tempus antemeridianum, partim in dialecticorum, partim in eorum, qui casibus conscientiae dant operam, disputatione audienda consumpsit. Deinde uero his

[a] enim cum his.

[1] Quaestio de primis et secundis notionibus agitatur a Conimbricensibus in commentario in *Isagogem Porphyrii* sub generaliori quaestione de universalibus.

qui de casibus conscientiae disputarunt, breuiter collaudatis, domum se, iisdem fere omnibus comitantibus, recepit. Illo vero die forte oblitus, in choro templi nostri ubi mane preces orarias adhibuerat, saculum reliquit, in quo libros quibus utebatur, ferebat. In eo igitur a nostris breuiarium ipsius inuentum est, vetus sane et humile, quicum una Contemptus mundi erat, duoque alii huiusmodi libri de precandi ratione conscripti. Hoc scripsi quoniam nobis singularis cuiusdam uirtutis signum visum est. Christus Opt. M. eas illi uirtutes tribuat, quibus et principi illi Deo gratissimus sit, et omnium animos ad uirtutis amorem inflammet. Is autem nunc Ebora abest, est enim a rege, sororeque accersitus; sed tamen discedens, se huc reuersurum ad Cal. Octobris significauit. Haec de cardinalis *eximia in nos liberalitate ac beneuolentia.* Nunc ad reliqua veniamus.

5. Dux Bragantiae [1] superioribus diebus nostras scholas inuisit, singulasque percurrens, in nonnullis aliquantulum assedit, et praeceptores exponentes audiuit; atque egrediens, eos humanissimis uerbis collaudauit; *magistrum etiam primae classis rogauit cuias esset, ubi Societatem esset ingressus, quot iam essent ab eius ingressu anni, aliaque nonnulla generis eiusdem familiariter admodum et perhumaniter.* Deinde in eam se scholam contulit, in qua conscientiae casus exponebantur; erat enim tum in manibus quaedam de matrimonio quaestio, quam ille ad finem vsque attentissime audiens, accurate res (inquit) acta ac tractata est, qua ego hoc tempore aptiorem nullam audire poteram, magisque mihi necessariam, quoniam in negotio quodam eiusdem generis versor, et certe ut mihi videor, satis persuasus discedo. His igitur humanissime dictis, e schola exiens, eadem cum comitibus colloquebatur, multa de nostro in erudienda iuuentute studio ac labore, multa de gymnasii fructu utilitateque dixit. Deum om-

---

[1] Theodosius, V dux Brigantiae.

nipotentem, optimumque parentem quaesumus, ut nostra opera illius caeterorumque de nobis opinioni respondeat; quod quidem ut praestare possimus, diuina bonitate iuuante, quantum in nobis est, laboramus.

6. Nec tamen nihil proficimus, nam et in literis et uirtute progredi in dies singulos scholastici uidentur. Christus Opt. Max., pro cuius amore haec administrantur, partum conseruet, inchoatum perficiat, et uilium satorum labores adhuc in herbis et efflorescentes, ad frugem, maturitatem speratamque messem perducat. Haec, Pater colendissime, de nostris scholis scribenda occurrerunt: reliquum est ut ea quae foris per nostros geruntur, dicamus.

7. Duo huius urbis nobiles, fere primi inter magnates, cum odio inueterato iamdiu dissiderent, nec a duce Bragantiae, qui eorum inimicitias delere cogitauerat, reconciliari ullo modo possent, per quendam sacerdotem nostrum, diuino numine adiuuante, reconciliati in gratiam redierunt. Nec solum inimicitias deposuerunt, sed animorum etiam saluti suorum ardenti studio deinceps prouidere atque consulere statuerunt; abiectis uero libris uanis uenenoque infectis, alios de rebus diuinis conscriptos sibi compararunt; qua ex re magna praepotenti Deo laus est gloriaque tributa; etenim dubium non erat quin ingens aliquod intestinumque malum ex illorum dissidio ac capitali odio propter utriusque potentiam et nobilitatem esset consecuturum; quod ita diuina ope compressum est, ut ne minimae quidem inter illos offensionis uestigium appareat.

8. Multi praeterea alii a nostris pacificati sunt, inter quos gener quidam, qui cum socero per octo annos inimicitias gesserat. Quin etiam perpetuae ac quotidianae inter maritum et uxorem rixae ita per eosdem sublatae sunt, ut nemo illis amantius, nemo coniunctius uiuat: et cum saepe antea iurgiis contumeliisque uxoris domo fugatus, uir se in templum nostrum quasi in arcem reciperet, nunc ambo simul, magna animorum consensione singularique pietatis

studio, et ad peccata confitenda, et ad sacrosanctum Christi corpus accipiendum, templum idem frequentant.

9. Duae mulieres, quae more et instituto meretricio viuebant, apud nostros de peccatis confessae, summo criminum suorum dolore commotae, viuendi genus omnino mutarunt, sepissimeque in nostro templo peccata confitentur. Nec defuere uiri boni nostrique studiosi, qui illas ex re sua familiari sustentare uellent, ne forte inopia coactae, ad pristinam et detestabilem uitae consuetudinem reuerterentur.

10. Iam uero illud fere quotidianum et ueluti Societatis nostrae proprium non scribo, quoties scilicet ab aegris accersantur [a], quoties *egrotos* [b] inuisant, quoties morientibus adsint, quoties denique pauperum egestatem bonorum diuitum benignitate subleuent. Haec inquam, aliaque eiusdem generis singulatim persequi longum erit; quocirca nos ad domestica referamus.

11. Primum sacerdotes ac fratres hoc tempore, Deo gratia, bene ualent, uno tantum excepto, qui tamen a tertianis iam recreari incipit. Omnes autem se diligenter exercent, in eo quisque munere, quod sibi commissum est, *cunctique in regulis seruandis non mediocriter euigilant.*

12. De collegii uero aedificio hoc addendum uidetur, tres esse in horto constructas piscinas [c], praeter aliam quae iam constructa erat: una [*sic*], in quam ex fonte, qui est in perystilio, aqua defluit; alteram, in qua, ad pomarium irrigandum, antlia exhauritur; tertiam [d] bipartitam, ut in ea uestes lauentur; in illam quae iam antea facta erat, aqua ex cisterna illabitur ad olera riganda. Ex his quatuor, tres sunt, in quas salientibus marmoreis aqua scaturiens exilit. Haec ideo facta sunt quoniam his in locis fontium amoenitas aquarumque refrigeratio multum ad valetudinem conducit.

13. Praeterea uestibulum collegii ac templi scholarum-

---

[a] accensantur *ms.* —[b] sponte eosdem. —[c] iussu cardinalis vt caetera. —[d] ter etiam *ms.*

que porticus lateribus muniuntur, tabulae etiam altarium hoc anno pingendae sunt. Volebat quoque princeps cardinalis *ut* dua*e* schola*e*, quae sunt inchoatae, perfic*erentur* [a]; sed id Pater rector, propter annonae caritatem, in aliud tempus reiiciendum censuit. [*Pluribus verbis vale dicit, et orationes postulat, 13 versibus a Polanco oblitteratis.*]

Datum Eborae pridie calendas Maii anno a Christo nato 1557.

Alia manu: 1557. Quadrimestre de Euora. Maii. Emendata. Spedita per tutto.

49

P. PETRUS SANCTACRUCIUS

MONTE REGALI 30 APRILIS 1557 [1].

1. *Socii bene corpore et spiritu valent.*—2-4. *Ministeriis sacris cum fructu dant operam.*—5. *Scholasticorum nostras scholas frequentantium numerus et profectus in litteris et pietate.*

1. † Molto Rdo. in X.º Padre. Pax Chri., etc. Dirò in questa il frutto ch'el Signor s'ha dignato far in questo collegio questo mese d'Aprile; et cominciando degli fratelli nostri, tutti per gratia del Signore stanno sani et feruenti nella loro vocatione, et desiderosi di far grande frutto nelle loro anime et degli prossimi.

2. Le domeniche et feste s'ha predicato in chiesa nostra con agiuto spirituale delle anime. Nelle confessioni s'ha fatto grande frutto tutti gli giorni auante de pascha, et magiormente nella settimana santa, nella quale molte persone s'hanno confessato, che mai in chiesa nostra s'erano confessati; fra gli quali furono alcuni de duoi anni, altri di 3, altri di 4, et altri di 5 anni, che mai s'erano confessati;

---

[a] duas scholas... perfici...

---

[1] Ex autographo in codice *Ital. 108*, 1 fol, n. 98; prius 275; olim 235.

oltra di quelli che in tutto l'anno non haueuano confessato; et questi erano molti.

3. S'hanno anchora confessato alcuni incarcerati, così homini, come donne; et s'hanno fatto alcune essortationi, con le quale cose nelle anime loro si fa grande frutto.

4. S'ha anchora andato ad agiuttar a ben morir alcune persone che stauano nell'estremo della vita loro; et con trouarsi noi presenti alla loro morte, hanno morto con grande consolatione delle anime loro, et di quelli che li gouernauano. Del tutto sia ringratiato Jesù X.º nostro signore.

5. Nelle schole s'ha fatto et fa frutto, così nelle lettere, come nelle buone costumi; perchè ogni mese si confessano, et molti ogni 15 giorni, et altri ogni otto giorni; et nelle lettere fanno frutto; et il numero loro s'augmenta, et sonno fra tutti 120.

Per questa non altro, se non raccomandarci tutti nelle sante orationi et deuoti sacrifitii de V. P. et de tutti gli Rdi. Padri et charissimi fratelli. Di Monreal, vltimo d'Aprile 1557.

Per commissione del Rdo. Padre Eleuterio [1], rettor nostro,

De V. P. seruo indignissimo in Jesù X.º,

SANTA CROCE [2].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.º P.e, il P.e Mro. Jacobo Laynez vicario generale della Compagnia de Jesù a Roma.

Alia manu... Rta. a 24 di 7bre.

---

[1] Eleutherius Pontanus.

[2] Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 293, et superius, pag. 85, annot. 2.

50

ANTONIUS TORRES

burgis 4 maji 1557 [1].

1-3. *Sociorum numerus et ministeria.*—4. *Exercitationes spirituales et regularum observantia.*—5.—*Litteraria studia et exercitia.*—6. *Aliqui scholastici ad religiosam vitam aspirant.*—7. *Obtrectatores aliqui contra Societatem latrare non desinunt, sed intra parietes privatos tantum.*

1. † Ihs. Admodum Rde. in Chro. Pater. Pax Christi. [*Multis verbis dicit, novi nihil in collegio accidisse.*] Iam autem ex eorum [a], qui in hac domo manent, satis exiguo numero (quem intra duodecimum proximis litteris T. P. consistere significaui [2]), nemo prorsus aut subductus est aut additus, tametsi [b] quotidianis efflagitationibus duos alios, aut ad summum tres, superaddi contendamus, cum qui adsunt sine graui labore et plurimis studiorum intermissionibus collegii huius ministeria omnia subire aut tollerare nequeant. Ad haec uix hoc proximo quadragessimali tempore ab audiendis confessionibus, nec paucis quidem generalibus, maximo cum fructu tantisper est caessatum. Mendicorum etiam turba, cum in parochiis quanta par erat ratio non haberetur, ad nos se contulit, quibus omnibus, aliis confessionibus omissis in posterum, data est opera maxima cum eorum laetitia.

2. Ad eucharistiae diuinum sacramentum, foeminarum potissimum, ingens est feruor. Sunt enim quae frequenter in hebdomada communicant [c]. Utinam earum sanctitatem vel aliqua ex parte ipse immitarer! Pudet enim, atque uti-

---

[a] *Prius* ex his. —[b] tñ si *ms.* —[c] *Prius* quotidie communicant, aut, si denegatur, tertio quoque die.

---

[1] Ex autographo, ut videtur, in codice *Hisp. 95,* 2 ff. nn. 99, 100; prius 148, 149. Aliqua ipse auctor emendavit, ut in annot. indicamus.

[2] Vide pag. 66.

nam maiori pudore afficerer, religiosum me et ab omnibus mundanis curis immunem et liberum, id non praestare, quod infirmus foemineus sexus tuendae familiae et educandae sobolis cura districtus exhibet.

3. Sed ut unde exit, se conuertat oratio, his aliis Societatis exercitiis Patres uacant. Insuper iis qui fato sunt proximi, quae maxima hic est multitudo, semper ex nostris aliquis asistit. Nec si plures essemus, quantum experimento ipso cognoscere licet, indignantis Patris familiae uoce, quod tota die complicatis manibus otiosi staremus, reprehenderemur. Uerum cum mesis ubique sit multa, operarii autem tam pauci [1], tantum abest ut quod postulabamus, sit concessum, ut et de hoc pusillo grege aliquos subducere sit interminatum. Itaque multo satius ducimus, ut quimus degere, quando non licet ut uolumus, quam in periculum uenire neutrum capiendi leporem, dum altero contenti non sumus.

4. A fratribus in solitis exercitiis nihil penitus intermittitur; quin imo, Christo gratia, in horas maius suscipiunt augmentum. Spiritalis item feruor magis ac magis inflamatur. Regularum nostrarum districta in obseruatione (quod est praecipuum) geritur ratio. Quod ut sit perpetuum, faxit Omnipotens, ut qui dedit et uelle et incipere, det idem et perficere [2]. Duo Patres diuinum uerbum seminauere dominicis solummodo diebus, alter in basilica diui Stephani, maxima confluente turba, alter in carcere.

5. Litteraria autem studia pari quo antehac passu procedunt, scholasticorum numero [a], aut exiguum, aut nullum suscipiente incrementum; aut, quod media sit confessio [3], aut, quod magis consentaneum rationi est, quod me debeant uti magistro. In iis autem qui nobiscum perseuerant, quan-

---

[a] *In marg. eadem manu:* Scholasticorum numerus. C.

---

[1] Cf. MATTH., IX, 37.
[2] Cf. PHILIPP., II, 13.
[3] Cf. pag. 69.

ta tam in re latina, quam rethorica, quam etiam graeca, opere pretia fiant, uel eorum orationibus, epistolis atque huiusmodi aliis exercitationibus facile liquet, et ipso peregrinorum scholasticorum suffragio.

Proximis diebus duo peregrini scholastici, quorum alter ab altero fuste fuerat pulsatus, opera Patris qui studiis preest, in mutuam rediere gratiam.

6. In nostris autem (quod plurimi faciendum existimo), quatuor aut quinque ad monachatum aspirant, quod ad finem ut perducatur, praestet diuina misericordia, ante quam fallacis huius mundi blanditiis illecti a proposito desistere cogantur.

7. Obtrectantium latratus non desunt, sed eiusmodi ut ad morsus nusquam peruenerint. Nescio quid de Societate insusurrant [a]; sed id omne intra priuatos parietes; nec enim unquam caesi fustibus saxisue impetiti, aut in os contumeliosis uerbis lacessiti. Talia etenim pro nomine Jesu perpeti, non quibuscunque, sed intimis Dei familiaribus datur. Nobiscum uero bene agitur, si tota intra latratus rixa consistat. Nouit enim optime ille, cui omnes recessus humani cordis patent, quid nostri ualeant humeri, quid ferre recusent [1]. Paucis tamen abhinc diebus quidam, doctoratus, ut fama est, laurea insignitus, ob sua flagitia missus in carcerem, nostra id existimans factum opera, coram Patre fratreque nostro indignabundus uociferabatur, conquerens phariseismum hunc tandiu durare, non de terra extirpari, et alia multa quae memoria retinere non valui. Sed, uti iam dixi, omnia in summa herent cute, ac nihil est quod ad interiora penetret, seu uiuum, quod aiunt, tangat. [*Desiderium perfectionis exprimit precesque postulat*].

Burgis, quarto nonas maias anno a Domini natiuitate 1557.

---

a insurrant *ms.*

---

1 Horatius Flaccus, *Epist. ad Pisones*, vv. 39-40.

Ex comissione Patris Gaspar de Acebedo, rectoris, inutilis T. P. seruus,

TORRES [1].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Christo Padre nuestro, el P. M.º Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús, en Roma.

Sigilli vestigium.

51

P. LUDOVICUS SANTANDER

CAESARAUGUSTA 4 MAJI 1557 [2].

1. *Solita ministeria Societatis occasione jubilaei magnum incrementum suscipiunt.*—2-3. *Reos carceribus inclusos nostri invisunt, docent catechesim, consolantur, eleemosynis juvant.*—4. *Homicidae cuidam capite plectendo unus e nostris adest.*—5. *Octo meretrices ad bonam frugem perductae.*—6-7. *Fidei quaesitores Societatis opera utuntur ad salutem animarum.*—8-9. *Exercitiis spiritualibus Sti. Parentis, aliisque piis sermonibus multi ad christianam pietatem vel ad religiosam vitam amplectendam adducuntur.*—10. *Pater Estrada Caesaraugustae aliquo tempore commoratur.*—11. *Aegrotantes a nostratibus invisuntur.*—12. *De disciplina domestica ac regularum observantia.*

1. † Ihs. Muy Rdo. en Chro. Padre nuestro. Por otras tiene ya V. P. entendido lo que nuestro Señor suauemente va cada día obrando en esta ciudad y reyno por medio de los pocos que aquí están de la Compañía: y assí por esta tocaré lo que se ha su magestad dignado obrar en estos messes atrás. Proçédesse, Padre nuestro, como siempre en nuestros sólitos minysterios de confessiones y communiones, cada día con mucho augmento y con grande fructo a gloria de nuestro Señor. Huuo estos días vn jubileo de los que traen confessar y comulgar, y por quinze días que duró, era cosa de espanto la freqüencia de confessiones que a nuestra casa acudían, que ocho o diez Pa-

[1] Vide pag. 70, annot. 2.
[2] Ex autographo in codice *Hisp. 95*, 3 ff., nn. 103, 104; prius 241, 242.

dres no bastaran a satisfazer; mas los pocos que estauan, dándoles nuestro Señor fuerças, confessaron muchas gentes, remediándose almas de que el Señor creo ha sido bien glorificado, como él lo sabe, y yo aquí lo callo por no hauer necessidad en semejante materia particularizar. Entre ellas ha hauido muchas confessiones generales, en las quales paresçe que el Señor quiere que se empleen los de la Compañía, porque quasi milagrosamente se las tray a las manos.

2. Visítase ordinariamente la cárçel desta ciudad, haziéndoseles práticas de cosas pertenescientes a los que allí están. Assí mesmo va vn hermano ordinariamente a dezir dos vezes cada semana la doctrina christiana. Reciben los encarçelados gran consuelo, y todos los que lo saben grande edificaçión, specialmente los que gouiernan el reyno, que para ello nos han hecho instancia. Hase tenido esta quaresma cuenta con sus ánimas exortándoles a las con fessiones, y assí entre ellos se ha confessado vn cauallero de la orden de S. Juan, que lo pidió muy encarescidamente. Ha sido cosa de harta edificación.

3. También son socorridos con limosnas en sus necessidades y enfermedades y prisiones, en que personas deuotas entienden, dándoles auiso de nuestra parte.

4. Vn día sacauan a justiciar vno de los pressos por vna muerte, y acaso encontróse con él el Padre que acostumbra a visitar la cárçel, y haziéndole instancia personas deuotas que fuesse con él, lo huuo de admitir. Es costumbre en esta ciudad que por respecto de cierta cofradía que tiene cargo de los ajusticiados, van con ellos los frayles de S. Augustín; los quales como el dicho Padre llegase y huuiesse algún tanto hablado y consolado al dicho ajusticiado, le dixeron que se fuesse, que aquel era officio dellos. El Padre dixo que él creýa que estando ellos allí, no hauía neçessidad de su presentia, mas que la charidad pedía que en tal caso todos ayudassen; y que él lo deuía a aquel hombre por la particular deuoción que le tenía; y assí con toda

paz se fueron juntos animando al que yua a morir, de lo qual holgauan mucho las justicias que allí yuan. Llegados a la horca, hauía grande muchedumbre de gente en vna grande plaça para ver el espectáculo, y paresciéndole al Padre que no era de perder tal sazón, como lançassen al hombre del escalera, el Padre tomó su lugar, y súbito començó vna exortación; y fué tan grande el silencio que no parescía hauer vna criatura en aquella grande plaça. Fué cosa muy nueua para esta tierra: mouió mucho y quedaron edificados, paresciéndoles cosa de grande christiandad y fructo.

5. Con esto se junta que la ciudad recogió para la semana sancta las mugeres del público en el hospital general, y pidieron que vn Padre de casa fuesse a les hazer alguna exortación en vna sala donde estauan recogidas, juntándose allí los jurados y muchos señores y señoras que con charidad desseauan su saluación. Plugo al Señor que de vna plática se reduxeron ocho, con grandes sentimientos y lágrimas; y las señoras que allí se hallaron, las tomaron cada vna la suya para darles recaudo. Todas se han confessado en nuestra casa, y perseueran en sus buenos propósitos con intención de yr adelante, poniendo en el estado que más les conuenga.

6. Los inquisidores que a la sazón están en este reyno, perseueran como siempre en su amor y deuoción con la Compañía. Confiéssanse con Padre de nuestra casa, y dessean mucho que aquí huuiesse Padres o hermanos que pudiessen derramarse por todo el reyno con authoridad del sancto officio para los nueuos conuertidos; y yo sé bien quánto fructo se podría hazer de camino en los christianos viejos [1]. Y dezíame el inquisidor que agora de nueuo vino, que quando faltase sustentamiento para los que fuessen, él

---

[1] P. Santander praecedenti anno excolendis neophytis operam dederat. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 532, 539 sqq.; *Litt. Quadrim.*, IV, 461.

quería tratar con el inquisidor Çeruantes [1], su compañero, que de su salario les diessen de qué se proueyesen; monstrando en esto su piedad, y zelo que de aquellas necessitadas ánimas tiene. Con esto me dezía que a lo menos no hauía que tratar sino que hauiendo de salir, como pensaua, presto a hazer visita general por el reyno, hauía de lleuar consigo algún Padre de la Compañía.

7. El segundo domingo de quaresma leyeron vn edicto de cosas tocantes al sancto officio en vna principal parrocuia desta ciudad, y huuo de predicar a instancia [a] suya vn Padre de esta casa; todo lo qual redunda en grande edificación desta tierra y grande gloria de nuestro Señor; que sabe su magestad reedificar de cal i canto lo que el demonio destruye de tierra muerta.

8. Ya ha algunos messes que en esta casa no faltan exercitantes, y vno o dos en esta tierra es más que diez en otra, por respecto de las cosas passadas y sequedad della. Entre ellos ha hauido dos juristas: han salido bien aprouechados y consolados, hay esperanças de determinación para la Compañía. De los demás se ha determinado vno, contentándose con la suerte de lego, porque no tiene ojo sino a la suerte verdadera, quia Dominus pars haereditatis suae [2]. Y porque V. P. se consolará, este hermano que he dicho, es sobrino del bienauenturado Padre M.º Francisco Xabier, hijo de vna prima hermana suya, y assí tiene su nombre, y creo terná las obras con ayuda del Señor [3].

---

[a] instacia *ms.*

---

[1] Gaspar Cervantes de Salazar, saepius in nostris Monumentis laudatus; v. c. in Polanci *Chron.*, IV, V, VI.

[2] Cf. Ps. XV, 5.

[3] Exspectationem fefellisse videtur eventus. Huic enim conveniunt quae inveniuntur in catalogo eorum qui admissi sunt, aut diem supremum obierunt in collegio caesaraugustano: «El h.º Xabier natural de Nauarra, de la villa de Caparroso, fué recebido en este collegio año de 1556.» In

9. Otras muchas personas, suo modo, se aprouechan en la oración por instructión de Padres desta casa, con grande fructo y edificación. Confianças nos da cada día el Señor que ha de ser su magestad glorificada en este reyno por medio de la Compañía; y assí no querría ver el demonio mejor día, sino que faltase de aquí; lo qual muestra bien, pues nunca duerme ni se descuyda para con ella, meneando todas las piedras; sed non praeualebunt omnes portae inferi aduersus eam, quoniam Dominus valauit eam [1].

10. Esta quaresma ha sido aquí el Padre maestro Estrada, con cuya presencia ha sido consolada y edificada esta tierra; aunque su flaqueza ha sido parte para alguna pena, pues por no poder passar con toda ella, ha sido necessario que otro de casa suppliese buena parte della. Hase pasado muy en paz, por pensar la gente que hauía de hauer algunos reueses con otro predicador que la quaresma passada hauía mostrado ocasiones de ello; mas el Señor lo ha ordenado de manera que las almas se han aprouechado y los predicadores dado la edificación que semejante officio requiere. Dios nuestro Señor nos esfuerçe, y assí lo piden los desta casa a V. P. los man[de] encomendar en los sacrificios y oraciones de todos los charíssimos Padres y hermanos para que perpetuamente su sancto amor reyne en nuestros coraçones. Amén.

11. Assí mismo se acude muy a menudo a visitar algunos enfermos, para los consolar y administrar el sanctíssimo sacramento de la confessión, y ayudar a morir a muchos; para lo qual somos muy demandados; quedando los enfermos muy consolados, y los que presentes se hallan edificados, specialmente viendo que con gran charidad y cuydado se acude a los muy pobrezicos.

12. Para todo esto prouee nuestro Señor de fuerças, no

---

margine vero annotatum est partim eadem manu, partim coaeva: Despidiéronlo de la Compañía (y hauía hecho votos) en Gandía.» In codice *Aragon. 15*, fol. 90; prius 45.

[1] MATTH., XI, 18; JOB, I, 10.

oluidándonos de socorrer con lo que suele dar su magestad por añadidura; de manera que se passen honestamente los que aquí están sin que puedan hechar en oluido la sancta pobreza, en que particularmente los tiene el Señor consolados, con las demás virtudes que su magestad cada día planta en los que aquí biuen; porque se proçede con toda la obseruancia de reglas y religión que se puede, y continua consolación, por estar siempre en el puerto de la tribulación. Dios embíe el buen temporal para que seguramente lleguemos a la patria eterna, la qual nos dé el Señor a alcançar por su bondad. Amén. De Çaragoça a 4 de Mayo de 1557 años.

D. V. P. indigníssimo hijo en Chro. Iesú, por commissión del Padre Román,

†
Santander [1].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Chro. Padre nuestro el Padre [M.º Laíne]z, vicario general de [la] Compañía de Jesús, en Roma.

Sigilli vestigium.

52

DANIEL PAEYBROECK

CATANA 8 MAJI 1557 [2].

1-4. *Sacris muneribus praedicationis, et poenitentes audiendi diligenter incumbit.—Fructus ex iisdem obvenientes recenset, nonnullisque exemplis confirmat.* —5. *Libros aliquot Sacrae Scripturae hebraice et graece perlegit.*—6. *Catanam perveniens, gaudet videns fratres bene in via Domini proficientes.*

1. † Jesus. Reverende in X.º pater: Pax X.i, etc. Ta-

---

[1] In catalogo collegii vallisoletani anni 1558, ut videtur, haec leguntur: «El P. Santander natural de Écija, diócesis de Sevilla, tiene treinta y vn años, y de Compañía cinco. A acabado sus estudios de theología; es licenciado en artes; ocúpase en predicar.» In codice *Cast. 13*, fol., 40.

[2] Ex autographo, a Polanco castigato, in codice *Sic. 181-Sic. 182,* 1 fol., n. 21. Polanci emendationes in annotationibus damus; obliterata, in textu litteris italicis notamus. Est aliud exemplum exscriptum juxta correctiones in eodem cod. fol. 23; et duo alia in cod. *Ital 171,* ff. 73, 74

metsi parum hisce 4or. mensibus elapsis in vinea Domini profecerim, nihilominus, vt obedientiae satisfaciam, breuissime quid actum [a] *sit his mensibus* perstringam. *Sciat ergo R. V.* cum solitis semper exercitiis confessionis et praedicationis fuerim deditus, etiam diebus veneris lectionem doctrinae xianae. *haudquaquam* [b] pretermisi. Unde *factum est quod* [c] illi, qui parum antea de religione christiana perceperant, melius [d] intelligerent; atque ob hoc [e] feruentiores in Dei seruitio sese exhiberent. Imo euangelium graecum, vt petitioni monachorum satisfacerem, populo huic rudi exponens, melius de sacrificiis graecorum sentire coeperunt. Antea enim, vt mihi postea retulerunt, friuola et vana quae graecorum erant, existimabant. Modo vero cum idem sacrificium, eademque misteria repraesentari cognoscunt, *et* diligentiores ad diuina magisque deuoti sunt effecti. Quare et in templo frequentiores, et ad verbum Dei auidiores inueniuntur. Ita vt non tantum diebus dominicis et festis, *in audiendo sacrum et verbum Dei assidui sint,* sed et *diebus* profestis, si quando me celebraturum, aut verbum *aliquod dicturum* [f] percipiant, *etiam propter* [g] agrorum culturam (quae isti exercent) *haud faciliter* [h] se subtrahant.

2. Confessiones plurium etiam *extraneorum* [i] hisce mensibus audiui; inter quos aliqui magno peccatorum pondere grauati citius se non esse mundatos affirmabant, quia cui se tuto ostenderent, non inueniebant. *Sed quia cum verbum Dei a me intellexissent, Deus illorum cor aperuerat, etiam se mihi ostendere voluerunt.* Inter quos quidam se a viginti annis non esse confessum publice profiteri non vere*cunda*batur.

[*Aliam conversionem subjungit*].

3. Plures etiam qui *sibi antea fuerant inimici* [j], recon-

---

[a] quid sit actum. —[b] non. —[c] id consecutum est, vt. —[d] melius quae oporteret. —[e] *Hoc. v. supra vers. eadem manu additum.* —[f] Dei explicaturum. —[g] sint assidui, quamuis. —[h] non sine aliquo incommodo. —[i] externorum. —[j] inimicitias exercuerant.

ciliati sunt. Idque non tantum inter italenses, sed etiam inter extraneos. Nam cum confratres sanctae Venerae [1] cum confratibus Giudimandre [2], qui Annunciationis dicuntur, inimicitias fouerent, atque modus reconciliandi illos non occurreret; tandem rogatus a giudimandris, vt concionem aliquam ipso die Annunciationis, quo [a] plures confraternitates (vt vocant [b]) diuersorum locorum concurrunt, me libenter illis *in praedicatorem, istis vero* [c] confratribus sanctae Venerae *in capellanum dedi,* vt simul mecum ad illam solemnitatem sese conferrent, diuinum ibi audituri officium. Quod dum debite processionaliter, modo suo, faciunt, munus etiam diuae Virgini confratribus*que* [d] illis offerunt. *Vnde* illi nostrorum humilitatem simul et deuotionem contemplantes, non potuerunt non veniam petere, atque conuiuium praeparare, vt simul gaudentes, in pristinam redirent amicitiam. Quod et factum est.

4. Quid dicam? Ita populus hic Societati nostrae est affectus, vt cum quinto Maii Itala discedens, iuxta voluntatem Rdi. P. nostri prouincialis *Jo. Jeronimi* [3] versus Cathaneam iter facturus [e], *multum se propter nostrum discessum dolere monstrabant, dicentes* se tanquam oues sine pastore *permanere* [f], meumque discessum esse tanquam magnum illis flagellum emissum a Domino. *Quod si verum sit nescio; hoc tamen scio me seruum* Societatis *esse inutilem, et ob hoc amplius non proficio. Et quia tepidus, aliorum frigiditati mederi nescio* [g].

5. His mensibus elapsis legi hebraice et grece Leuiti-

---

[a] haberem, quo. —[b] vocat *ms.* —[c] illis obtuli, sed et. —[d] et confratribus. —[e] facturus essem. —[f] relinqui. —[g] conquererentur, cum alioqui ego tam sim inutilis huius Societatis seruus.

---

[1] Sta. Venera aut Veneranda virgo, in Sicilia celebre nomen et singularem cultum habuit. Cf. Chevalier, *Biobibliographie*, II, 4641.

[2] Guidomandri, oppidum Siciliae prope Italam, non longe a Messana. Ita scribitur apud Rossi, *Indice... delle frazioni, casali e colmelli che compongono il Regno d'Italia.*

[3] Hieronymus Domeneccus.

cum, Deuteronomium, Josue, Judicum, Ruth, 4.[or] libros Regum et vtrumque Paralipomena. Cum Mtro. monachorum, graecarum litterarum perito, legi grece euangelium Joannis, Acta Apostolorum cum omnibus epistolis D. Pauli vsque ad decimum caput epistolae ad Haebreos. Percurrere enim vtrumque testamentum tantum desideraui, vt, si quando obedientiae visum fuerit, grecis, aut saltem hebreis, quibus magis sum affectus, prosim.

6. Sexto huius mensis Cataneam veni, ubi magno gaudio sum affectus propter inuentos fratres bene in via Domini dispositos, nec non propter fundamenta praeclara nouae hic nascentis ecclesiae. Et hec sunt, Rde. Pater, quae praecipue mihi hoc tempore scribenda occurrunt, commendans me humiliter vestris omniumque caeterorum Patrum et fratrum orationibus. Catanee 8 Maji 1557.

R. V. inutilis seruus,

DANIEL [1].

Inscriptio † Rdo. in Christo Patri, P. Jacobo Laynez, Societatis Jesus [*sic*] vicario generali. Rome.

Manet sigillum.

53

P. OLIVERIUS MANAREUS

LAURETO 12 MAJI 1557 [2].

1-4. *Tria mirabilia facta in sancta domo lauretana enarrantur.*

1. † Jhus. Cauato di lettere del P. Mro. Oliuerio rettore del collegio di Loreto, scritte in detto luogo alli 12 di

---

u *Sequuntur in ms. haec vv., oblitterata probabiliter ab auctore epistolae:* Et ob hoc forsitan quid agere.

---

1 P. Daniel Paëybroëck, alias Denderamonda, a patria Dendermonde vel Termonde, dictus. Cf. POLANCI *Chron.*, VI, 271, 277-81.

2 Ex apographo coaevo a Polanco castigato, in codice *Ital. 108,* 1 fol., n. 153; prius 35. Archetypum exemplar P. Oliverii Manarei non habemus. Emendata a Polanco, in annotationibus; deleta, in textu litteris italicis exhibemus.

Maggio 1557.—Benchè questa santa casa di Loreto fa molte spese per conto nostro, pure in contracambio la grande liberalità del Signore molto ben la ricompensa; che ho sentito dal gouernatore istesso [1] et compotista, che quando uenuti sono a fare lor conti, che questi due anni che qua stiamo, la santa casa si ritroua hauere molto più speso, che non siano stati dati o trouati li danari, restando però lei senza debito alcuno; et tal uolta fu che superaua la spesa mi pare più di 1000 V.di, con stupore di tutti, non sapendo come nè donde trouati erano detti danari. Et questo essere miraculoso me lo confermano due simili fatti del Signore nel collegio.

2. Vn giorno hauendo mandato in vna casa del Borgo un piccolo piatto di farina con alcune oua per fare 7, o, 8 tortelli (che chiamano qua) per nostri fratelli amalati, tanto si moltiplicò et crebbe la farina quasi sensibilmente nelle mani della donna che la maneggiaua [2], che tutta la casa loro ne restò sbigottita; et tanto più, che insieme con la pasta sentiua la padrona con le sue figliuole et serue crescere nelle sue interiora grandissimo calore di diuotione et allegrezza tale, ch'è facile [a] accorgersi di qualche diuina operatione iui nuouamente operata. Per risolutione, pensando fare 7, o, 8 di detti tortelli, ne fecero appresso 70, un canestro tutto pieno; et pure rimandorno il piatto quasi tanto pieno di farina, quanto era quando lo portorno; et acciò la cosa fusse più uerificata, io non lo dissi nè permesi che si dicesse, nè manco per casa nostra, [nè] [b] sin'hora si è publicato, mia colpa, che temeua qualche inganno o sinistra interpretatione d'alcuni. Hanno però una per vna

---

[a] ch'era facile. —[b] *Hoc vel simile v. erat ibi scriptum, quod legi nequit.*

---

[1] Gaspar de Doctis.

[2] Haec erat matrona spectatae virtutis, nomine Ludovica Vinciguerra. Ejus filia Maximina, matrem in hoc opere adjuvabat. Cf. Sacchinum, *Hist. Soc. J.*, part. II, lib. I, n. 94.

confermato et auanti et dopo la santa comunione tutto questo, benchè ci douesse bastare la semplice parola loro, per essere persone di buona uita. Et nostro Signore il dì medesimo, per confondere la mia incredulità (credo), confermò il medesimo con altro simili in casa nostra in questa foggia.

3. Il spenditore nostro uolendo andare a pigliar del pane alla dispensa della santa casa, come è solito, ritrouò nella credenza nostra solamente 4, o, 5 pani; et domandando al credenziere, giouane benedetto et santo [1], se più ue n'era, acciò ne portasse quanti gli erano necessarii et non più, ritrouorno che più non ce n'era in tutta la casa. Andò il detto spenditore, et ritornando ritrouò che una tauola era coperta di pani, hauendo ogni tagliere il suo; et io mai nè per minaccie, nè per carezze, nè comunione, nè altra uia, ho potuto trouare altro se non che il pane si era moltiplicato quel dì sin'al numero di 18; et mai se ne accorse il credentiere sin'a tanto che il spenditore, dolendosi di lui, ritornato che fu, gli disse che haueua mal fatto di nascondere tanto pane, onde era causa che troppo se ne saria pigliato; al quale il buono et semplice credentiere: fratello mio, non l'ho nascosto; et replicando il spenditore: donde adunque uenne tanto pane? Rispose: o fratello, non può il Signore moltiplicare il pane per li nostri fratelli, come lo moltiplicò nel monte per le turbe? Et così restorno. Et non è da pensare che essi sapessero di quelli tortelli prima moltiplicati, *et perciò uenuti in sospitione simile* [a]; perchè insin'adesso credo non lo sappino nè l'uno, nè l'altro; et dice il credentiere essersi accorto una o due altre uolte che miraculosamente auanzò il pane, doue si pensaua non hauere a bastare per la metà, et questo è accaduto da due o tre mesi in qua. Sia del tutto lodata la diuina maestà.

---

[a] quel dì.

---

[1] Hic juvenis Alphonsus hispanus vocabatur. Ibid., n. 96.

4. *Credo che nostro Signore non si troui tanto mal sodisfatto del ministerio de nostri Padri in questa santa penitentiaria; il che pare,* al principio che *uenissimo qua uolesse dimostrare facendo* [a] un mercordì et un uenerdì, mentre si predicaua per uno di nostri, apparire una [b] torcia accesa, et descendere [c] dalla cima della copula sopra la santa cappella, doue fermata che fu un poco di tempo, si transportò all'imagine del crocifisso che sta fissa nel*la muraglia* [d] in capo della penitenzaria [e], il che fu ueduto d'alcune donne diuote, et vno o due di nostri fratelli, stando noi confessori della Compagnia all'hora *tutti* [f] sentendo *soli* confessioni nella detta penitenzaria; et incontinenti, finita che fu la predica, fu detto a monsignore il gouernatore, il quale con grande allegrezza et dolci lagrime me lo uenne per sua humiltà a dire, interrompendo una confessione che io sentiuo con gl'altri nostri Padri.

54

FRANCISCUS STEPHANUS

MESSANA 13 MAJI 1557 [1].

1-2. *Proxime elapsa quadragesima ad conciones nostri templi major multitudo auditorum venit quam annis praecedentibus.*— 3-4. *Fructus copiosi in plurium peccatorum ad Deum conversione declarantur.*

1. † Jhs. La gratia et pace de Christo sia sempre ne' cuori nostri. Amen. Poichè le cose che da scriuer mi souengono, osseruandissimo in Christo Padre, fatte in questi

---

[a] Già ch'ho cominciato a dir' queste cose, che insin'adesso ho taciute, dirò etiam vna ch'accadete qui al principio che uenimmo, volendo (come credo) dimostrare Dio N. S.or che accetaua e se ne voleua seruire del ministerio delli confessori de nostra Compagnia in questa penitentiaria. —[b] *Prius* apparire una una; *post oblitt. primum* una. —[c] apparì... descendette. —[d] nel muro. —[e] penitenzaria nostra. —[f] solamente.

---

[1] Ex originali in codice *Sic. 181-Sic. 182*, 2 ff., nn. 24, 25; prius 235; olim 201, 202. Sunt exempla latina ejusdem in eodem codice, ff. 26, 30; 36-37; 47. Exstat etiam exemplum in archivo civitatis coloniensis, secundum HANSEN, *Rheinische Akten...*, 767.

quatro mesi passati sonno poche, non uoglio con la lunghezza di parole dissimulare la pouertà delle cose, et coprir la nostra negligentia: immo in tal modo scriuerò, che la P. V. della prolissità delle littere lamentar non si possa.

2. Della moltitudine di coloro che frequentar al spesso soleano la nostra chiesa per udir la parola di Dio, uero è che per altre uolte ne ho scritto assai copiosamente; nondimeno mai mi ricordo hauer uisto tanto concorso, quanto in questa quadragesima prossimamente passata. Perciochè essendo tutta la chiesa piena, piena la intrata della porta, piene le sumità de ambedue le porte, pieni etiamdio li altari, si potria meritamente dubitare qual fusse maggior numero, o di quelli che nella chiesa stauano, ouer di coloro che, per non poterui entrar', erano sforzati (non però senza gran dispiacere) andarsene altroue.

3. Oltra li altri frutti che da le prediche si son cauati, questo mi pare assai grande, che molte persone nobili, principali della cità (quel che molto in uso non era) in tutta questa quadragesima si sonno ritrouati presenti alle prediche che ogni giorno si faceano. La onde non senza causa poi se ne ha cauato et conseguito quel che tanto concorso ci prometea; imperochè fra molti altri ui era uno in questa cità, homo di somma autorità, non solo di nobiltà di sangue, ma etiamdio de impietà di costumi insigni, il quale nissuna cosa tanto in odio hauea, che la nostra Compagnia. E si fatto nondimeno con le preghieri continui della sua moglie, donna religiosissima, che al meno una uolta se ritrouasse presente alla predica. Esso adunque uento da tanto [a] pie ammonitioni, fu necessario che gli obedissi, acciò fugger potesse le ingiurie della donna, imperochè reputaua non esser altro che ingiuria quello che piamente la sua consorte l'ammoniua. Hor che auenne? Si trouò presente alla predica, ma però non uscì senza essere prima mutato in altro huomo. Et non aspettando più, pre-

[a] tonto *ms.*

sto confessò con un de nostri PP. li suoi peccati, con tanta humiltà di animo et effusione di lagrime, che non manco in questo si crede essere dimonstrata la uirtù del Signor, che in conuertir il persecutor della chiesa, Saulo. Tanta era la durezza dalla quale si è conuertito in tanta mansuetudine et bontà di costumi. Erano ancora doi altri fratelli, persone nobilissimi, li quali per essergli amazato un altro fratello, portauano odio grandissimo già da molto tempo a quelli che furono autori di tal morte. Auisati però con la parola di Dio, si sonno talmente placati, che contra la speranza di tutti hanno fatto la remissione alli suoi nimici.

4. En los exerçiçios spirituales que se tienen con los próximos, se ue por el grande fructo que en ello se haze,

[a] acabaren y trabajaren *ms*.

[1] Cf. Polanci *Chron.*, VI, 741; *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 166.
[2] Christophorus Clavius, ut dicitur in exemplo latino.

quánto sea lo que el Señor de su parte obra. Antes de la quaresma embiauan de muchas partes a pedir Padres para praedicar, y por no los auer sin que pudessen dexar lo que tinían entre manos, se non embiaron. Solamente fué hun Padre con hun hermano de la probación a una iglesia del collegio, que [está] [a] algo lexos desta çiudad, en que hizieron allá mucho fructo y amizades. Ultra deste, fueron dos hermanos a pedricar a unos pueblos daquí dos millas, en que se hizo mucho fructo; y por otros de otras partes ueren lo que el Señor por ellos hazía, los embiauan a pedir. La gente desta tierra anda tan mouida por medio de las exortaçiones y praédicas y otras ajudas que por los Padres el Señor haze, que es mucho para lo alabar. Entrando la quaresma, en los sermones y doctrinas se hizo mucho fructo, y siéntese mui notablemente porque siempre ay muchas confessiones, asý por la çiudad, como en casa. Tres semanas antes da pascua llegaron aquý los Padres que auían partido para la congregaçión [1].

5. Alegrámonos mucho en el Señor todos spicialmente por uer el Padre doctor [2], que después que tuuo el cargo, no auía uenido aquí. El P.e Gonçalo Uaz que uenía con él, praedicó en la vniuersidad; uenieron a oýrle grande concurso de gente y todos los más principales, y el siguiente domingo hizo en nuestro collegio la doctrina a la tarde; dexó a todos muy consolados y deseossos de lo oýren por más tiempo, porque solos diez o doze días estuuieron aquí. Por la semana sancta se emparamentó nuestra capilla muy deuotamente y praedicó el Padre Pero de Afonsequa con grande auditorio el mandato; y en este tiempo junto a la pascua fueron muchas las confessiones. Por la pascua se

---

a *Deest in ms., sed supplendum videtur.*

---

1 Cum jam in Hispania essent, ob exortum bellum inter pontificem et regem Hispaniae, in Lusitaniam reverti coacti sunt.

2 P. Michaël Turrianus, provinciae lusitanae praepositus.

hizieron los uotos com mucha deuoçión y consolaçión de todos en el Señor.

6. Con el fructo grande que se haze en los studiantes que en este collegio oyen, se tiene mui edificado la gente desta tierra, y tanto que dezía hun doctor de los principales que se espantaua entre tantos studiantes no auer peleas y discordias, y mucho más poder la Compañía tenerlos en tanta quietud. Assímismo por la çiudad se uee el fructo que nuestro Señor en ellos haze, porque lo muestra mucho la edificaçión de los studiantes que aquí studian entre los de la vniuersidad; por lo que asý los ciudadanos como la demás gente se consolão mucho por la buena criança que uen en sus hijos.

7. Y estos días passados vino vn hombre graduado en artes a traer hun su hijo a la escuela de los niños de leer y escriuir que se aquí enseñão, y dixo al maestro que ya que nuestro Señor hiziera tan grande merçé a toda esta tierra con nuestra uenida para este collegio, le pedía reçibiesse su hijo con los otros encomendándolle le asotase; y por la fama que ay, muchos caualleros nobles de diuersas partes del reino embían aquí sus hijos para studiar.

8. De los pequeños muchos se mueuen para entrar en la Compañía. Los días pasados se recibieron dos, vno que ya auía acabado el curso de artes o andaua ya en fim dellas: era de las mejores habelidades del curso; y tiene otras muy buenas partes; y otro que oýa en la terçera classe, también muy buena cosa.

9. En los collegiales que tenemos a cargo, se haze non menos fructo, porque es cosa que como estão recogidos y no salen aun al campo sin liçençia, y la orden y conserto que con ellos se tiene, pareçe otra religión. Tienen entre sí hun Padre con dos hermanos, allende de seren visitados por el Padre don Ignatio y otros Padres muchas uezes. Tienen su confessor por sí, y lo que más nos consuela, es uer que se aprouechão destes medios. Todos ellos o los más son hijos de personas nobles, y si tuuiessen aposentos, se-

rían muchos más de los que son; y por no los auer, son aora setenta, ultra de los fámulos que les siruen, que son moços de buen ingenio y también studian. Es esto destos collegiales una obra de que por aora y por el tiempo el Señor será mui seruido, principalmente porque se espera darles el rey casas junto con nos. Muchos dellos piden que los admitan, pero por aora no reçiben. Ay muchos entre ellos muy deuotos que confessão y comungão muchas uezes.

10. Estos días passados tuuimos hun jubileo, en que se hizo mucho fructo. Fueron tantas las confessiones, que con auer ueinte o treinta Padres, les [a] dieron a todos bien que hazer. Estauão los corredores y porterías todo lleno de gente, y estos todos studiantes, ansý de nuestros, como de la vniuersidad, y otros hombres doctos y maestros.

11. Ultra destas confessiones, se confessarão los presos de la cárçel, de que se tiene spicial cura, ansý en les hazer pláticas en esta quaresma passada, como con sus confessiones. Por las perrochias confessarão también Padres mugeres nobles, que por no poderen venir a la iglesia del collegio, por causa de no star en lugar cómmodo para ellas, los embiauan a pedir; y tienen tanta deuoción a la Compañía, que en sus neçessidades spirituales loego embião a llamar Padres. Bendito sea el Señor por todo, pues tanto se quiere seruir daquellos que se disponen.

12. Síruese también mucho el Señor con las conuersaciones que se tienen con los studiantes. An hecho muchos los exerçiçios, en que se aprouecharan bien, y aora los hazen dos liçençiados. En el collegio antigo se continuão las confessiones mucho, ansí de los deuotos antigos, como de muchas otras personas de respeito; y por la ciudad en uisitar enfermos y otras obras pías se haze también mucho fructo.

13. El señor bispo [1] y otras personas de respecto se

---

[a] le *ms.*

---

[1] Joannes Soarius (Soares) O. S. A.

muestran muy aficionados a la Compañía; asímismo los religiossos, y tanto que dizía uno a un Padre que entre ellos (que son los augustinos) e nos no auía más que las paredes de las casas que ay en medio, para ssermos todos unos, y que erão tanto de la Compañía, que no auía diferençia de hermanos. En los demás también se uee; con todos se procura la beneuolençia en el Señor uisitándolos y tratándolos con todo el amor y caridad deuida. Todos nos encomendamos en la bendición y oraciones y santos sacrifficios de Vra. P. De Coímbra, en Majo de 1557.

Por comissión del P.e dom Ignacio [1], de V. P. minimus filius in Chro.,

MONCLARO [2].

Inscriptio. † Al mui Rdo. en X.° Padre, el P.e maestro Laínez, vicario general de la Compañía de Jesús. En Roma.

2.a vía, de Coýmbra. Quadrimestre.

---

[1] Is fuisse videtur P. Ignatius de Azevedo, qui vice provincialis Lusitaniae constitutus fuerat. Cf. POLANCI *Chron.*, VI, 752.

[2] In catalogo collegii conimbricensis exeuntis Julii 1559 dicitur: «Francisco de Monclaro, de 26 años, recebido en Hebrero de 55; sabía un poco de latín; casi todo el tiempo enseñó a escreuir en la undécima clase, y estudió algún latín. Es bien dispuesto. Algunas uezes tiene unos accidentes del coraçón; parece melancolía.» In cod. *Lus. 43*, ff. 76v-77.

In catalogo ejusdem collegii ineuntis Januarii 1565 dicitur: «Francisco de Monclaro, portugués, natural de Viseu, entró en la Compañía el vltimo de Março [*sic*] de 1555. Studió latín en casa, y fué maestro de los niños de escriuir algunos años; oy agora las artes y va en el 4 curso.» Ibid., fol. 238v.

62

P. ANTONIUS CORDESES

GANDIA MENSE MAJO 1557 [1].

1-2. *Populus gandiensis frequentissimus nostro templo accurrit, ut sacramentis confessionis et communionis reficiatur.*—3. *Conciones et catechesis explicationes singulis diebus dominicis et festis.* 4. *Alia ministeria erga pauperes, aegrotos, discordes exercentur.* 5. *Duo sacerdotes peste absumpti.*—6. *Spiritualia nostratum exercitia de more observantur.*

1. † Muy R.º Padre. Pax Chri., etc. El Spíritu Sancto consolador visite y consuele el ánima de V. P. con sus gracias y dones. Lo que en los quatro meses passados el Señor se a dignado obrar por los Padres y hermanos deste collegio, es lo que se sigue.

2. En nuestro collegio a concurrido siempre y concurre mucha freqüençia de gente, para ser ayudados de los ministerios de la Compañía, porque es muy grande la deuoçión y affiçión que todo este pueblo tiene a esta casa. Los domingos y fiestas an freqüentado siempre muchos los sanctos sacramentos de la confessión y comunión, y si no es más la freqüençia, no es sino porque no ay suficiente número de Padres que pueda corresponder a tanto número de deuotos como aurían y ay.

3. Los domingos y fiestas se a predicado y se predica la palabra de Dios con freqüencia del pueblo. Predícase también en las tardes la doctrina christiana al pueblo, y después se enseña a los chicos ajuntados por hun hermano que ua primero por las calles del pueblo con una campanilla, y uan los chicos con él cantando la doctrina christiana por las calles.

4. Han sallido muy amenudo los Padres para confessar y ayudar a morir los enfermos, assí del ospital como otros

---

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 1 fol., n. 111; prius 228.

del pueblo. Muchos discordes, por los ministerios de los Padres se han reduzido a paz y amor. Muchos pobres y necessitados en este año de tanta necessidad an sido socorridos y ayudados en lo temporal. El hermano maestro Martínez [1] ha predicado esta quaresma en la yglesia mayor con satisfactión y aprouechamiento del pueblo. Esta quaresma muy gran parte del pueblo se a uenido a confessar en nuestra casa.

5. En este tiempo se ha dignado el Señor exercitarnos mucho con enfermedades contagiosas. An muerto dellas dos Padres nuestros: el uno era maestre Philippe Prancudo, que auía uenido para predicar la quaresma en este pueblo. El otro el P.[e] Jaime Garín, mallorquín; murieron como buenos religiosos y con mucha edificación de todos.

6. Los Padres y hermanos en casa an continuado sus exercicios spirituales de obediençia, oración, mortificaçión, y con aprouechamiento y edificación. Agora de algunos días acá, por orden de los superiores se han instaurado en casa muchos exercicios de oración y mortificaçión para la paz de la iglesia. Cesso. La Sanctíssima Trinidad sea siempre en el alma de V. R. y de todos. Amén. De Gandía a — — [a] de Mayo 1557.

De V. P. sieruo en Jesu Christo,

Antonio Cordesses [2].

Inscriptio. † Al muy Rdo. Padre, el Padre Mre. Laýnez, vicario general de la Compañía de Iesús. Roma.

---

[a] *lacuna in ms.*

---

[1] De hoc fratre Martinez cf. Polancum, *Chron.*, VI, 518; et superius, pag. 84, annot. 1.

[2] Satis notus in nostris Monumentis. Relege tamen, si placet, quae inveniuntur in *Epist. Mixt.*, I, 434.

63

P. JOANNES FRANCISCUS ARALDUS

NEAPOLI 3 JUNII 1557 [1].

1. *Collegium prospere pergit in spiritu; templi fabrica continenter progreditur.—2-3. Sacrae mensae quamplurimi accedunt.—Fructus ex nostratum opera magnus.—4. Labor operariorum nostrorum assiduus.*

1. † Ihs. Molto Rdo. Padre in Iesù X.° Pax X.ⁱ Come ho altre uolte scritto a V. R., cresce mirabilmente il seruitio di nostro Signor Jesù X.° in questo collegio suo minimo, cresce la diuotione dentro et di fuora; la fabrica ua inanzi continuamente, et Dio uolesse che hauessimo potuto ottener' quelli dui fratelli fabricatori di là. Pure con la gratia del Signor et aiuto de nostri diuoti et benefattori, fabricamo la chiesa con prestezza et con desiderio et speranza grande di finirla in breue tempo, quando il fine corresponda al principio.

2. Grande è il numero de communicanti, et massime de persone grandi, con molto frutto; et così tanto nelle cose spirituali et essercitii spirituali, com' nelle schole, si fa frutto nel Signor nostro.

3. Li scolari tutti sono più de doi cento quaranta. Il P.ᵉ nostro Salmerone [2] sta occupato nella fabrica; et lunedì 2.° di Pentecoste farà un sermone nella nostra chiesola, alla quale ha inuidia l'altra che si fa, et per questo affretta il lasciarsi fabricare, doue spero, quando saranno da otto confessarii, grandissimo frutto nel Signor nostro.

4. Li confessori tutti sempre son' occupati, tanto fuori, com' dentro di casa, et tutta la città ci ama, et tien diuotione a questo nostro minimo luogho, si com' poi all'incontro noi stiamo pronti tutti in seruitio loro di notte et di giorno, in

---

[1] Ex autographo in codice *Ital. 108,* 1 fol., n. 246; prius 313.

[2] P. Alphonsus Salmeron, e primis S. Ignatii sociis.

subuentione delle loro anime. Sia laudato Jesù X.° che ci ha fatto operarii suoi nella sua uigna. Non altro. Sia Jesù X.° sempre dentro delli cuori de tutti. Amen. Di Napoli alli 3 di Giugno 1557. De V. R. Ptà., per commissione, seruo inutil,

Gio. Francesco [1].

64

P. NICOLAUS BELLEFILLE

parisiis 4 junii 1557 [2].

1-2. *De nostratum exercitationibus scholasticis.*—3. *De studio religiosae perfectionis adipiscendae.*—4. *Confitentium concursus tantus est, ut P. Nicolaus nequeat omnibus satisfacere.*—5-6. *Fructus varii hujus sacri ministerii recensentur.*—7. *Aegrotantes a nostris invisuntur.*—8. *Tumultus excitatus inter scholasticos et magistratus quosdam, cujus causam in socios aliqui derivare conantur.*—9. *Episcopus claromontanus ab infirmitate convalescit.*

1. † Jesus, Maria. Gratia et pax Domini nostri Jesu Xpi. sit semper cum omnibus nobis. Amen. [*Majorum exempla sequutus, quadrimestres scribit.*]

Primum quidem a domesticis exordiemur, omnes enim nostri protensis neruis operam nauant, atque in limpidissimis fontibus quotidie hauriunt, vt tandem impertiant [a] sitientibus.

2. Domi vero quotidie crebro disputant, declamant, non raro gallico idiomate concionantur, sed sepius latine, et certatim alius alium, immo seipsum in dies vincere ac superare contendit. Quo exercitio per Dei gratiam non parum promouent. Multi iamdudum flagrant desiderio prodeundi in propatulum, ac introduci in vineam Domini, spe allecti,

[a] impertient *ms.*

[1] Vide, sis, quae de eo dicuntur apud *Epist. P. Salmeronis*, I, 301, 543.

[2] Ex autographo in codice *Gal. 53*, 2 ff., n, 34; prius 23, 24.

velut qui diu delitescentes in antro, tandem clara luce potiti, sine labore amplectuntur laborem; sic labor optatus fratribus esset quies.

3. Nec interim sibi desunt in expoliendis moribus, nam pro virili virtutibus incumbunt ex animo sue carni aduersantes; ita vt multi ciues mirentur illorum modestiam. Adhuc nouissime quidam haud vulgaris conditionis diu stetit pro foribus huius domus cum quibusdam aliis obseruans domum ingredientes: ah, inquit, lubentissime suspicio illam iuuentutem adeo modestam, vt nihil cum mundo commune videatur habere.

4. Ad reliqua iam accingor. Paternitas tua scit nobis esse consuetudinem audire confessiones multis in locis; sed quia solus sum sacerdos (preterquam quod aliquando quidam pius sacerdos studiosissimus nostri auxilium praestat apud Sanctum Germanum ex concessione R. P. D. Pascasii [1]), satisfacere omnibus non valeo.

5. A paucis diebus multe meretrices, diuina opitulante clementia, vitam mutarunt, cuius testimonium ferebant vberrime lachryme; et deplorati ac flagitiossimi multi recipiunt se ad frugem. Et nouissime homo quidam inter confitendum dicebat se videre ingentem turbam demonum, et vix posse se continere quin alta voce clamaret, quamuis circunstaret copiosissimus coetus populi; et tantisper, dum sic agitabatur, conabatur se paulatim a me submouere; tandem pius et misericors Dominus misertus est illius et mei, et tum quietus remansit. Obnixe oro Paternitatem tuam precari, quatenus dignetur Dominus conseruare illi mentem bonam.

6. His feriis Penthecostes fuit maior confitentium concursus quam antea apud Sanctum Cosmam; praecipue multe egregie domine, vxores illorum qui in parte moderantur rempublicam, affuerunt, que ante videbantur nos contem-

---

[1] P. Paschasius Broet qui paulo ante Romam ad generalem conventum ordinis profectus fuerat.

ptui habere. Initio non assentiebar, ne exosos redderem nos curioni aut eius vicario; demum insistentibus dixi me non libenter id facturum sine licentia curionis. Statim vicarius ab illis persuasus, ad me accessit, dicens mihi integrum esse quicquid vellem. Tunc audiui quotquot potui, quamdiu licuit per tempus; quibus, non ego, sed Dominus satisfecit abunde. Tantummodo fuit ingens contentio de non recipienda pecunia.

7. Est etiam nobis negotium circa infirmos. Vbi nouissime occubuit nobilissima quedam matrona, studiosissima nostrae Societatis, a qua discedere vix erat mihi concessum, donec exalauit animam adeo felici morte, vt nullus non speret illam iam esse per misericordiam Dei inter conciues paradisi, omni soluto purgatorii dolore.

8. Quantum ad alia exercitia, triceps ille rabidus canis nunquam non mussitat; fuit enim inter scolasticos et 8 magistratus huius vrbis concitatus hoc proxime elapso mense tumultus, vt mare celo miscerent ob litigium cuiusdam prati quod vtrique ambiunt. Nec defuerunt nonnulli ab antiquo hoste suscitati, qui dicerent nos tantam rerum perturbationem reipublicae attulisse. Diebus multis durauit bellum pro foribus huius domus: quidam dicebant, tentantes nobis inuidiam facere cohorti, jesuiste nos petunt lapidibus (sic enim nos vocant); et certe mirum est totam illam turbam nos non inuasisse ad illam vocem et ob rumorem quem iam sparserant; sed de omnibus his malis et multis aliis precedentibus eripuit nos Dominus. Illi soli honor et gloria, qui hactenus militauit pro nobis, et seruauit hunc gregem suum incolumem, licet multi alii ciciderunt gladio. Haec scribo, R. P., vt non graueris gratias agere Domino Deo, qui nos liberauit ab hoste maligno, qui in hoc tumultu nos inuoluere tentabat.

9. Caeterum est adhuc bona spes prospere valetudinis domini episcopi claromontani [1]. Concedat Dominus vt

[1] Gulielmus a Prato. Vixit usque ad annum 1560. Cf. *Lainii Monum.*, V, 322 sqq.

omnia cedant in gloriam suam et salutem animarum. Nam ante multo tempore visus fuit alterum pedem habere in scapulo, vt iam propemodum adnumeraretur inter mortuos; nunc vero paulatim in dies conualescit. Hec sunt, R. Pater, quorum nunc monere T. R. decreuimus. Faxit Deus Opt. Max. vt anime iacentes in puluere mundane cupiditatis, edocte vnctione spiritus et ministerio verbi Dei, excutiant illum leteum soporem, et tandem vna nobiscum vitam consequantur eternam. Interim pusillanimitate nos compressos [a] iuuabis (si lubet) praecibus ac sacrificiis. Lutetie Parisiorum 4 Junii 1557.

R. P. T. indignissimus filius,

NICOLAUS BELLEFILLE [1].

Inscriptio. † Rdo. in Xpo. Pri. Dno. Jacobo Laynez, vicario generali Societatis nominis Jesu. In aedibus beatae Mariae della Strada. Romae.

65

HENRICUS SOMALIUS

COLONIA 5 JUNII 1557 [2].

1. *Bona existimatio collegii coloniensis in dies augetur.*—**2.** *Catechismus Canisii et alter brevior Gaudani magni fiunt, et ubique divulgantur.*—**3.** *Discipuli ad confessionem accedunt.*—**4.** *Iterum de magna existimatione ipsius collegii.*

1. † Jhus. Pax Christi. Jam quidem, Rde. in Christo Pater, pauca sese offerunt scribenda: nam non a multis diebus ad R. T. scriptum fuit [3]. Alias, ut spero, ceu confido potius, uberior scribendi occasio dabitur. Nostra tamen quotidie incrementum capiunt, nostrorumque diligentia ac

---

a ampressos *ms.*

---

[1] Vid. pag. 51, annot. 2.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 185,* 1 fol., n. 116; prius 396.

[3] Vide supra, epist. 58.

pietas fere in omnes amorem ingenerat. Taceo de finitimis ciuitatibus, cum etiam remotae proculque a Colonia distantes urbes Societatem praedicent; studia quae hactenus fuerunt sopita, a nostris tandem aliquando fuisse excitata, passim circumfertur. Is rumor cum ad aulam ducis juliacensis esset delatus, ad nos fuit missus primi fere in officio apud ducem eundem nepos.

2. Vterque catechismus, scilicet Patris Canisii latinus, et Patris Gaudani germanicus [1], plurimi Coloniae fit. Sunt nonnulli, ut hisce diebus mihi significatum fuit, qui illis libellis student sibi quam plurimos deuincire, alii uero eos mnemosini loco amicis donant. Etsi latinus Patris Canisii catechismus sit Viennae, Louanii, Leodiique excusus, tamen est hic typographus, qui mirum in modum flagrat eundem excudere; estque ille ipse pollicitus, se non distracturum amplius libros haereticos. Concionator praeterea francfordianus, qui solus in ea celeberrima et frequentissima urbe catholicus est, apud omnes magnopere commendat eundem catechismum, et ultro typographis suam operam, ut uertat e latino in germanicum sermonem, ad communem reipublicae usum pollicetur.

3. Hodie, heri etiam, in audiendis confessionibus nostrorum discipulorum Patres plurimum fuerunt occupati.

4. Nescio quid cogitare uelim, adeo nomen huius collegii percrebuit, ut in omnium ore sit ac sermone. Multi nos solos plures adolescentes habere fatentur, quam in aliis gymnasiis habeantur; tamen gymnasium montanum 100 habet dialecticos, non recenseo philosophos et grammaticos et quam multi sint in aliis scholis. Certe plura nobis deferunt quam quae agnoscamus. Omnes nostrorum diligentia et in docendo charitas, simul etiam doctrina iuncta pietate suspensos tenet.

De iis rebus, quae quotidie fiunt, sileo, cum satis plene eorum ratio fuerit alias explicata. Dominus Deus promo-

---

[1] Vide pag. 232.

ueat nostros conatus, ut illi posthac ampliorem fructum referamus. Vale. Coloniae pridie Penthecostes 1557.

V. R. filius indignus,

HENRICUS SOMALIUS [1].

Inscriptio. † Rdo. in Chro. Patri, P. Jacobo Laynezio, Societatis Jesu generali vicario. Romae. Apud Stm. Marcum.

Sigilli vestigium.

66

MARCUS DE VALDES

PERUSIO 6 JUNII 1557 [2].

1-2. *Fratres bene se gerunt et bona utuntur valetudine.*—3. *Quinque juvenes in Societatem admissi.*—4. *Confessarii nostri impares sunt, ut ingenti poenitentium numero satisfacere queant.*—*Homicidium consummari impedit unus e nostris fratribus.*—5. *Viginti cives ad bonam frugem perducti.*—6. *De numero scholasticorum et de eorum bona institutione.*—7. *De quodam dialogo ac de oratione coram legato pontificis et episcopo recitata.*

1. † La pace et gratia dil nostro Signore Giesù Christo sia sempre ne li cuori nostri. Molto Rdo. in Christo Padre. Breuemente la R. V. auisaremo et de li fratelli di questo collegio et del frutto et frequentia dele [a] schuole et anchora dil frutto circa le cose spirituali, aciochè di quelle quantunche picole siano, si renda gloria et laude al nostro S. Iddio.

2. Li nostri fratelli secondo il mio poco iudicio cusì se portano, che in quanto a quello che s'apertiene ai buoni costumi et uita, non si lasci cosa alcuna; per il che tutti sa-

[a] *Emendatum videtur in* nele.

[1] Vide pag. 141, annot. 1.

[2] Ex autographo, in codice *Ital. 108,* 2 ff., nn, 263, 264; prius 233, 234. Exstat exemplum latinum ab eodem scriptum et a Polanco castigatum, in codice *Rom. 126 A,* nn. 19, 20; prius 49, 50. Concordat cum exemplo italo.

tisfanno al suo offitio et al populo, ali qualli grandemente desideramo giouare; et per gratia de Iddio stiamo tutti bene, quantunche alcune uolte ci sucedano alcuni ligiere indispusitioni; et benchè ci infastidiscano un puoco, non per questo si mancha al nostro offitio.

3. Sono riceuuti in la Compagnia cinche giouani di buon ingegno et gran speranza, qualli habbiamo mandato in Roma [a].

4. Circa il numero de li nostri deuoti et confitenti, da giorno in giorno si aumenta. Hoggi [1] u'è stato tanto concorso che non posseuan tuti stare dentro la chiesa; a li qualli secondo le nostre forze habbiamo sodisfatto, benchè per la incomodità de sacerdoti, non si è possuto fare tutto quello che si desideraua. Molti sonno che neli suoi negotii se conségliano con li nostri Padri, aciò non s'inganino o per ignoranza o per affetione propria. Molti altri siando afflitti, chi da infirmità, et chi da altri trauagli, a li qualli siamo sotto posti, con li loro consegli [b] restano consolati. Frequentemente uisitano le pregioni et li hospitali aciochè non si habbia manco cura de l'anime che de i corpi. Li giorni passati andando certi di nostri a spa[sso] per la campagna (il che soglian fare per la incomodità che habbiano di stanz[e]), incontrorno un certo contadino, il qualle si era deliberato d'amazzare non so chi altro, dal qualle haueua receuuto alcune iniurie; et uedendolo uno de nostri fratelli col uolto si turbato che dimostraua chiaro inditio del animo suo, sepe si ben fare, che si fe scoprire tuta la cosa, et con le sue essortationi l'indusse a rimetere la iniuria et far pace col suo inimico. Finalmente pochi giorni dopoi si uene a confessare nella nostra chiesa, sì come promesso haueua al nostro fratello.

5. In un certo castello qui uicino, predicando un di no-

[a] *18 vv. praeced. scripta sunt in margine eadem manu.* —[b] segli *ms.*

[1] Eo anno festum Pentecostes incidit in diem 6 Junii.

stri fratelli questa settimana santa, ui erano circa vinti persone le qualle non si poteuano indurre per modo nessun alla confessione, aciochè non fossero streti a lasciare li loro peccati; finalmente si confessorono et ritornoro [*sic*] di nuouo al buon uiuere, non senza admiratione de tutto il populo. Sia sempre laude et gloria al Signore nostro; perchè noi siamo serui inutili che douendoli molto a poche cose sodisfacemo.

6. In quanto apertiene alle schuole, li nostri scholari secondo che posson, sono amaestrati nele lettere et buoni costumi. Sonno più di ducento, benchè attendemo a licentiare quelli che cominciano a leggere, perchè si uolessemo admetere tutti indiferentemente, sariano piene le schuole nostre. Li mastri sono honorati et amati da tuti, benchè anchora non si acquietenno coloro che primamente ci molestauano; ma non è marauiglia, imperochè pensano esserli conueniente; ma di longo s'ingananno, perchè il uolgo non da così fede a le loro parolle, come prima; et più presto con le sue parolle a noi giouano, ch'altramente.

7. Si è recitato un dialogo nella nostra chiesa, intitolato il figliuolo prodigo; et anchora nella chiesa cathedrale di S. Lorenzo si è recitata una oratione de summo bono con gran concorso di persone et sodisfatione de tutti. Furono presente li signori de la cità et molti dottori; et Mons.re legato di sua santità insieme col uescouo [1] lodò la cosa et l'instituto de la Compagnia in presentia de tutti. E siandoli detto che un certo maestro già primo di questa uniuersità diceua non essere la oratione tutta composta da quello che la recitò, rispose questo essere detto per inuidia, perchè la oratione in se demostraua essere stata composta da un solo authore, come che gl'era. Monsignore vescouo ha cura de le nostre cose più che mai; manda nele schuole nostre tuti li soi amici et parenti, et essorta tuti li altri a fare il simile, et presto farà la uisita per la sua diocesi, et

[1] Hippolytus Corneus. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 113.

ha deliberato menar seco il nostro Padre rettore [1], per seruirse di la sua opera et conseglio. [*Preces postulat.*]

Di Peroggia a dì sei di Jugno 1557.

Di mandato dil Padre rettore, di V. P. humile in Christo figliuolo,

MARCO DE VALDES [2].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo P., il P. Mro. Jacomo Laynez, vicario generale di la Compagnia di Giesù, a Roma.

67

URSMARUS GOISSONIUS

PRAGA 11 JUNII 1557 [3].

1. *De statu collegii, de variis classibus earumque magistris.*— 2. *P. Henricus coram principe concionaturus.—Bohemicus concionator desideratur.*—3-4. *Florianus et Gaspar colaphis caeduntur a militibus, a quibus postea nostri honore afficiuntur.*—5. *Nobilis vir munera nostris mittit.—Multi adolescentes ex oppidis finitimis scholas nostras frequentant.*—6. *Pauci ad scholam theologiae accedunt.*—7. *Iterum de necessitate concionatoris bohemici.* 8. *Aliquot hussitae suos pueros e nostris scholis educunt, quorum loco discipuli catholici veniunt.*—9. *De monasterio oybinensi.*— 10. *De cantu in templo nostro.*—11. *Pueri in scholam veniunt diebus dominicis et festis.*—12. *Multi hispani et itali ad nostrum templum veniunt sacramenta suscepturi.*—13. *De morte misera cujusdam itali.*—14. *Pater Adalberti nostris reconciliatus.*— 15. *Dr. Tilanus et magister Gulielmus Praga discedunt.*— 16. *De domestica disciplina.*

1. † Jhs. Pax Christi. Rde. Pater. *Literas V. R. accepimus 3 Junii cum aliis quadrimestribus: nostras uero*

---

[1] P. Everardus Mercurianus. Cf. *Lainii Monum.*, II, 289-290.

[2] Vide supra, pag. 105, annot. 1.

[3] Ex originali a Polanco emendato in codice *Germ. 185,* 3 ff., nn. 121-123: prius 67-70. Quae Polancus emendavit, in annotationibus exhibemus; quae autem ab eodem oblitterata sunt, litteris italicis in textu notamus. Exemplum juxta emendationes et lituras invenitur in eodem codice, ff. 118-119.

Romam misimus in octauis Paschae [1], *quae (ni fallor) loco quadrimestrium haberi poterunt. Nunc tamen iterum* paucis perstringemus quid rerum Pragae *nobiscum* [a] agatur.

In primis omnes sumus sani, tum corpore, tum (ut spero) spiritu per Dei optimi maximi misericordiam. Nouos aliquot iuuenes *recepimus*, qui se [b] in omnibus resignare student atque in domus officiis sese exercent. Aliqui solent ad nos uenire, orantes ut recipiantur, *ex quibus* qui*dam* afficiuntur iugo suaui Christi paulatim; quidam uero impatientes [c] recedunt. *Veruntamen ex huiusmodi constantes perseuerant aliqui, ex quibus* quendam [d] germanum nouitium, humillimum (qui grammaticam audire solebat in priuatis scholis), praefecimus classi puerorum, qui principia grammatices *recitant* [e] et hi sunt penultimae classis. Alium quendam praefecimus minimae classi puerorum discentium legere et alphabetum, et hic est bohaemus, ut bohaemice possit cum eis agere. Gasparum [2] *uero* [f] classi Floriani [3], in qua pueri discunt quidem principia grammatices [g], sed alii prouectiores sunt aliis, atque illi a paucis hebdomadibus coeperunt audire Ciceronis selectarum epistolarum explicationem bohaemicam et germanicam, quia altiorum sunt minime capaces; sed et hoc ipsum praecipue fecimus, ut imbecillitati parentum satisfieret, qui conquerebantur filios suos nihil aliud quam illa rudia discere, nec progredi. Tales sunt his in partibus parentes, ut nisi statim magnam aliquam mutationem uiderint in pueris et profectum, putent nihil *sibi* fieri. Itaque consultum fuit, ut

[a] apud nos. —[b] admissimus [*sic*], qui se totos. —[c] impatientes morae. —[d] quendam ex his. —[e] tractant. —[f] vero nostrum. —[g] *Haec 5 vv. prius obli't., dein restituta sunt punctis infra positis.*

[1] Vide supra, pag. 172. Forte ad illas alludit.

[2] Vide pag. 21, annot. 1.

[3] Ibid., annot. 3. In antiquo «catalogo fratrum germanicae superioris Provinciae» (cod. *Germ. 131,* fol. 237) dicitur ex Carinthea. Anno 1560 e Societate dimissus fuit. Cf. Braunsberger, *Canisii epist.,* II, 717, 735.

pro forma, et ut paulatim linguae latinae praegustarent usum, et parentibus aliquid maius pollicerentur, has epistolas audirent. Cuperemus mitti nobis Terentium repurgatum (ut opinamur) a R. Patre Frusio piae memoriae; comoedias pias et dialogos: *illum, inquam, qui habitus fuit a nostris in natiuitate Christi, cui introducuntur judaeus, gentilis, philosophus, etc.*, *similesque* [a], qui pietatem facete doceant, potius quam hos homines circa controuersa mordeant: quod alibi scimus liberius posse fieri quam hic, ubi pauci sunt non corrupti, imo inter gentes esse uidemur, adeo sunt omnia superstitionibus hic *ubique* plena.

2. Magister Henricus [1] concionabitur coram principe die dominico proximo, quem uoluit audire. Si placeant conciones, uelitque eum concionari singulis diebus dominicis, alium oportebit nobis, id est, nostrae ecclesiae quaerere, qui utinam bohemus esse possit, qui breui Roma mittatur. Florianum, qui hactenus in scholis pueris praefuit, statuimus concionibus dare operam germanicis, simulque rhetoricae quibusdam horis in die, curareque ut singulis diebus a nouitiis per horam audiat catechismum recitantes, et illum iisdem explicet *regulasque singulorum cum lectione regularum communium Societatis*. Aliique fratres sese exercent hoc modo, ut quidam sibi deligant aliquos, qui eos mortificent et in humilitate exerceant.

3. *Quidam frater viennensis fuit saepe tentatus de redeundo Viennam. Verum iam nullo modo uult reuerti. Dicit enim fratres viennenses sunt nimis delicati, ego uolo solidior fieri, ante quam reuertar Viennam.* Foris quandoque exercentur fratres in patientia. His enim diebus *colaphis infractis,* cum in ciuitate multi adessent

---

[a] *In margine alia manu haec addita fuerant:* adferri rogamus etiam Patrum hystorias, id est, Vitas sanctorum per episcopum veronensem; epistolas S. Katherine de Senis latine; Vitas Patrum heremitarum; *quae etiam deleta sunt.*

---

[1] P. Henricus Blissemius, theologiae lector.

saxones milites, contigit Florianum et Gasparum *ire* [a] ad concionem, quae fiebat in Sto. Jacobo; *salubriter attrectati sunt* [b]. Cum autem quidam illorum militum uiderent nostros, coeperunt blasphaemare *et iurare* usque ad stuporem hominis cuiusuis sani iudicii, dicentes: quod ipsos suspenderent, uenitque unus et trusit Gasparum uehementer, ita ut paene ceciderit in terram. *Ipsi uero* dicebant [c]: vos pessimi, quare non fertis uestes uti nos? Quid sic [d] inceditis? Nostri uero humiliter se substraxerunt et abierunt.

4. Altera uero die in plateis, cum multi ex illis *obuiarent* [e] nostris (mirabilis mutatio), omnes et singuli caput aperuerunt reuerenter. Et hoc utrumque saepius et *diuisis* [f] factum fuit, ut facile appareat in hoc ueritatem a pessimis etiam hominibus non posse non laudari.

5. Quidam *baro* [g] cuius filii uisitant nostras scholas, misit *ad nos unum porcum mactatum magnum: uas magnum butyri: aliud uas pinguedinis porcinae pro condiendis cibis: tres caseos magnos bohaemicos: quadraginta alios minores caseos bohemicos cum duabus uitreis fenestris, quas persoluit et affixit scholis* [h]. Expectamus adhuc alios duos nobilium baronum *filios* [i] nostras scholas *uisitaturos* [j]. Ex ciuitatibus et locis uicinis Germaniae ueniunt adolescentes ob studia, quae dicuntur apud Sanctum Clementem uigere; sed cum non habeant *ubi* [k] se possint recipere [l] *et sustentare*, uel remittuntur, *aut* [m] coguntur uersari cum hussitis, inter quos plane periclitantur, *nec scholas nostras nisi quandoque uisitant.* Aliqui sunt catholici, qui cum hussitis habitant, a quibus et sollicite lacessuntur, si quo modo possint a nostris scholis auocari. Vt autem his malis occurratur, uidetur opus esse *tempo-*

---

[a] euntes. —[b] colaphis cedi. —[c] Dicebant autem. —[d] *Hoc v. supra vers. eadem manu additum.* —[e] occurrerent. —[f] diuersis. —[g] vir nobilis. —[h] misis multis donis, suam beneuolentiam in nos est testatus. —[i] (vt vocant) filios qui ad. —[j] propediem venient. —[k] quo. —[l] tuto recipere. —[m] vel.

ris successu, patienti tolerantia, tum etiam bohemicis operariis, bene in nostra *uocatione* [a] fundatis.

6. Jam in proximo festo Pentecostes orationem habuit magister Gerardus [1] in arce, sed et auspicabitur lectionem catechismi, in gratiam iuniorum sacerdotum arcis, diebus dominicis ac festiuis; *proxime incipiet, deinde prosecuturus:* Pater Hurtadus [2] *eandem* [b] lectionem iisdem diebus prosequitur scholasticis et aliis ext*raneis* [c] in collegio nostro, *cui pauci auditores intersunt, praeter nostros fratres et aliquot studiosos ordinarios, sex aut septem, quandoque tamen plures, sed instabiles.* Paucos *etiam semper* habemus maiorum classium stabiles auditores *nisi sex aut septem: quare* successu temporis possemus eas implere nostris, donec interim alii minorum classium promoueantur, quod aliquando per Dei gratiam fore speramus.

7. A nobis uero, quamuis hohemice disca*tur* [d], tamen sine conuersatione [e] difficulter quid [f] uidetur *fieri* [g] posse, licet ii *nostrum* [h] qui scholis puerorum praesunt, *nos alios* [i] ea in lingua longe uincant. Hinc illud est quod bohaemum sacerdotem, confessorem et concionatorem *agentem,* uel etiam, si fieri posset, plures, multi amici desidera*rent* [j], dicuntque ea nos ratione *facturos* [k] fructum. Sed et plebecula hoc sibi desiderandum non raro fatetur. Dicit enim nos sibi posse prodesse, si haberemus qui secum possit agere familiariter, hoc est bohaemice. Nam (inquiunt), si nos dicant agere male (sic enim etiam nobis tacentibus existimant nos dicere), uelimus rem ipsam ab eis cognoscere; *et* cum [l] nostri bohaemi hoc dicant, ipsi uero jesuitae

---

[a] vocatione; *obscure exaratum fuerat hoc v. in ms.* —[b] consuetam. —[c] externis. —[d] discamus. —[e] conuersatione maiore. —[f] quid magnum in ea lingua. —[g] praestari. —[h] ex nostris. —[i] reliquos. —[j] desiderant. —[k] vberiorem percepturos. —[l] cum enim.

---

[1] Gerardus Werdenus. Supra, pag. 167, annot. 2. Festum Pentecostes eo anno in diem 6 Junii incidit.

[2] P. Hurtadus Perez. Supra, pag. 170, annot. 2.

dicant contrarium, utris credemus? *et maxime* cum eorum rationes non audiamus. Ego uero *(ut aiunt quidam)* [a] neutris credam, sed unico Christo adhaerebo. Haec bohaemicum uulgus, non germani indurati in lutheranismo et in dies in peius proficientes in errore suo.

8. Aliquot hussitae retraxerunt suos [b], sed plures solito habemus pueros catholicos egregios, proficientes admodum. Auersionem autem illam, quam a nobis bohaemi hactenus habuerunt, refricuerunt magistri collegii ueteris, ut nobis omnes discipulos possent eripere. Verum Dominus tanto plures catholicos nobis mittit [c]; hussitas uero uidemus euanescere in omnibus quae faciunt, et in fumum conuerti quicquid laborent.

9. *Regia maiestas poterit offendi (ut monent nostri amici) nisi mittamus aliquot in Oybin* [1], *qui peragant ibi sacra, rudemque populum circumuicinum doceant: rem temporalem dirigant: sumptibus superfluis parcant, qui sunt in Oybin. Nam anno iam elapso prior quingentos consumpsit daleros cum centum quos illi dederat P. Canisius, cum primum esset ibi: hoc quidem anno concessimus eo, comitantibus dominis praeposito* [2] *et hospitalensi* [3]*): reliquis centum qui supererant (nam sexcentos solum accepimus) rei familiari arcis Oybin dicatis. Ipse uero dominus Balthasar* [4] *admodum aegre tulit quod accepissemus has pecunias, eique nil nisi centum et quindecim reliquissemus pro medio anno: uoluimus cum eo pacisci, ut certam summam acciperet singulis annis: obtulimus ei trecentos: at nullo modo uoluit acquiescere: sed respondit se tantum uelle, quantum esset necessarium*

---

[a] aiunt aliqui. —[b] suos a nobis. —[c] mittit, qui valde proficiunt.

---

[1] Vide supra, pag. 27.
[2] Ibid., annot. 1.
[3] Antonius Brus (de Muglitz). Supra, pag. 175.
[4] De priori monasterii oibinensis, qui hoc nomine appellabatur, sermo esse videtur.

suae familiae; hoc uero se non posse scire: sicque nolle certam aliquam summam accipere.

10. *Quod ad missas attinet quae fiunt in nostro templo, num debeamus in eo haereticos relinquere, dum sacrum fit aut coram eis celebrare: num possimus in domibus haereticorum et illorum quidem sub utraque celebrare, quando contingit quempiam catholicum ibi morari, cupereque sibi missam coram fieri. Canere persistimus utcunque, donec isthinc quid certi sciamus: nondum libros aptauimus: nondum pueros cantum docuimus, quum tamen satis frequentes dominicis ac festis diebus (nam prophanis omnes simul pueri hora septima eam audiunt) sacrae missae intersint homines.*

11. Pueri singulis dominicis ac festis ad scholam ueniunt hora sexta, quibus aliquid pii praelegitur, germanis a praeceptore Balthasare [1], bohaemis a Gaspare.

12. Ante festum Paschae ducenti aut plures (si bene memini) hispani et itali sacrificiis nostris interfuerunt; et confessi, sacrum Xi. corpus perceperunt. Quidam illorum, magni uiri, utpote *magnificus dominus* legatus venetorum [2], cum sua familia, dominus G*o*usma*n*nus [3], hispanus, *proximus regiae maiestati,* plaerique [a] alii nobiles, tum uiri, tum foeminae, *et eorum uxores.*

In confessionibus audiendis accidit, ut nonnulli ad mortem usque aegrotantes, confessi et communicati, miraculo*se* [b] sanitati prorsus restituti sint.

13. Italus quidam, frater Andreae nostri coci, prae ira et impatientia, morte satis dura clausit diem extremum, iusto Dei iudicio, ut etiam caeteri itali timorem hauserint non mediocrem, fassique sint non debere contra Dei uoluntatem uocationem piam alicuius *disturbari et* impediri.

---

[a] et plerique. —[b] magno cum miraculo.

---

[1] Vide pag. 21, annot. 4.
[2] Pag. 173, annot. 2.
[3] Martinus de Guzman.

Cum*que* hic moreretur, dixit, si conualesceret, possetque liber esse ab uxore, se libenter eundem statum arrepturum, nec unquam fratris uocationi contradicturum. Obiit tamen (mirabile dictu) spina dorsi eius quodammodo fracta et in uentrem inflexa, colloque incuruato, ut, neque os aperire, neque caput erigere potuerit, et absque confessione.

14. Pater Adalberti [a] [1] semel coenauit nobiscum ualde hilaris, adeoque fauet filii uocationi, ut consentiat ipsum Romam uenire, modo remittatur [b] operarius uineae bohaemicae, nec alio ablegetur. Hoc idem saepius inculcauit, potius quam innuit, D. praepositus ne hoc fieret, sed huc remitteretur; fieret enim, inquit, ut plures bohemi eius exemplo sese dederent Societati.

15. *Ab illo die, quo D. Tilanus* [2] *et Guilielmus* [3] *hinc discesserunt, incredibili quiete et pace paulatim frui nos sensimus: faxit Deus ut semper crescat in cordibus nostris. Causam utriusque in primis literis inserui, quas circa festum paschae misi. Bis regiae maiestati locutus sum pro negocio collegii, de debitis soluendis, de fouendis scholasticis et de quibusdam aliis, quorum quaedam sunt exequuta, ut uidere licet his literis, quaedam uero non, eo quod dominis de camera sit commisum negocium, cui cum non facile faueant, ecclesiasticarum rerum non ualde diligentes, cum eorum maxima pars infecta sit lutheranismo, expectanda est maior opportunitas.*

16. Multa particulatim essent *bene* recensenda, ut, inter caetera, singularis quaedam promptitudo fratrum, etiam nouitiorum, ad disciplinas aliasque uarias mortificationes [c], lubentissime ac maxima cum auiditate subeundas; sed breuitati studentes, finem facimus.

---

[a] nostri Adalberti boëmi, qui prius nos tanquam impostores filii apud praepositum accusauerat. —[b] remittatur aliquando. ——[c] mortificationes, his regionibus satis inauditas.

---

[1] Supra, pag. 28 sqq.

[2] P. Joannes Tilanus. Supra, pag. 167, annot. 3.

[3] Gulielmus Geldrensis. Cf. BRAUNSBERGER, loc. cit., II, 60, 159.

[*Preces rogat, prospera optat.*]

Pragae in collegio Sti. Clementis 1557, Junii vndecimo.

V. R. Paternitatis seruus in X.º,

URSMARUS GOISSONIUS [1].

Inscriptio: † Rdo. in Christo Patri Jacobo Laynes, generali vicario Societatis Jesu, patri meo in Christo semper obseruando. Romae.

Sigilli vestigium.

68

P. JOANNES GESTI

BARCINONE 16 JUNII 1557 [2].

1. *De litteris Roma acceptis.—De quodam servo filiae Joannis de Vega.—Ipse Joannes Barcinone expectatus.*—2. *A praeteritis infirmitatibus liberi, socii bene valent.*—3. *Episcopus petit, ut P. Govierno casus conscientiae in templo maximo legat.*—4. *Idem praesul doctrinam christianam per dioecesim a nostratibus edoceri cupit.*—5. *Puellas inopia laborantes in orphanotrophio colligi curant nostri.*—6. *De aliquibus ad meliorem frugem, nostratum ministerio, conversis.*

1. † Ihs. Muy Rdo. Padre nuestro en Chro. Pax Chri., etc. Por la del mes passado avisé a V. P. del recibo de las de 30 de Henero y de 20 de Hebrero, que recebimos a 4 de Mayo, y se embiaron al P.ᵉ Francisco [3]; y la póliça que venía para Valencia, se embió allá; y avisamos cómo el captiuo o criado de la hija del señor virrey de Sicilia [4], que de allá piden, está aquí aprendiendo officio de bordador. Ya le hauemos hablado; y al principio se hacía dificultoso de tornar allá, pero agora ya dize que sería contento de yr allá, si passassen algunos de la Compañía. Pensamos que

---

[1] Collegii rector.

[2] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 1 fol., n. 114; prius 199.

[3] P. Franciscus Borgia, commissarius.

[4] Elisabeth de Vega, Joannis proregis filia, comitissa de Luna, ducissa Bibonae.

dentro breues días estará aquí el virrey, que, según dizen, viene con dos galeras [1]; y ya ha llegado aquí su recámara; y procuraremos que vn hermano que aquí ha venido de Portugal, que se llama Joán Antonio de Boloña, que, según muestra, fué embiado en peregrinación a Santiago, se embarque en las galeras y podrán yr los dos.

2. Después de las vltimas que escreuimos, siempre hauemos estado con enfermos; y por prouar en esta tierra muy mal vn hermano castellano que de Alcalá nos embiaron, ha sido forçado embiarle a Çaragoça. Agora todos estamos con salud, gloria a Dios, aunque algunos andan flacos.

3. Auisamos al Padre maestro Baptista [2] de la petición del señor obispo [3] sobre la lición de casos de consciencia; pide que Mro. Gouierno [4] lea en la yglesia mayor; y ha escrito que se accepte y assí pienso se empeçará el lunes.

4. También pide su señoría que se prosiga lo que se empeçó, de enseñar la doctrina xpiana. por la diócesis [a]: no sé si, por ser pocos, y el tiempo muy caluroso, se podrá hazer; a lo menos por agora aquí perseueramos siempre de enseñarla en nuestra yglesia, y hauemos procurado que agora se enseñe [b] a los niños huérfanos en su casa, que hasta aquí no se hazía; y quando estén bien exercitados en ella podráse ayudar dellos el señor obispo, como haze el de Gerona.

5. Nuestro Señor ha visitado este año con hambre y muchas enfermedades esta tierra, que nos ha dado grande causa de exercitar la charidad con los próximos; y porque

---

[a] *Vox dubiae lectionis.* —[b] enseña *ms.*

---

[1] Joannes de Vega, officio proregis functus, et praeses Consilii regii Hispaniae nominatus, ad Hispaniam revertebatur. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 326.

[2] P. Joannes Bta. de Barma, provinciae Aragoniae moderator.

[3] Jacobus Cazador.

[4] P. Michaël Govierno. Vide supra, pag. 195, annot. 2.

andan muchas niñas pidiendo por Dios, y dellas se pierden muchas, trabajamos de persuadir a los que lo han de hazer, que hagan vna casa de huérfanas; porque la que el P.e maestro Fabro [1] empeçó, se deshizo; y agora no ay ninguna. Desto y de vna casa de conuertidas ay mucha falta en esta ciudad; porque, por no hauer donde se acoger, con mucha dificultad se conuierte alguna. Todavía por la bondad del Señor se han conuertido algunas, y perseueran bien.

6. También estos días se ha procurado de tornar vn apóstata a su religión; y los de otra religión han recogido otro muy buen predicador, que daua mucho escándalo en esta ciudad. En muchas otras cosas se sirue nuestro Señor; que, por no ser largo, dexo de escreuir. Plega a su diuina magestad darnos gracia para perseuerar y aprouechar en su diuino seruicio. Amén. De Barcelona 16 de Junio 1557.

De V. P. inutilísimo hijo y sieruo en X.º,

†
Gestí [2].

Inscriptio. † Al muy Rdo. Padre nuestro en Chro., el Padre Mro. Laýnez, vicario general de la Compañía de Ihs. en Roma.

---

[1] P. Petrus Faber, qui anno 1541-1542, et 1546 per aliquod tempus Barcinone commoratus est.

[2] Collegii barcinonensis rector.

69

DIDACUS DE BAIRROS

OLISIPONE 17 JUNII 1557 [1].

1-4. *De valetudine, ministeriis et disciplina religiosa sociorum.*— **5**. *Duo catechumeni a nostratibus, regis jussu, in catholica religione instituuntur.*—**6**. *De officiis hebdomadis majoris.*—**7**. *Suffragia pro anima regis oblata.*—**8-11**. *De litterarum studiis ac de praemiis constitutis ad animos discipulorum excitandos ad laborem.*

1. † Gratia et pax Domini nostri Iesu Christi adsit semper cordibus nostris. Amen. Scribam, Reverende Pater, quae his proximis 4 mensibus acta sunt; sicut praecepit sancta obedientia, et primum de spirituali profectu, deinde de literarum studiis dicemus.

2. Omnes qui in hoc collegio sunt *(Christo gratias) valent; sunt tamen qui aliquando minus commoda vtuntur valetudine, sed non adeo vt solita exercitia intermittant:* in his se exercent, quae a sancta obedientia praescribuntur.

3. Patres in confessionibus audiendis, quarum magnus est numerus, et multo plures essent, si in nostro collegio foret copia Patrum, qui eorum votis possent satisfacere. Sed cum hoc sciant, in Diui Rochi [2], huius rei gratia, se conferunt, quo cum plures sint Patres, maximus fit concursus; apud nos tamen singulis diebus festis, bona pars hominum et mulierum sacrosanctum corpus Domini summa reuerentia et feruore suscipiunt, vt ex eorum lacrymis facile est videre. Habetur etiam aegrotorum et morientium ratio; ad idque Patres et diu et noctu saepe vocantur. In tanta denique hominum frequentia, vt est in hac vrbe, nun-

---

[1] Ex originali in codice *Lus. 51,* 2 ff., n. 17, 18; prius 103. Multa delevit et aliqua emendavit in hac epistola, ignota nobis manus. Obliterata litteris italicis in textu damus; emendationes autem in annotationibus exhibemus.

[2] Templum sc. domus professae olisiponensis.

quam desunt sanctae occupationes, *si non* [a] deessent operarii, praesertim in nostro collegio.

4. Et cum omnes et domi et foris praescripto sibi ab obedientia munere fungantur, potissimum tamen in regulis et constitutionibus obseruandis summam vnusquisque adhibet diligentiam, impositis aliquando poenitentiis.

5. Rex noster [1], dum viueret, cum esset religionis christianae studiosus, duos catechumenos nobis comisit in fidei praeceptis erudiendos, *cum alia multa id genus facere semper solitus esset*, quorum alter *est* maurus, alter vero hebraeus *erat, sed non natione*, *nam Olyssipponi natus et inter hebraeos educatus mosaicaque lege et cerimoniis a parentibus instructus fuit;* hic *tanto* [b] ingenio praeditus est, vt breui magnos progressus in fidei nostrae praeceptis fecerit; *ille vero cum non tantum ingenio valeret, non ita processit. Satis tamen* [c] commode in ea re se gessit. Iam salutari aqua eius crimina expiata sunt; et ambo adhuc apud nos sunt, quoniam ita rex iusserat, vt *magis* in christiana doctrina *informarentur* [d]. In doctrina [e] *quae singulis diębus festis in nostro templo habetur* [f], se exercet Pr. Marcus Prancudo, ad *quam* [g] audiendam magnus fit concursus.

6. In sancta ebdomada *more* nostro *et* instituto [h] diuina officia magno cultu celebrauimus. Nam quidam nobis dediti sepulchrum Domini magna pompa et apparatu *ita* construxere, *ut rochensibus antoniani non inuiderent. Omnia tandem facta sunt ad maiorem diuini nominis gloriam et laudem.*

7. Die quo rex mortuus est, apud nos omnes Patres pro eo *quinquies* sacrum fecerunt [i], *et cooperta sunt altaria,*

---

[a] Vtinam nec. —[b] eo. —[c] Alter etiam satis. —[d] confirmarentur. [e] doctrinae *ms.; sed forsan v. correctum est alia manu.* —[f] .chrianae. expositione. —[g] eamque. —[h] ex nostro instituto. —[i] [et] impositum [est] eis vt vnusquisque quinquies huius rei gratia sacrum faceret. *2 vv.* et, est *in charta non apparent.*

---

[1] Joannes III, qui diem supremum obierat die 11 Junii.

et fratres sacratissimum corpus Domini acceperunt, officia etiam de mortuis recitarunt.

8. Quod ad literarum studia attinet, *praeceptores aliquando minus commoda vtuntur valetudine, sed raro aut nunquam in classibus desiderantur. In literis etiam* multorum profectus apparet, et eorum animi excitari videntur, praesertim nunc; nam Patres his proximis diebus, cum vellent eorum animos ad literarum studia *allicere* [a], praemia ter in anno his, qui melius soluta et ligata oratione componerent, dari constituerunt. *Et huius rei gratia, constituto tempore, tribus in classibus thema eis proponitur, quod componit vnusquisque in sua classe; cum vero absolutum est, notarius quidam ex nostris ad id munus constitutus singulas classes inuisit, cui vnusquisque traddit suum thema, non subscripto nomine, sed tantum dicit notario quo nomine vocetur; tum notarius in quodam libro ad id constituto singulorum nomina scribit, quibusdam numeris in ipsis nominibus signatis; hi etiam signantur in thematis nominum numeris respondentes: exempli causa: Petrus numerus 75; haec in libro a notario; in themate tantum numerus 75: quando vero iudices iudicant, septuagessimum quintum numerum uictorem euasisse, tunc quaeritur in libro a notario in themate nomen scholastici qui tali numero signetur. Inuento nomine et numero, uictor declaratur. Haec omnia fiunt, ne* [b] *in iudicando judicum* [c] *sententia fauore aut gratia inclinetur. Cognitis personis hoc ordine et processu, dantur praemia his qui in certamine victores euadunt (sed in collegio nostro tantum data sunt semel hoc anno; sed paucis post diebus iterum dabuntur).*

9. In his [d] dandis hic modus seruatus est. Posita est in peristylio nostro cathedra tapetibus ornata, sedilibusque compositis, vt spectatores sederent, et mensa etiam tapetibus strata, in qua iudices et notarius sedebant, coramque

---

[a] inflammare. —[b] nec *ms.* —[c] judicium *ms.* —[d] autem.

praemiis propositis, vt ab omnibus uiderentur, et duobus pueris *pulchre et* eleganter vestitis ad mensam ex vtraque parte stantibus, qui interpretum officio fungebantur *(quos si mauis voca paranimphos).* His ita dispositis, primum oratio a quodam primae classis habita est, quae audit*orum* animos [a] summopere delectauit, *et omnium voce et aclamatione approbata est*; *qua* [b] habita, victores tres in oratione soluta ex tribus classibus primum per interpretes declarati sunt. Postea alter ex eadem classe cathedram ascendit et orationem graecam habuit, quae etiam placuit: hac habita, praedicto ordine declarantur victores in graeca oratione. Deinde eodem ordine nominantur ii qui primas in ligata oratione obtinuerunt; et vnusquisque horum cum nominaretur, a iudicibus praemiis per interpretes, quos supra diximus, donantur; qui antequam traderent praemia uictoribus, praecipiebant vnicuique [c] sua themata recitare; deinde quaedam disticha in eorum laudem magna voce proferebantur ab illis interpretibus, qui victoribus praemia tradebant, illosque sedere faciebant in quodam sedili, quod iudices in priuato loco, stratum tapetibus uictoribus constituerunt. Alterum vero his qui proximi accedebant, in alio loco positum erat; nam horum etiam ratio habebatur, et per eosdem interpretes declarati, pari humanitate et quibusdam etiam versibus ab eisdem excipiebantur, quibus significabant non mediocrem honorem esse iis, qui ad primas contendentes, in secundis et tertiis constiterunt.

10. *Vltimum* [d] habita est oratio carmine composita a quodam eiusdem classis, qua victoribus gratulabatur, et victos in spem erigebat. His actis, a iudicibus imperatum est per interpretes vt concio demitteretur. Omnia tandem feliciter et prospere euenerunt. Dimissa concione, iudices nostri, Pr. Marcus Prancudo et praeceptor primae classis,

---

[a] auditoribus placuit, et eorum animos. —[b] Ea. —[c] uniquique. *ms.* —[d] Postremo.

et secundae, uictores ad dominum Antonium [1], nepotem regis ex fratre, *detull*erunt [a]. Nam id a Patribus postulauerat, et sumptus quibus praemia victoribus emerentur nobis suppeditauerat, et in posterum se daturum pollicitus est. Quibus *allatis* [b] gauisus est, eosque summa humanitate excepit, vt tantum principem decebat, et eorum themata, quibus vnusquisque praemia sibi comparauerat, accepit diligenterque perlegit et victores laudauit, in summamque spem erexit. *Quanta alacritate puerorum animi his rebus afficiantur, dicere non est necesse, non enim te latet, Rde. Pater, natura hominibus insitum esse semper ad laudes aspirare, his exceptis, qui omne quod in mundo est iam pedibus traxere.*

11. *Dum haec geruntur, ecce Hieronymus Zorius* [2] *adest, eiusdem domini Antonii pedagogus, vir latinis et graecis doctus, qui visis thematibus latinis et graecis, non minore laetitia perfunctus est* [c]. [*Preces rogat.*]

Olyssipponi 15 calendas Iulii anno 1557.

Ex comissione reuerendi Patris Francisci Enrriquez,

† DIDACUS DE BAIROS [3].

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Chro. Padre, el Padre maestro Laínez, vicario general de la Compañía de Jesús, en Roma. 2.ª

---

a deduxerunt. —b adductis. —c Huiusmodi autem laudatore et praemiis relatis, puerorum animi excitantur ut diligentius studeant.

---

[1] Celeber D. Antonius, filius Ludovici, Joannis III fratris; qui postea Lusitaniae regni potiri voluit. Cf. SOUSA, *Historia genealogica da casa real portugueza*, III, 369 sqq.

[2] Dominus Hieronymus Osorio, Cicero lusitanus appellatus, qui anno 1564 episcopus silvensis creatus fuit. Cf. I. F. DA SILVA, *Diccionario bibliographico portuguez.*

[3] Vide superius, pag. 19, annot. 2.

70

PETRUS DE CABRERA

MURCIA 29 JUNII 1557 [1].

1-2. *Pestifera lue urbem depopulante, nostri bene valent, aegrotantesque spiritualibus auxiliis consolantur.*—3. *Frequens sacramentorum susceptio a Societate in eam urbem introducta.*—4-5. *Comoedia pia in nostro collegio coram magno et selecto auditorio exhibetur.*—6. *De fabrica collegii.*—7. *Pulcherrimum praedium cum villa Societati ab episcopo donatum.*—8. *De lectione magistri Sententiarum.*

1. † Muy Rdo. en Chro. Padre. Pax Chri., etc. Mucho tiempo ha que desse collegio de Roma no sabemos cosa alguna, de lo que mucho en el Señor nos consolaríamos, con uer cartas dessas partes. Bien pensamos ser parte los tiempos tan turbulentos y trabaiados. Gloria al Señor por todo.

2. En este collegio de Murçia, donde uine por orden del P.e D.or Baptista [2], stamos todos con salud corporal, que es mucho, según los muchos enfermos que en esta ciudad ay de enfermedad contagiosa, que es modorra. Tienen [a] arto en que exersitar los Padres que aquí están la charidad en confesar los enfermos y aiudar a pasar el tránsito de la muerte a los que se mueren; porque es tanta la opinión que aquí los de la Compañýa tienen, que paresce no se satishazen los enfermos para sus conciencias, si no son con los nuestros.

3. Ultra desto, son muchos los que freqüentan los sacramentos de la confessión y comunión, cosa, según ellos dizen, poco acostumbrada en esta tierra antes que uiniesse la Compañýa; y aun esperamos con el fauor diuino cadal-

---

[a] tien *ms.*

---

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95*, 2 ff., n. 115; prius 357. Multa verba perperam exarata in hac epistola continentur, quorum praecipua notamus. Vide pag. 33, annot. b.

[2] P. Joannes Bta. de Barma, provinciae Aragoniae praepositus.

día [a] irán crescendo [b], porque los más principales son los que freqüentan los sacramentos; y a [c] exemplo dellos, se mouerán muchos.

4. Estos días se representó [d] en este collegio una comedia, que hizo uno de los lectores de casa, del euangelio de la uinya [1]; en la qual auía muchos dichos muy lépidos, guardando el decoro y modestia que pertenesce a religiosos, iuntamente con muchos auisos muy prouechosos para todos los estados. El hermano se mostró en ella muy leído y uersado en authores graues. Los representantes, que eran de los estudiantes que uienen a oír los nuestros, fueron tan bien inpuestos en los meneos, pronuntiatión y modo de representar, que a todos fueron en admiratión; porque los estudiantes en esta tierra eran antes muy poco estudiosos, aunque de buenos ingenios. Estuuieron en ella muchas personas de todos estados; el Rmo. [2] con todo el clero [e], los inquisidores y los officiales reales y de la ciudad, y religiosos de todas las religiones, que en esta ciudad nos muestran mucho amor; fueron della muy contentos, tanto, que muchos la pidieron para trasladar, y personas no uulgares, sino letrados.

5. El Rmo. lluego al otro día enbió a llamar al Padre, y le pidió que en todas maneras hiziesse cómo se conpusiesse otra; porque todos auían quedado muy contentos, y él en [f] especial. Esperamos con el fauor diuino será medio cómo la Compañýa uenga de cadaldía en más opinión, y el Rmo. se aficione [g] cadaldía más y más, aunque ahora [h] lo está mucho, con desseo de hazer quanto en él fuere por la Compañýa. Duraría la comedia tres oras o poco menos.

6. La obra ua bien adelante: ahora se acaban unos co-

---

[a] *Archaice pro* cada día; *infra iterum.* —[b] cresciento *ms.* —[c] ha *ms.* —[d] *Prius* representamos. —[e] chero *ms.* —[f] es *ms.* —[g] aficiose *ms.* —[h] haora *ms. hic et infra.*

---

[1] MATTH., XX, 1-16.

[2] Episcopus Carthaginensis Stephanus de Almeida, collegii fundator.

rredores [a] a modo de claustras con sus columnas de mármoles, alto y baxo, y lo demás de una piedra blanca. Es muy lindo y de harta costa. Lluego acabados, se entenderá en los dormitorios, porque no ay más que uno acabado y dos cubiertos, que no falta más que hazer las cámaras. Ua algo remissa la obra, por ser el tiempo tan trabajoso [b]; y el Rmo. ha gastado mucho este anyo con los pobres, que a no hazerlo, creo se murieran muchos de ambre. Bendito sea el Señor por todo.

7. Creo será este un collegio de los más lindos de Espanya y de maiores recreationes, por ser la casa muy linda, y la del obispo, que está al lado, de muy grande gasto; y la huerta muy deleitosa y espaciosa: y aunque nada desto tuuiesse, bastaua la recreatión que tienen en el monte, una legua de la ciudad, de unas ermitas [c], con muy grande arboleda de frutales y una uinya, con una fuente de muy linda agua; y el Rmo. ha echo un estanque con muchos pescados; que es cosa de uer: y porque era infestada de la gente de la ciudad, que iuan a recrearse, la ha echo cercar de piedra y cal, de manera, que no puede entrar nadie: gloria al Señor que tanto haze para sus sieruos [d]. En los sacrificios y orationes de V. R. mucho en el Señor desseamos ser todos encomendados.

De Murcia a 29 de Iunio de 1557.

8. El Padre ha enpeçado a leer una lición del 4.° del Maestro de las sentençias [e]; uienen muchos a oírle de todos estados, porque procura de acommodarse a todos. Será cosa de grande prouecho, porque en esta ciudad auía mucha innorantia en los sacerdotes.

Hijo y sieruo de V. R.ª en Christo, por comissión del P.e D.or Baptista,

Cabrera [1].

---

[a] corradores *ms.* —[b] trabajo *ms.* — [c] armitas *ms.* — [d] cieruos *ms.* —[e] cententias *ms.*

---

[1] Vide pag. 37, annot. 3.

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Chro. P.e, el P.e M.o Laínez, vicario general de la Com[pan]ýa de Iesús. En Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu... R.da a los 9 de Nouiembre †.

71

DIDACUS DURAN

OLISIPONE 30 JUNII 1557 [1].

1-2. *De numero et occupationibus sociorum.*—3. *De ministeriis sacris intra et extra domum, in carcere, in aula regia et in paroeciis.*—4-12. *Nonnullis extremo supplicio plectendis adsunt sacerdotes nostri; alia quaedam de detentis in carcere.*—13. *Ab erroribus sparsis a quodam concionatore populus ministerio Societatis liberatur.*—14. *Vir quidam inimicus Societatis ad bonam frugem perductus multos alios exemplo et adhortationibus ad pietatem convertit.*—15. *De nostri templi fabrica.*—16-17. *De rege Lusitaniae vita functo, et de regina regni gubernatrice.*

1. † Ihus. Muy Rdo. P.e nro. em Chro. La summa gracia y amor eterno de Jhu. Chro. N. Sor. sea siempre en nuestro continuo fauor y ayuda. Amén. En esta quadrimestre daré qüenta a V. P. de lo que la misericordiosíssima mano del Señor se digna obrar por medio de los ministros que en esta casa de professos de Lixboa tiene; començaré de las cosas de casa y después de las de fuera.

2. En esta casa somos al presente honze Padres y 16 hermanos. Estos se occupan en el seruicio y officios de casa, dando el odor de sí, que la religión a que nuestro Señor los ha llamado, pide, ministrando y haziendo sus officios con toda humildad y charidad possible, pretendiendo en todas cosas no seruir a hombre, sino a Dios N. S., por quien de libres se hazen sclauos, para ser más libres y queridos hijos suyos. Si por la condiçión de la frágil naturaleza, o por descuydo se haze alguna falta, son ayudados

[1] Ex autographo in codice *Lus. 51,* 4 ff., praepostere collocatis et signatis nn. 265, 266 et 19, 20; prius pagg. 97-102.

de penitençias, segúm el género de cada vna. Y como por la bondad de Dios, esta casa se procura conformar en todo con essa, donde V. P. está, por la instruçión y modo de proçeder que el P.e Nadal [1] y el [P.] Luys Gonçález nos truxeron [a], véese cada día notabilíssimo prouecho en el spíritu; pues éste va regido por el de nuestro bienauenturado Padre de foelice memoria. Supplicamos a la diuina bondad se digne lleuallo siempre adelante con mayor acrecentamiento a mayor gloria y honrra suya.

3. Los Padres se ocupan todos, assí en confessiones, como en predicar, que, aunque muchos más fueran (segúm es grande esta ciudad), a todos diera bien que hazer; y assí muchas vezes no se puede cumplir con todos los [b] que tienen necessidad de tal ayuda, pero házesse todo lo que puede ser por satisfazer a todas partes. Los confessores que siempre están en este ministerio, comúmmente son seys; porque los otros çinco se exercitan en predicar fuera y dentro de casa, en cárçel y palaçio y en parrochias.

5. Esta quaresma passada han ydo cada semana algunas vezes dos Padres a la cárçel pública desta çiudad, donde por la misericordia del Señor se ha hecho mucho fructo doctrinándolos y confessándolos. Algunos han pedido que se querían confesar generalmente, otros muchos lo han hecho. Y para que más claro se vea el fructo que en esto se haze a gloria de Dios, diré algunas particularidades dellos.

5. Vno estaua ya en bíspera de la sentençia que se le auía de dar, la qual no pensaua él que auía de ser menos que de muerte, puesto que, segúm pareció después, el tal no hera tan culpado en lo que le opponían. Yendo vn Padre a confessallo y animallo para la muerte, como cosa

[a] *Prius* el P. Luys Gonçalez nos truxo, *deinde addita supra versum* Nadal y el, *et* truxo *mutatum in* truxeron. —[b] lo *ms.*

[1] P. Hieronymus Natalis, missus fuerat a S. Ignatio ad Hispaniam et Lusitaniam. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 143 sqq.

que casi por cierta la tenían, y hablándole algunas palabras de nuestro Señor, dixo que daua muchas graçias a nuestro Señor, porque quería que con aquella muerte, que él no mereçía, pagasse por otras muchas offensas que él tenía hechas; y que assí la recebiría él de su mano por más conformarse con la [a] de su vnigénito Hijo, que padeció sin culpa. Esto dezía con tanto sentimiento y lágrimas, que hera para dar gracias a nuestro Señor.

6. Otro tanbién, diziéndole quánto se seruía nuestro Señor de los que padesçen por justicia, respondió con gran sentimiento que si él lo huuiera sabido, no se huuiera excusado de ciertas accusaçiones que contra él se hazían.

7. A otro estándolo ahorcando, dixo el Padre que con él estaua, que boluiesse los ojos porque no viesse a su compañero, que le quitauan entonces la escalera. Él respondió que todo aquello era nada, que más mereçía él por sus peccados.

8. Otro con muchas lágrimas y alegría stando ya sentenciado a la horca, dizía que de tan buena gana yría a ella como a bodas.

9. Otro yua muy alegre tanbién a la muerte, diziendo que assí como hera semejante al buen ladrón en el género de muerte, assí pensaua de serlo tanbién acompañando a Jhu. X.º

10. A otro hombre que los días passados cortaron la mano y ahorcaron, hazía el mismo Padre algunas amonestaciones, stando ya en el lugar donde le auían de cortar la mano, induziéndolo y aparejándolo a padecer no solo la horca, pero que le cortassen manos y pies y todo: y él con grande esfuerço dezía que hiciessen en él todo lo que quisiessen. Y de la misma manera después de auelle cortado la mano, dándole vna poca de agua rosada para comfortallo, dezía: Señor, no os dieron a vos agua rosada, sino

---

[a] *Hoc v. addit. supra vers. eadem manu.*

hiel y vinagre, y òtras palabras desta manera, que declarauan bien la merced que nuestro Señor le hazía.

11. Quando este Padre va a la cárçel, dan los pressos señales de grande alegría, diziendo que ha muchos días que no va a vellos, y que estarían dessperados, si no los visitasse y consolasse. Házenle grande instançia que los vaya a confessar, pidiéndolo con mucha humildad, encareciendo que ha más de vn mes o dos que no se confessaron.

12. Vn hombre se fué vn día con este Padre a oýlle vna doctrina a la cárçel; y quando boluió, venía cargado de negocios de pressos que él tomó con muy gran zelo, pagando a algunos las costas por que stauan presos, y mandando buscar de comer para otros presos pobres, los quales tanbién hizo soltar. Y diziendo vno dellos que staua detenido por cient marauedís, le dixo: hermano mío, catad aquí mill, y hágasse lo que queréys. Súpose después que el mismo hauía hecho soltar seys pressos, y andaua por hazer lo mismo a otros muchos. Bendito sea nuestro Señor por todo.

13. Vn Padre de casa predica con mucha satisfactión en la principal parrochia desta çiudad, en la qual la quaresma passada auía predicado vn carmelita contra la oraçión mental y contra el comulgar muy a menudo etc., y tocando a los de la Compañía; pero fué con nonbre de theatinos, que ninguno fuera de los nuestros que presentes stauan, lo entendió, porque acá, en lugar de theatinos, somos apóstoles. Plega a Dios que assí sea. Siendo rogado este Padre de casa que predicasse allí, ha contentado tanto, que el cura y principales de la parrochia han venido con mucho agradecimiento a dar las gracias a casa por el fructo que en ello se haze. Hase procurado de apartar aquella doctrina del carmelita, que cundía mucho, inficionando aun a los deuotos nuestros; y ha plazido a nuestro Señor que en la misma parrochia donde esto passaua, no confessándose allí por Spíritu Santo más de çinco o seys (segúm el testimonio del mismo cura), se confessaron esta

pascua de Spíritu Santo passada çiento y quarenta; de manera que por donde el demonio pensaua de hazer su negoçio, apartando a los hombres de los sacramentos, se le ha buelto al reués con la más continuaçión dellos. Bendito sea quien medios tan dissonantes de juizio humano toma para llegar assí [a] la gente.

14. Entre otros muchos que nuestro Señor ha llamado a su ministerio, es vno hijo de vn mercader rico desta çiudad, el qual (como quiera que primero fuesse contra nosotros), tocándole nuestro Señor, después de auerse aprouechado bien en su ánima y confessando y comulgando cada 8 días, le ha dado nuestro Señor vn particular spíritu en procurar intenssamente la saluaçión y prouecho de sus próximos, para lo qual el que le dió la affectión desto, le da medios para obrallo; de manera que llega la cosa a términos, que tres a tres, y quatro a quatro, y aun diez a diez, trae ya consigo más de ochenta mancebos, hijos de los más principales mercaderes de Lixboa. Acaeçe muchas vezes entrar él donde se juntan algunos con quien no puede acabar que se vengan a confessar, y stando ellos en sus juntas jugando o murmurando de los que se vienen a confessar, llamándolos apóstoles y riéndose dellos, entra dentro y con grandíssimo coraçón les [b] dize todo lo que quiere, hinchiéndoles las caras de vergüença, para que busquen a Dios; y assí con esta violençia y casi por fuerça atrahe a muchos, que, como digo, excede el número de ochenta. Y si por este modo no basta, poniendo muchas vezes a rriesgo su vida, lléualos por regalos y halagos, haziéndoles combites y lleuándolos a fiestas etc.; demum omnia omnibus factus est, vt omnes lucrifaciat [1]. Tiene con ellos sus exercicios, encomendándoles a cada vno: vos tened oración desto; y vos desto, y dándoles punctos

---

[a] *Sic ms.; fortasse legendum* a sí. —[b] le *ms.*

---

[1] Cf. I Cor., IX, 22.

para meditar. A otros más firmes en su vocaçión da ya penitençias y mortifica de palabras. En fin llega esto a tanto que toda la çiudad está espantada de ver tal mudança en personas que todo su cuydado era la vanidad y locura de atauiarse y componerse, desechándolo todo de manera que no ay padre que pueda acabar con su hijo se vista lo que otras vezes por ruýn desechaua. Si se viesse quién es este y qué partes tiene, cognocerse ýa muy más claro ser la obra de nuestro Señor; en lo qual se verifica bien aquello que dize el apóstol: quae stulta sunt mundi elegit Deus [1], etc., porque de verdad pareçe que, si se mira a su presençia, es muy poca; porque, demás de ser muy pequeño de cuerpo, le falta buena parte de sus sentidos; por ser enfermo de los ojos y oýdos y la lengua vn poco tartamuda; pero todas estas partes supple la gran charidad que nuestro Señor le ha dado con su próximos, que es tanta, que ni come, ni duerme, ni reposa en todo el día, sino buscando a quien gane para Jhu. Chro. Él sea bendito para siempre, pues de tan flaccos çimientos como es vn hombre desta qualidad, leuanta tal edifiçio como este.

15. La obra de la iglesia de casa va adelante; ayudan muchas personas grandes a hazella, con quotidianas limosnas; speçialmente el rey [2] ayudó los días passados con 200000 marauedís y stotro día applicó ciertos paños que se apreciaron en 90000 para la obra de nuestra casa que comencaremos agora.

El rey ha comprado vn campo y vna huertezica que están pegados con esta casa, para nosotros. Qüéstale todo 340000 maravedís poco más. Presto, si Dios quisiere, començaremos a labrar en él otros quartos de casa, porque ya se comiença a traer piedra para ello.

16. A la muerte del serenísimo rey de Portugal se ha-

---

[1] I COR., I, 27.

[2] Joannes III, Lusitaniae rex. Obiit die 11 Junii hujus anni.

llaron el Padre doctor [1] y el P.e Luýs Gonçález y otro Padre. Parécesse bien cómo ha dado nuestro Señor specialmente a la Compañía este don de ayudar a bien morir, pues de todos los que estauan presentes a su tránsito, solo el Padre doctor hablaua.

17. Tanbién se puede contar en nuestro número la serenísima reyna [2], pues es hechura de las manos del Padre doctor, y tan nuestra en todo lo que auemos menester. Su ánimo y virtud pienso antes de callallo, que no dezir nada. Queda aora por gouernadora destos reynos y tan gouernada por el spíritu de nuestro Señor y por el de la Compañía, que es para dar muchas gracias a la diuina bondad. Digo que queda por gouernadora, por no les quedar hijo ninguno, sino vn nieto [3] de tres años y medio que alzaron por rey después de muerto su agüelo. [*Precum postulatio.*]

De Lixboa vltimo de Junio 1557.

D. V. R. indigno sieruo e hijo en el Señor, por comissión del P. Gonçalo Vaz,

DIEGO DURÁN.

Inscriptio. Ihs. Al muy Rdo. Padre nuestro en Chro., el P.e maestro Diego Laýnez. vicari[o general] de la Compañía de Jhus. En Roma.

Quadrimestre de S.t Roque de Lixboa. 2.a vía.

---

[1] P. Michaël Torres.
[2] Catharina de Austria, vidua regis Joannis.
[3] Rex Sebastianus.

72

BERNARDUS D'OTTONO

genua 1 julii 1557 [1].

1-3. *Confitentium et communicantium in nostro templo numerus in dies augetur.*—4. *Nonnulli commentationibus ignatianis excoluntur.*—5. *Magno erga Societatem studio cives afficiuntur.*—6. *Sodalitium adolescentium in collegio mirifice floret.*—7. *Eorum nonnulli Societatem ingredi optant; sed dilati, ad alios ordines pergunt.*—8-13.—*De confessionibus, concionibus aliisque Patrum ac sodalium ministeriis erga proximos.*—14-15. *Exercitationes scholasticae fructusque uberes ex iisdem percepti enarrantur, earum exercitationum specimina in solenni pompa festi corporis Christi.*

1. † Ihus. Molto Rdo. in X.° Padre. Pax X.[i], etc. [*Ait se ex obedientia scribere.*]

2. Sappia adunque la R. V.[a] che ogni giorno più cresce il numero di quelli che dalli Padri nostri si confessano et communicano, et de quelli che alli giorni di festa frequentano il collegio nostro: l'integrità et purità de' quali, di qui si può facilmente cognoscere, che auengachè non manchino di quelli che, inganati loro dall'astutie del demonio, cerchino anche di tentare et alienare l'animi di costoro dalla frequente confessione et communione, et indurli all'amor delle cose terrene; ma costoro, non attendendo a lor detti, non solo non se lascian peruertire [a], ma anche se sforzan di questi et altri a Christo conuertire. Et questo so ben dire a V. R.[a] che io ho uisto uenire certi giouani al collegio nostro con animo di sbefeggiare un'altro giouane deuoto, amico loro, ma poi subito mutato l'animo si determinorno di uoler seguitar il medesimo modo di uiuere che quello seguitaua. Il che dipoi dimostrorno coll'opera.

[a] peruitire *ms.*

[1] Ex autographo in codice *Ital. 171,* 2 ff., nn. 79, 80; prius 131, 132. Est exemplum latinum ejusdem subscriptum ab Alphonso Hernandez in ff. 71-72.

3. Questa quaresima uenne tanta gente a trouarci per confessar li suoi peccati, che bisognaua tutto il giorno et alle uolte parte della notte li Padri nostri fossero occupati in audir confessioni. Sichè molto s'affaticorno, benchè sia stata dolce et utile questa fatica; perchè molti che prima una uolta l'anno et non più si confessauano, adesso poichè han gustato quanto sia suaue il Signore, più frequentemente si confessano et communicano. Et oltre a ciò, si sono fatte molte restitutioni de denari, molti anche han lasciato il rancore et odio che già longo tempo nel suo cuore portato hauean ad altri.

4. Alcuni han fatto l'exercitii spirituali della Compagnia: il che non è poco in questa città, doue tutti communmente son datti a mercantie et altri negotii mondani, li quali discacciano dall'animo et mente la tranquillità et quiete: la quale tali exercitii richiedono.

5. Molti etiam tanto bramano di star et conuersare con esso noi, che abenchè non manchino assai altri homini da bene con li quali se possino consolar, nientedimeno più presto uogliono uenire a trouarci et spendere un'hora di tempo con esso noi, che tutto il giorno con gli altri loro familiari et amici. Et perciò li giorni di festa si uede la capella nostra piena di gente, et alcuni delli fratelli parlandoli, essortandoli, et inanimandoli procurano di tirarli alla frequentia della confessione et communione: donde si caua non piccolo frutto, imperochè quelli che già sono fermi et stabili nella uia del spirito, s'ingegnano di aiutare et stabilire quelli che di nuouo uengono, et massime questo fanno li più principali et più prouetti di quella compagnia di giouani (della quale già per altre nostre sarà stata auisata la R.ª V.ª [1].

6. Questi giouani s'adunano ogni festa alla mattina in una delle schole nostre, et quiui a hora debita recitano l'officio della Madonna in tuono basso per più deuotione, et

---

[1] Vide supra, pag. 125 sqq.

anche acciò non sian uditi da forastieri; et poi, quando è tempo, sentono la messa; la quale finita, si communicano tutti insieme con molta diuotione, nè anche (quando possono) lascian d'udire la parola d'Iddio. Doppo desinare uanno a insegnare le cose più principali della dottrina, come il Pater noster, Aue Maria, Credo, comandamenti, etc. Qua uedrestri alcuni di questi nobili et richi insegnare a pouerissimi con tanta humilità et charità, che è cosa per laudare Iddio. Doppo d'hauere insegnato, sentito il uespero et la lettione, se ritornano a congregare insieme; et poi quando è tempo, ciascuno se ne ua a casa sua, benchè non se ne anderebbono, se non ne fossero in certo modo discacciati: tanto è grande il loro feruore [1].

7. Alcuni di essi desiderano grandemente d'esser admessi nella Compagnia nostra; ma non sì presto se li concede, anzi si fanno aspettare per prouare la sua constantia et perseueranza; et per questa causa molti, desperando d'esser riceuuti nella Compagnia nostra, intrano nell'altre religioni; dil che non ci dobbiamo contristare, anzi rallegrare, perchè uanno a seruire a Dio, ma ben ci dobbiamo contristare uedendo che li parenti tanto sforzo fanno per impedirli et alienarli dal seruitio diuino. Ma con tutto ciò so ben dire alla R. V.ª che un richo et nobil giouane, essendo grauemente ripreso dalli parenti perchè uenisse al collegio nostro et seguitasse la Compagnia de poueri, rispondendo disse: è molto meglio seguitar la compagnia de poueri buoni, che de richi impii; in modo chel padre restò conuinto.

8. Ma per ritornare alli confessioni, molti si confessano generalmente de tutta la uita sua; et molti peccati che prima haueuan celato per ignorantia o timor (come suole accadere), l'hanno poi manifestati alli Padri nostri.

---

[1] Hic juvenum coetus jure congregatio mariana appellari posse videtur. Quod si ita est, pluribus annis praecessit congregationi collegii romani, cujus initia vide apud *Polanci Complementa*, I, 375, 470.

9. Il Padre rettore [1] fa una lettione ogni festa dopo pranzo a S. Saluatore, non senza gran numero di persone et frutto: perciochè quelli lo sentono, parte si confessano et communicano ogni otto giorni, parte ogni mese. Il medesimo Padre predica ogni festa alla mattina in un'altra chiesa, chiamata la Maddalena, doue ui concorrono più genti et più nobili, dalla quale etiam non si caua minor frutto, perchè quiui più persone se communicano che prima.

10. In questa medesima chiesa un de nostri Padri fa una lettione doppo pranzo con gran contento et frutto dell'audienti. Oltre a questo uno delli fratelli fa un sermone spirituale nella nostra capella a certi homini deuoti che in essa conuengono alli giorni della festa.

11. Assai cura et solicitudine s'ha di uisitare le carceri, gli spedali et in discacciare li giocatori; et ciascun delli fratelli ha pigliato la sua cura che ad ciò gli è stata data dal Padre rettore, li quali molto diligentemente fanno l'officio suo; perchè quel Padre che insieme con un compagno ha pigliato la cura de uisitare l'incarcerati, oltre che gli ha molto consolati et confortati, n'ha confessato etiam alcuni di essi in questa quaresima, la qual cosa fu molto grata al duce [2] con tutta la signoria; perchè andando noi a S. Ecc.[a], acciò ci fusse concesso per andar a consolar et aiutar questi pouerini (perchè non è concesso a tutti), siam [a] stati riceuuti con tanta humanità et cortesia dal duce, et da tutti li senatori, che laudando il nostro buono desiderio, ci promessero benignamente di cercarci un loco in carcere commodo, acciò potessimo far questo senza periculo della salute, imperochè in simili lochi ui suole molto puzare.

12. Quelli che uisitano gli spedali, oltre all'exortationi

---

[a] sian *ms.*

---

[1] P. Gaspar Loarte.
[2] Petrus Joannes Ciavega Cibo.

spirituali, con le quali soglion refecionare gli animi dell'infermi, soglion anche portare alcuna cosa seco (quando è data qualche cosa de limosina al collegio, che più è saluteuole per gl'amalati che per sani) per confortar li corpi loro.

13. Quelli che han pigliato l'assunto di discacciare li giuocatori, fanno il suo officio con grand'utilità delli giuocatori et admiratione di tutti.

14. Resta che dichiamo dell'exercitii literarii, poi che habbiamo ditto delli spirituali. Li medesimi exercitii sono in questo collegio che nell'altri della Compagnia nostra, nelli quali, come anche nelli costumi, fanno gran frutto li scholari per la diligentia delli maestri loro. Il costume di recitarsi publicamente orationi non s'ha lasciato, anzi alle uolte si recitano ogni otto giorno, auengachè prima si soleua far solamente de 15 in quindeci giorni. Et questo non si concede a tutti, ma solo a quelli della prima schola, che senteno rhetorica, et questo si fa doppo la lettione della dottrina xiana., che ogni uenerdì fa il Padre rettore alli scholari nella chiesa della Madonna delle Gratie. Quanto si mouino tutti gli altri per questo modo di recitare oratione, non facilmente si può dire, perciochè li scholari concitati et accesi con una santa emulatione, se sforzano di andar auanti et far profitto nelle lettere; che niente farebbono, se non fossero da tali stimuli spronati. Li padri loro semper soglion ritrouarsi presente con grande multitudine d'amici et parenti suoi, quando li loro figlioli recitano la sua oratione; et uedendo in simili exercitii l'ingenio de suoi figlioli farsi ogni giorno più eccellente, l'hanno molto a charo, et sempre più allegramente ce li comettono et dànno sotto la nostra disciplina. Ma è cosa grande la buona opinione che de noi han conceputo, alla quale Dio uoglia che sappiamo respondere.

15. Nel dì del Corpo di X.° dauanti al nostro collegio, per doue suole ogni anno passare la processione, si fece gran festa et apparamento, imperciochè, lasciando che se parorno le strade con tapezarie et rami, s'adornorno an-

che con certi quadri de santi; et a ciascuno di essi s'attacorno alcuni uersi in laude di quel santo. Et li scholari parimente ui attacorno le orationi che publicamente haueuano recitate et uersi che haueuan composti; et ciascuna oratione haueua il nome di sotto scritto di quel che l'hauea composta; et loro stauano lì presente acciò s'alcuno hauesse ritruouato alcun dubio, le potessero diffendere. Se uestirno anche alcuni scholari molto bene et richamente, l'uno de' quali salutò con alcuni uersi latini il vescouo [1], l'altro il duce, l'altro il santissimo sacramento, altri cantauano certe stanze in uersi uolgari in laude del smo. sacramento, altri etian recitauano uersi latini; la qual cosa per gratia d'Iddio fu molto grata a tutti, sì per esser stata molto ben ordinata, sì etiam perchè mai più simile cosa s'haueua uista in questa città. [*Precum postulatio.*]

Di Genoua primo di Giulio 1557.

Per commisione del Padre rettore, de V. R. seruo inutile,

BERNARDO D'OTTONO [2].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.º Padre, il Padre M.º Laynez, vicario generale della Compagnia de Giesù. A Roma.

---

[1] Aegidius Falcetta (?). Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, VI, 52, 54.

[2] Vide supra, pag. 130, annot. 2.

73

P. JOANNES RETHIUS

colonia 14 julii 1557 [1].

1. *De lectionibus, numero discipulorum eorumque dotibus.*—2-7. *De varii generis convictoribus et de nonnullis qui Societatem cogitant.*—8. *Magister Costerus ad secundum theologiae gradum promovetur.*—9. *Magister Dionysius ad eumdem brevi promovendus.*—10.—*De disputationibus scholasticis.*—11. *De sacris ministeriis erga proximos.*—12-18. *De amicis et fautoribus Societatis, quos inter cartusiani eminent.*

1. IHS. Pax Christi, etc. [*Ait se breviter scripturum.*] [a]

Lectionum quidem nulla prorsus facta est mutatio: sed discipulorum numerus ad ducentenarium usque excreuit. Dialectici disputationibus, grammatici epistolis, rhetores orationibus conscribendis, sedulo occupantur. Declamatores modo sunt duodecim, qui ne semel quidem [b] diebus dominicis hucusque orationem intermisserunt. Inter hos germanus quidam [c] superior, annorum (ni fallor) tredecim, ob insignem sermonis elegantiam multis est admirationi. Praeceptorum ac discipulorum eruditio, modestia et pietas non segniter collegium hoc promouent, non apud ciues tantum et uicinos, uerum etiam germanos superiores et saxones. Ex intima enim Saxonia, comitatu meckelburgensi, nuper uenerunt duo, alter nobis commendatus, alter sua sponte accessit: qui licet Vittenbergae et Rostochii *et Francoforti, ut arbitror, ad Oderam* ab haereticis hactenus in literis institutus sit, tamen paucis istis diebus, quibus nostris interfuit lectionibus, tantam in eo conspeximus modestiam et

---

[a] Pax X.i Paucis scribam quae hoc Junio exacto Deus operari dignatus est. —[b] quidam *ms.* —[c] quidem *ms.*

---

[1] Ex autographo in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 144, 145; prius 167-170. Decurtata et emendata a Polanco haec epistola, a nobis integra fere exhibetur, signatis in textu litteris italicis quae ille obliteravit, et emendationibus de more notatis. Duo alia exempla secundum Polanci correctiones extant in eodem codice, ff. 141-142; 143.

germanam simplicitatem, ut aliquid boni coeperimus de ipso sperare. Verum concionator etiam catholicus apud spirenses, proximis diebus, cum literis commendatitiis, egregium adolescentem ad nos Friburgo Brisgoiae deduxit, *ubi cum Hartinga* [1] *professore graeco, uiro docto, habitauerat. Nostrum autem eum conuictorem esse uoluit*, nobisque tanquam filium commendatum, propterea quod (ut dicebat) nos discipulos non modo in bonis literis, sed moribus etiam ac christiana pietate instituere cognouisset. *Quod autem apud spirenses tam bene audit Societas, fieri puto commendatione eius qui scholae ibidem praeest; is enim magno nos amore complectitur.*

2. Multi praeterea discipulorum nobiscum habitare desiderant, seipsos alent et totam supellectilem secum afferent: a nobis tantum cubiculum obtinebunt, et nostrae institutioni per omnia subiacebunt. Ex quibus collegium constitui posset, non dissimile collegio germanico. Vnde plurimos doctissimos adolescentes obuenturos Societati, multos bonos parrochos uicinis prouinciis, totamque Germaniam permultum iuuandam arbitrarer, *praesertim si huic aliud adiungatur collegium pauperum: et aliud item portionistarum (ut aiunt) quibus per redditus de uictu ex parte prospectum erit*, *cuiusmodi breui nos 4 aut 5 habituros confido.*

3. Agimus insuper ut principes pro suis prouinciis alant apud nos adolescentes aliquot: quod Rmus. mindensis episcopus [2] facturus uidetur. Hic si inciperet, propensiores ad hoc sperarem futuros alios. *Quod* [a] uero huiusmodi collegia [b] Germaniae Societatique futura *essent utilia* [c], *uere* colligi ex nostris potest conuictoribus. Hi uix a fratribus [d]

---

[a] Quam. —[b] collegium. —[c] futurum sit vtile. —[d] fratribus nostris.

---

[1] Joannes Hartingus indicari videtur.

[2] Georgius, e ducibus brunsvicensibus.

moribus distare uidentur. Libenter poenitentias iniunctas suscipiunt, sua sponte toties confitentur ac communicant, atque fratres, superiores suos obseruant et colunt, se inuicem ut fratres amant et praeter omnem patriae consuetudinem (ut et caeteri discipuli) coronulas suas habent. A Patribus nostris neutiquam separari uellent. In hoc a fratribus differunt, quod Societatis [a] non sunt. Vnus tamen eorum, rhetorum fere praecipuus, ualde ad Societatem trahitur. Sed diu deliberat, iuuenis enim praeter aetatem prudens est, et eximius, ut spero, Dei minister futurus.

4. Multi insuper discipulorum qui nobiscum non habitant, octauo aut decimoquinto quoque die peccata confitentur et sanctissimum Christi corpus assumunt. Dialecticorum quoque *unus ad* [b] Societatem admitti desiderat. Licentiatus iuris, coss. Liskirchii [1] affinis, famulum suum Societati obtulit: 6 grammatici ingenti desiderio ad Societatem anhelant. Hos in bono isto proposito conseruare conabimur quoadusque ad nos reuertatur R. P. Leonardus [2]. Non aliunde hic vberior messis colligitur, quam apud ductiles huiusmodi adolescentes. *Caeterum quo messis haec colligatur vberius, auide admodum expectamus R. P. Leonardum, et utrumque M. Theodoricum, Amsterodamum et Canisium* [3]*: quos duos si adhuc Colonia obtineat, deinceps tanquam foecunda mater non petet, sed collegiis aliis dabit, speramus, fratres.*

5. Ante menses aliquot adiunctus nobis fuit cuiusdam

---

a de Societate nostra. —b vnus ad [*sic*].

---

[1] Constantinus Lyskirchen.

[2] P. Leonardus Kessel, rector illius collegii, qui Romam ad generalem conventum profectus fuerat.

[3] Hi duo Romae tunc studiis dabant operam. Neuter Coloniam hac tempestate venit. Amsterodamus, seu Gerardi, cum in Poloniam pergeret, obiit Vindobonae prima die Octobris anni 1558. Cf. Braunsberger, *B. Petri Canisii epist.*, II, 309. Canisius Coloniam missus, in itinere ad superiorem Germaniam tendere jussus est. Cf. *Lainii Monum.* II, 572; Braunsberger, loc. cit., 313, 317.

senatoris filius, sed corruptis praeditus moribus, ut patri non raro ingentis tristitiae causa esset. Sed Deus cum eo fecit misericordiam, et intra dies paucos ita mutauit, ut pater mutationem istam dexterae Excelsi conspiciens, plurimum doluerit quod non maturius filium nostris Patribus instituendum tradidisset, *paratusque fuerit plus caeteris pro eius uictu numerare.*

6. Est item discipulus alius undecim, ut puto, annorum: hic matrem quidem habet catholicam, patrem uero et fratres haereticos: ipse autem tam bonus est, ut decimoquinto quoque die peccatorum exomologesin faciat, coronula utatur, coramque imaginibus Christi et sanctorum preces suas recitet; sed hoc non uidentibus domesticis, ne forte ab eis rumpantur, quare et oratione absoluta, statim recondit.

7. Parentes nonnulli totos dies suos filios apud nos manere exoptant, prandio excepto atque coena. Commisimus igitur eos (sunt autem numero fere uiginti) duobus magnae spei adolescentibus, qui longo tempore, ut in Societatem admitterentur, rogarunt. Curant isti sedulo ne quid mali pueri admittant, diligenterque lectiones repetant. Hoc pacto puerorum parentumque animos nobis deuincimus, et hos adolescentes sine nostro sumptu ad Societatem praeparamus. A nobis enim cubiculum, aliunde uero uictum fere habent: subsunt tamen nobis, ac si fratres essent, nec quicquam sine Patrum permissu faciunt.

8. M. Franciscus [1] diebus his disputationem pro secundo theologico gradu de indulgentiis instituit, ad quam plures solito conuenerunt. Nonnulli multa proposuerunt dubia, quasi is esset, a quo eorum sumenda esset solutio, praesertim uero id fecerunt concionator summi templi et professor theologiae apud carmelitas. Disputatio ultra consuetum tempus ad medium duodecimae est protracta, omnibusque abunde satisfactum. Genesim absoluit, epistolam D. Iacobi nunc interpretatur.

---

[1] Magister Franciscus Costerus.

9. M. Henricus [1] autem pro eadem promotione respondebit de purgatorio 17 calend. Augusti. Psalmos pene 40 praelegit, coepit uero nunc epistolam 1 S. Petri, quia tempus promotionis instabat (ante quam absoluere oportet et Noui Testamenti librum), rediturus post ad Psalterium.

10. Singulis septimanis quatuor ex collegio nostro theologicis intersunt disputationibus: quot ex nullo gymnasio lectores disputatum ueniunt. Quare theologi et caeteri ob id nos amant. Vnum hic adiiciam, quod Dei amorem erga Societatem declarat. Quantumuis M. Henricus et M. Franciscus tantum hic habeantur bacalaurii [a], tamen longe numerosius auditorium perpetuo habent quam ordinarii theologiae professores. Qui uiri sunt doctissimi et tales certo quales hoc seculum professores desiderat, hoc est linguarum et philosophiae peritissimi, vt libris hactenus aeditis alter eorum satis declarauit [2]. Sed Deus Societatem non deserit.

11. Pergimus in concionibus M. Henricus et ego. Augetur numerus confitentium: augeretur fortasse magis, si multae similes essent uxori illius senatoris, de quo in literis quadrimestribus [3]. Illa enim frequenter ad confessionem mittit filios, adducit filiam, coepit et uicinas ad M. Henricum confessionis gratia deducere. In festo Pentecostes tam multi confessi sunt, vt per tres pene dies M. Henricum et M. Franciscum occupatos tenuerint. Discipulorum praeterea tam multi in parrochia nostra sacrosanctam synaxin sumpserunt, ut unica haec schola totam fere parochiam communicando adaequauerit. Nam, pro dolor! ad communionem nimis tardi sunt parrochiani. Communicarunt ibi-

[a] baculaurii *ms.*

[1] Henricus Dionysius.
[2] Alludere videtur ad Joannem Slotanum Geffensem, O. P. theologiae professorem, et nobilem scriptorem Alter theologiae professor erat Henricus a Tongeris. Cf. Hansen, *Rheinische Akten...*, 275-276.
[3] Vide supra, pag. 232.

dem discipulorum complures in festo uisitationis Deiparae Uirginis; sed nonnulli quoque domi in sacello nostro.

12. Nouum his diebus nacti sumus consulem, collegii nostri et catholicorum omnium fautorem. Curamus diligenter ut scholarum aliarum rectores nos ament. Illi enim si nonnihil excitentur, utiles Eclesiae et Societati esse possunt.

13. Amat nos collegium montanum totum, laurentianum fere totum, uniuersitatis rector [1] iam nos commendare incipit, et dicere se multum mirari iesuitarum diligentiam, modestiam et eruditionem. Fauent hic nobis et aliquot hypodidascali; et discipulos, absoluta utcunque grammatica, ad nos deducere gaudent. Fauet denique embricanus [2] et monasteriensis rector, quorum ille amice admodum frequenter nos salutat, hic uero nuper literas amoris certe plenas cum libellis quibusdam ad nos misit.

14. Agimus ut apud uicinos principes fautores aliquot habeat Societas. Apud archiepiscopum nostrum coloniensem [3], doctorem Micandrum habet, qui quo in Societatem animo sit, satis [a] ostendit. Libros quos habebat haereticos nobis comburendos tradidit: Societatem aduersus obtrectatores defendit: quae Deus per Societatem operatur communicari secum exoptat: Societatis defensionem conscribi uellet prolixiorem epistola D. Lucretii [4]: seque id facturum promittit, si occupationes permitterent. Vir non tantum est iuris consultissimus, sed etiam linguarum, philosophiae et mathematicae peritissimus.

---

a *Hoc v. scripsit Polancus super vers., deletis duobus vv. quae legi non possunt.*

---

[1] Henricus a Tongeris, electus rector universitatis die 9 Octobris 1556. HANSEN, loc. cit., 275.

[2] Matthias Bredenbach. HANSEN, loc. cit., 300

[3] Antonius de Schauenburg, electus archiepiscopus coloniensis.

[4] De hac epistola, seu potius libello, in Societatis commendationem a Joanne Alberto Widmanstadio Lucretio scripta, vide quae erudite disseruit BRAUNSBERGER, op. cit., II, 30-32.

15. Apud archiepiscopum treuerensem [1] habet D. Bartholomaeum Latomum, cuius in Ciceronem annotationes et contra haereticos libelli nonnulli extant. Habet ibidem carthusianum visitatorem, priorem in Heluetia. Iste alias egit cum archiepiscopo de nostris erigendo collegio Treueris: acturus item statim atque ad eum redierit. Aliquem nostrum secum ire exoptat, negotiumque facile conficiendum putat. Hic etiam scire cupit quid ubique terrarum diuina bonitas per Societatem agat, quo uisitationis gratia per Germaniam proficiscens, Societatem propter Deum, aut Deum in Societate multis commendare queat. Diebus proximis in congregatione carth. coloniensium literas quadrimestres uariorum collegiorum, longa praemissa Societatis commendatione, legit, prolixaque addita interpretatione. Multum carthusiani Societatem promouent in omnibus uicinis prouinciis.

16. Apud episcopum mindensem [2] Societas habet licentiatum Matthiam Kirspensem. Iste id agit ut episcopus Mindae nostris collegium erigat. Misit episcopus honestas aliquoties ad nos legationes, *primo doctorem, licentiatum et sacellanum: tum duos licentiatos: post licentiatum et alium honestum uirum.* Verum quia non uidebatur esse negotium quod transigi commode posset cum ignotis: egimus tandem cum episcopo per solum licentiatum Kirspensem. Petiit a nobis episcopus primo suffraganeum; quem cum non obtineret, dari sibi cupiuit concionatorem et ludimagistrum: post multa tandem hoc responsum est, ut liberaliter perpetuis redditibus prospiciat fratribus ad minimum decem: et tum nos una cum ipso ad R. T. scripturos, si quid forte obtineri ualeat. Verum adesse uellem D. Leonardum, ne quid imprudentius a nobis in hoc agatur.

17. Habet et apud alios principes vt iuliacensem, monasteriensem, paterbornensem atque osnaburgensem Socie-

---

[1] Joannes a Petra (von der Leyen).

[2] Vide pag. 233, annot. 3.

tas suos amicos. Verum quia nondum praedictis similia amoris signa ostenderunt, in praesentiarum omittantur.

18. R. prior carthusianus [1] atque D. Gropperus [2] re et sermone nos iuuare pergunt. Hi cum amicis aliis omnibus P. T. se commendant. Commendat se et totum collegium, orationibusque omnium adiuuari cupit, quo fructus posthac uberiores proferat. Vale. Coloniae Agripinae pridie idus Iulii 1557.

V. R. seruus inutilis,

JOANNES RETHIUS [3].

Inscriptio. † Reuerendo in Christo Patri Dno. Iacob Lanezio, Societatis Iesv generali vicario. Romae.

Polanci manu. Emend.

74

MICHAEL ANGELUS LABACCUS

SYRACUSIS 20 JULII 1557 [4].

1. *Bonus odor Societatis per civitatem et vicina oppida spargitur.—* 2-3. *Templum nostrum frequentantes pulchra virtutum exempla omnibus praebent.—Eorumdem erga Societatem amor et beneficia.—*4. *Qui male de Societate sentiebant, suum errorem publice fatentur.—*5 8. *De frequentia sacramentorum ejusque fructu.—* 9. *Cultui quadraginta horarum adest Syracusarum praefectus.* 10. *Scholasticorum nostras scholas frequentantium pietas et observantia variis exemplis declarantur.* —11-13. *Adolescens quidam in Societatem cooptatur; alius idem exoptat; quidam capuccinis se adjungit.*—14. *De ministeriis quibusdam in carcere.*—15. *Munere proregis a Joanne de Vega relicto, collegium magis confirmatum esse.*—16-17. *Singulorum Patrum labores et fructus.*

1. Jesus. Gratia et pax, etc. Molto Rdo. in Christo Padre. [*Tempore admonitum se scribere dicit.*]

Qua principalmente tutti, cossì Padri come fratelli, dili-

---

[1] Gerardus Hammontanus. Cf. pag. 2, annot. 2.

[2] Cf. pag. 2, annot. 1.

[3] Vide supra, pag. 237, annot. 1.

[4] Ex archetypo in codice *Sic. 181*, 2 ff., nn. 61-62; prius 53. Exstat exemplum originale latinum in eodem cod. ff. 54-55; et alia exempla latina secundum correctiones, in ff. 56-57; 58-59; 63-64. Orthographiae menda facile corriget prudens lector.

gentemente attendono ali suoi officii; onde, per diuino fauore, suauissimo odor dalla Compagnia di Jhu. per questa cità et anco per li circumvicini luoghi per mezo di questo colleggio e sparso. Di manera che già molti homeni clarissimi et di grande virtù si sonno marauigliati assai delli buoni costumi et consuetudini che hanno uisto nelli Padri nostri, parte nel celebrar la messa, parte etiamdio in tutti li officii a li quali attendono.

2. Quelli che frequentano il nostro tempio, tanto pienamente han dato l'animo alla diuocioni, che non contenti de la predica, quali ciascuno giorno festiuo odono, domandino anche alcuna lettione dipò desnare et simili cose excitatorie alla virtù, acciò più ardentemente ciaschun giorno nell'amor di Christo si accendano. Et in questa maniera nela vita christiana con grande frutto caminano, et di tanto numero di virtù si forzano fortificar gl'animi suoi, che anchora alcuni deboli et infermi nella via d'Iddio soglino agiutare; ma, quel che è più di tutto, fortemente difendono gl'essercitii della nostra Compagnia, l'inuidia de li maleuoli homini con li suoi synceri costumi et esempli studiansi extinguere; et gli loro saette contra la Compagnia drizzate, con il ualido scudo della verità in li medesimi si forzano riuoltare.

3. Sonno alcuni i quali con ardente affetto ci promettono che, mancando la cità al colleggio, loro con l'istesse facultà ci sostenteranno. Il che in vero più diligentemente farrebbono (occorrendo necesità) che non dicono, essendo che etiamdio al presente con tanta solecitudine ricercono la comodità del colleggio che più tosto uorrebbono mancasse a se alcuna cosa che a noi. Tra questi de quali hora hauemo parlato, sonno alcune baronesse et signore, li quali non pochi doni hanno offerto et ci offeriscono per il nostro tempio; et per dir' in breuità, il signor prefetto di questa città, e quasi tutti i principali tant'affettione ci portano, che non manco cura hanno in procurar l'utilità del colleggio, che la propria.

4. Et benchè non poche persone alquanto tempo ci sian' state contrarie, nientedimeno hora si ricognoscano hauer' in ciò errato, dicendo che mai han visto, nè udito cosa da nostri Padri et fratelli, che non sia degna di laude et imitatione; anzi molti manifestamente confessono che mai hanno vdito ne imparato perfettamente il viuer christiano, si non dapoi che il Signore per mezo di questo collegio ha visitato Syracusa [1].

5. Sichè assai bon frutto già di questo collegio comincia apparere, et già circa 200 ciaschuna domenica si comunicano; et molti più frequentano il sacramento della confessione, di manera che quasi tutta la nobilità di questa cità qui concorre. Tra di quali erano alcuni che già mol-t'anni nei labyrinthi de peccati con gran pericolo de la salute aueuano errato, et hora nientedimeno per mezo de nostri Padri, et principalmente per l'aiuto d'Iddio, elli sciolti de tutti l'impacci, si anno eletto un ottimo modo di uiuere, et quello seguitano.

6. Altri, fatta la confessione generale, si hanno de multi errori emendato; imperochè hauendo cognosciuto gli pericoli ne' quali stauano, più presto han uoluto humilmente viuere in gratia del Signore, che in pericolo del'anima sua stare nele delitie de la carne. Et perciò posti dacanto gli grauissimi pesi delle cure terrene, s'hanno proposto per l' auenire più uigilantemente attendere a se stessi.

7. Oltra di ciò, nel tempo della quadragesima passata tanto fui il concorso alla confessione nel nostro tempio, che li sacerdoti uigilando fin' alli due et tre hore di notte, affatigha habbiano possuto sodisfare alla minima parte.

8. Molti i quali pessima opinione haueano hauto della Compagnia, cognosciuto il suo errore per mezo de le prediche, hanno uoluto sodisfare; et a tutti quelli ai quali hauean detto male di noi, si sonno disdetti; et hora quanto più auanti c'erano stati contrarii, tanto ci fauoriscano, an-

---

[1] Vide superius, pag. 56.

zi si forzano uirilmente in ogni luogho difendere et lodar' la Compagnia contra i mordaci et maleuoli.

9. Celebrandosi a li giorni passati nella chiesa nostra l'oration delle 40 hore, il prefetto di questa cità con quasi tutti i signori et dottori uolse esser presente; et hauendo fatto vn'hora d'oratione, li pareua esser stati breuissimo tempo: tanto si delettauano in quella.

10. Ma già alcuna cosa diremo de le schole. Fra gli nostri discepoli non puochi più bisogno pareno hauere di freno che di sperone a seguir la virtù; imperochè con grande desiderio attendono alle cose pie; et se alcuna uolta non fussero ritenuti, troppo al spesso frequentarebbono la santa comunione. Niente li possiamo dire che appartenga alla diuocione et virtù, qual loro prontamente non riceuano. Ciaschun principio di mese, secondo il costume della Compagnia, scriuono li santi occorrenti, et con gran diuocione tra di se gli sortiscano. La matina et sera hannosi spontaneamente constituto il tempo dell'oratione et meditatione, il qual con diligentia osseruano. Ne la scola ciascuna vigilia con grande veneratione et riuerenza cantano gl'himni de santi occorrenti. Onde assai giouani sfrenati, mossi dal loro esempio, mirabilmente s'innamorono degli buoni et honesti studi. Di questi che hora habbiamo memorato, alcuni d'ottima espettatione fanno instantia per esser riceuuti nel collegio. Il che più demonstrano con fatti che con parole, conciosiacosachè hanno [a], et honorano li soi maestri come superiori, et all'hora non solo sonno obedienti, ma etiamdio uedendo alcuno ripugnare al suo maestro, il riprendono et tengono come ribelle.

11. Vn giouane di questi che frequentano le nostre schole, hauendo longo tempo ardentemente desiderato di darsi a Dio in questa religione, essendo già riceuuto, ciascun giorno rende gratie al Signore; et benchè molto è stato perseguitato da suoi domestici, nondimeno sempre con

[a] hanno et hanno *ms.*

forte animo ha fatto alloro resistentia. Et essendo vn giorno circa la prima hora di notte uenuti al collegio li suoi parenti con li figlioli, et hauendo fatto gran rumore et pianto auanti a la porta, all'ultimo cominciorno a gridare dicendo che l'auiamo tolto per forza un suo figliolino; ma egli uscito fuora in presenza di tutti apertamente testificò che di sua uolontà spontanea s'era dedicato a questa religione, et che mai essa lasciarebbe; anzi che non cognosceua altro padre che Christo, nè altera madre che la religione. Per la qual causa tutti quelli ch'erano presenti, ridendosi de gli suoi parenti quali diceuano noi hauere tolto il figliolo, li mandorno via, et dissero la Compagnia sempre esser stata laudabile et santa. Il detto giouane auanti che intrassi nel collegio, questa sola cosa domandò instantemente dal Padre [1], cioè d'esser posto negli più humili officii di casa. Essendo stato mandato vna uolta, dapoi che fu riceuuto, per gli romori grandi che faceano li parenti, a casa loro, subbito che fu visto, li suoi domestici li corsero adosso per pigliarlo; ma egli facendo resistentia, gli scampò de le mani, et correndo ritornò nel collegio. Molti altri segni di perseuerantia si sonno uisti in lui; i quali per breuità lasciamo.

12. Il marchese di Pietra Precia, in questa cità capitan d'arme, et vicario per sua Excellencia, ha ricomandato vn suo fratello al Padre, pregando lo riceuesse nele scole et sotto la disciplina del collegio; et acciò non andasse qua et là uagabundo, fuor d'il tempo di dormire et mangiare, uole che conuersi con esso noi. Essendo stato questo giouane per il passato di pessima fama per tutta la cità, hora talmente s'ha mutato, che par un altro da quel che era; imperochè il uediamo mirabilmente acceso uerso la honestà et diuocione, et è causa che molti per l'esempio suo si exciteno a la virtù, la quale egli appresso di tutti mirabilmente loda dicendo l'homo senza lettere et buoni

[1] Intellige, a Patre rectore.

costumi esser nulla, et le uere richezze nela virtù consistere. Ma se alcuni uede dir mal degli esercitii nostri, mai s'acquieta finchè non gl'habbia leuati di tal iniqua opinione. A esso anche molto li piace la frequentatione di sacramenti, et desidera esser de la Compagnia: faccia Iddio che l'odor della sua lode in ogni stato et età si clarifichi.

13. Vn soldato spagnolo hauendo conuersato alquanto tempo appresso di noi, finalmente deliberò lasciare il capitan terreno et poueramente seguitar Christo (si pur pouero si po dire quello al quale fauorisce il Re dei re). Hauendo adonche per mezo del nostro Padre ottenuta licentia de liberarsi dala militia terrena, lasciò nele mani del ditto Padre circa 40 scudi, che per il suo militare stipendio segli doueuano, et cossì entrò nella religione de cappuccini.

14. Queste festa de la resurrettione proxima passata, alcuni de li nostri fratelli uisitorno le carcere, oue erano alcuni, anchorchè ostinati et duri, nientedimeno, hauendo inteso la essortatione da essi nostri fratelli, lasciorno ogni sua duricia, et tutti ad vna uoce pregorno che segli mandasse confessori; il che facendosi, grande speranza ci dettero di emendatione.

15. Ma non lasciarò di dire una cosa per la quale questo colleggio è restato molto più confirmato che prima. Imperochè hauendo sempre gli nostri contrarii expettato con grande desiderio che l'illustrissimo Giouan di Vega, vicerè, lasciasse l'officio, sperando che noi insiemi con esso lui ci douessimo partire; ma vedendo la cosa esser altrimente successa, et il colleggio hauer preso maggior confirmatione che al tempo che'l detto Giouan di Vega era vicerè [1] hanno (anchorchè forzati) fatto fine di mormorare, cognoscendo che il colleggio non per fauore humano, ma di solo Iddio si sostiene.

16. Ma già in poche parole diremo alcuna cosa a V. R. P. dei suoi figlioli che in questo colleggio coltiuano la vi-

---

[1] Joannes de Vega ineunte anno 1557 in Hispaniam rediit.

gna di Christo; et cossi farò fine. Tutti qua et Padri et fradelli, com'ho detto di sopra, con diligentia attendono al suo officio. Et in prima il R. P. rettore [1] li giorni di domenica et festa con grande auditorio et frutto predica. Padre Michaele a Letaualle [2] mirabilmente in ogni cosa si passa, di manera che non solo noi grande edificatione di lui pigliamo, ma anche li seculari; imperochè vedendolo con tanti figlioli in scola cossì pacientemente portarsi, molto di lui si marauegliano. Padre Dominico Collino per diuocione [a] con uno de fratelli è andato questi giorni passati a una terra chiamata Noto; del qual uiaggio è apparso gran segno di frutto, imperochè et per la via, et in essa terra, et con parole et con essempii, molti hanno excitato al desiderio de virtù; et han fatto che molti lasciassero il gioco, altri promettessero frequentare la confessione et communione più al spesso. Non pochi anchora uolendosi loro partire, li pregorno che dimorasseno alquanto più, o vero restassero. Tanto si dilettauano de loro ragionamenti et conuersatione, dicendo che s'alcune fusse inimico de la pietà, et breue tempo conuersarsi cogli nostri, al tutto si mutarebbe. Et però dimonstrauano grande desiderio che almanco tre di li nostri per adesso iui restassero finchè si edificasse il collegio. Il che ueramente si si facesse, non sarebbe senza frutto.

17. Nella detta terra il detto Padre uisitò la prigione, doue erano alcuni condennati a la morte; i quali per disperatione non si confessauano, nè vdiuano messa, ma inteso il sermone del ditto Padre, promesero confessarsi, et ogni aduersità soportar pacientemente. Il carcerario ordinò che venisse un sacerdote ogni festa a dirgli la messa, et vdire li confessioni di quelli che uolessero confessarsi. Item

[a] diuocio *ms.*

[1] P. Joannes Philippus Cassinus. Cf. *Lainii Monum.*, I, 637: III, 48.
[2] Hujus viri virtutes late recenset AGUILERA in opere *Provinciae Siculae ortus et res gestae*, I, 113, 282 sqq.

il medesimo Padre con l'altro nostro fratello visitorno un altra terra, oue parlando familiarmente de le cose spirituale, grande multitudine di genti a se attrasero; i quali domandauano con grande instancia confessarsi; ma non hauendo egli licentia di tardar tanto, si partì; ma non senza gran trauaglio, perchè quei de la terra il seguitauano molto fuor de la cità. Ma preghiamo Christo, Signore di tanta messe, che mandi alcuni operarii, imperochè molt' è la messe, ma pochi sonno i lauoratori [1]. [*Sequitur precum postulatio.*]

Di Syracusa al di 20 di Luglio 1557.

D. V. P.ta R.da indegnissimo in Christo Jhu. figliolo et seruo,

Michelangelo Labacco [2].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. Mro. Jacomo Laynez, vicario generale della Compagnia de Jhus. In Roma.

75

URSMARUS GOISSONIUS

praga 28 julii 1557 [3].

1. *De litteris datis et acceptis ac de itinere nostrorum.*—2. *Difficultates cum ex alumnis tum ex alumnorum parentibus ortae.*—3-5. *Numerus discipulorum et qua ratione agant cum hussitis,*

---

[1] Cf. Matth., IX, 37.

[2] De epistolae auctore excerpimus aliqua ex iis quae P. Cassini scribebat primis mensibus anni 1558 (in cod. *Sic. 59*, n.º 210-211): «Mro. Michael Angelo Labacco è di età di annni 21 et mezo; sonno cinque anni che entrò nella Compagnia, de li quali n'ha studiato doi anni et mesi 8 in Messina nelle scole di quello collegio, cioè in grammatica, humanità et greco; et doi anni ha tenuta scola in Syracusa, cioè in grammatica...» Cf. etiam Polancum, *Chron.*, V, 181.

[3] Ex autographo in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 157, 158; prius 425, 426. Aliqua quae in hac epistola dicuntur, inveniuntur in quadrimestri, superius p. 263 sqq. edita; sed cum plura alia nova aut novo modo dicta contineat, eam retinendam duximus.

ac de lectione theologica.—**6**. *Haeretici impune grassantur; catholici tacent.*—**7-9**. *Varia nostrorum ministeria et novitiorum labores; de Gerardo ad sacerdotium apto.*—**10-12**. *De usibus quibusdam domesticis, nominatim de lingua boëmica ediscenda.*—**13**. *Quid de nostris boëmi sentiant.*—**14**. *Oratione quadam excitati in nos lutherani.*—**15**. *Quomodo se gerant cum catholicis sacerdotibus male viventibus.*—**16**. *De compactatis.*—**17**. *De D. Tilano.*—**18**. *De bona spe in posterum.*

1. † Ihs. Pax Christi. Rde. in Christo Pr. Quae scribam pauca habemus, cum illa fere eadem ante paucos dies me putem scripsisse [1]; verum ne forte ad V. R. illa non peruenerint, uti sepius accidisse suspicor, incuria fortasse veredariorum, his paucis perstringam quae ad plenam collegii status noticiam facere uidentur. Literas igitur ab vrbe accepimus Junii duodecimo scriptas, quae monebant me de binis semper scribendis atque per diuersos nuncios mittendis, significabantque R. P. nostros Romam applicuisse Maii 5 atque incolumes [2]: laudetur Dominus Deus, qui eos eousque sanos perduxit, faxitque ut eosdem ad nos breui letos reducat. Desiderabat V. R. de statu collegii intelligere: quod iterum libenter praestare conabor.

2. In primis itaque omnes sani sumus, gratia Domini nostri Jesu Xi., occupati seriis officiis. Scolarum magistri non absque continuo labore pueros instituunt, atque eo grauiori quo hebetiores ac minus, tum magistris, tum parentibus suis, sunt obedientes; quo factum est, ut praeceptores frequenter ad edes parentum se conferrent, de absentibus filiis inquirendi gratia, atque eadem opera parentes hortarentur atque excitarent ad eandem simul puerorum curam suscipiendam; nec tamen profuit haec tanta magistrorum nostrorum diligentia, quia multi hussitarum emanserint, rursum aliqui redierint; nec profecto mirum, cum certo sciuerimus prohibitum iterum fuisse a magistris et parochis ne ad nos mitterent boëmi filios. Quod tamen

[1] Vide superius, pag. 263 sqq.
[2] Vide, sis, *Lainii Monum.*, II, 252-253.

videbatur D. praepositus arcis [1] excusare, quasi non prohibitum fuisset ab eis, sed sponte factum fuisset; ea forte ratione ne videlicet indignationem incurreremus, si conquesti fuissemus.

3. Veruntamen numerus est bonus, 200 fere scolasticorum, et plurium catholicorum quam hactenus, et horum quidem vicinorum oppidorum; multi enim sunt extranei, qui victum emunt ab hospitibus ciuibus, qui etiam illos sepius conantur peruertere atque ad suam sectam pertrahere; verum successu temporis sperandus maximus fructus, nec conatus aduersariorum praeualebit aduersum Deum.

4. Videmus inter hosce discipulos hussitarum atque aliorum huiusmodi hereticorum filios verecundari atque inter catholicos erubescere, si adhortentur pueri et moneantur catholice; quasi illi ab his discreparent, nec recte uiuerent. Vnde fit quando catholici libros aliquos hereticos adferunt praeceptori ostendendos, ipsimet hereticorum filii idem praestant; verum absque parentum consensu non audemus illos comburere neque retinere. Hortamur tamen ut abiiciant.

5. Quidam sacerdos boëmus sub utraque [*propter juvenis repulsam indignans*] visitat tamen theologicam lectionem ipse solus inter hussitas. Visitant illam et D. praepositus arcis frequenter cum canonicis quibusdam et capellanis, aliisque numero ordinario 20. Ipse enim D. Henricus [2] 4 sententiarum profitetur cum magna auditorum satisfactione. In arce quoque germanice coram D. S. archiduce [3] concionibus insudat, ac certe insudat, cum linguam ad unguem callere oporteat, quod illi molestum esse non dubitamus, quamuis profecerit sane hactenus non parum in illa.

---

[1] Agitur de Henrico Scribonio, capituli pragensis praeposito, et ecclesiae metropolitanae administratore. Dicitur praepositus arcis ex eo quod ecclesia esset prope arcem. Cf. BRAUNSBERGER, *B. Petri Canisii epist.,* I, 599; II, 314.

[2] Henricus Blissemius.

[3] Ferdinandus. Cf. BRAUNSBERGER, loc. cit., I, 619; II, 314.

6. Multi hic Prage sunt heretici et aperti: bibliopole hereticos libros publice vendunt, omnium heresum foetore infectos. Nec tamen contradicunt pastores lupis. Quid si nos contradicamus? Non placet: nam conniuenda sunt multa dicunt domini catholici, et praesertim nobis tacendum esse censent. Quo fit ut bibliothece visitari non possint atque expurgari. Similiter impressorum officinae: libenterque conaremur ut saltem non inualescerent tot venena, sed supremi haec supprimunt, atque sic cunctando respublica atque catholica religio paulatim supprimitur cum ingenti cordis nostri dolore. Ego enim credo, si viriliter et strenue contradiceretur, non solum lutheranis qui hic sunt Pragae, sed et hussitis (hoc ego ab aliis accepi fide dignis), multi conuerterentur, qui maiorem sequuntur numerum. Atque aliorum compescerentur conatus (proh dolor) nimis audaces.

7. Magister Ghurtadus [1] diebus ferialibus logicam profitetur Caesarii [2], diebus vero dominicis cathecismum domi; magister Gerardus [3] cathecismum in arce diebus dominicis, ferialibus vero in collegio nostro, greca acta apostolorum cum partitionibus Ciceronis. Florianus [4] concionibus in templo nostro se exercet cum magna auditorum satisfactione non paucorum; iam enim templum nostrum a pluribus, praesertim diebus festis, teritur quam antea. Vocant nos quandoque catholici ad egrotos consolandos, inter quos quidam italus decumbens cum pene ultimum spiritum exhalare minaretur, monitus ut confiteretur atque sacrum corpus dominicum perciperet, quod a multis annis non fecerat, perceptoque vtroque sacramento, praeter expectationem illorum qui ei aderant, conualuit in dies magis ac magis, atque pristinam sanitatem breui recuperauit, non sane absque speciali Dei misericordia.

---

[1] Hurtadus Perez.

[2] Joannes Caesarius, juliacensis.

[3] Gerardus Werdenus.

[4] Vide superius, pag 264, annot. 3.

8. Alius catholicus, iudex, in parua ciuitate [1] a Floriano visitatus atque per totam noctem adhortatus, cum esset in extremis nec amplius loqui posset (vxor enim eius noluerat eum confiteri, ne, si confessus esset, citius moreretur); tandem cum absque consolatione spirituali praesidioque (proh dolor) absque confessione ipsius anima periclitaretur (quamuis confessus non fuerit, quod in nobis enim fuit fecimus) attamen constanti desiderio confitendique proposito (si potuisset confiteri), contritus sane (ut speramus) in Domino expirauit; tardius tamen vocati fuimus atque postquam vocem perdidisset.

9. In officiis domus nouitios habemus germanos, qui profecto cum versari debeant ac loqui extraneis, aliquando variis tentationibus sunt obnoxii, quod ipsimet fatentur. Alius est in porta, alius in refectorio, alius vero in minima classe, alius in penultima, alius, emendi gratia, exire tenetur, atque inter boëmos boëmice loqui. Extranei frequenter scolas intrant, ac sub pretextu alio, illis, quos nouerunt, sociis quandoque loquuti sunt. Cumque tentationes ab illis aliquando passi fuissent, atque etiam grauiores, rogarunt me quidam ut ad aliud collegium Societatis ablegarem, quo sociorum ac consanguineorum praesentiam molestam fugerent: quod profecto non possum improbare, si alii in eorum locum nobis mitterentur. Hoc tamen vno gaudeo quod eorum tentationibus non parum luminis in rebus nostris adepti sumus. Omnes nouitii (mirabile dictu in his regionibus) frequenter faciunt disciplinas aliasque mortificationes, necnon etiam alii fratres cum magna resignatione. Pauci sumus sacerdotes, nec respirare quandoque valent. Vtinam aliquot breui mittantur alii.

Magister Gerardus non est ineptus ad sacerdotium (mihi videtur).

10. Singulis septimanis conuenimus sacerdotes de statu

---

[1] Agitur de illa urbis Pragae parte, ad sinistram fluminis Moldavae ripam, quae germanice dicitur Kleinseite, bohemice Mala' Strana.

collegii agentes atque etiam scolarum magistri sepius examinantur. Scole a me et aliis sepe visitantur, beneuolos erga scolasticos nos facientes. Comediam Euripi perdiscunt [1], quam circa festum sancti Venceslai agent. Diebus veneris leguntur regule in prandio, ante vespertinam collationem (vt vocant) habetur exhortatio. Singulis diebus, finitis tonis, leguntur aliquot articuli regularum officiorum domus. Syndicus generalis est Joannes Rosanus, qui singulis diebus omnia fideliter defert.

11. Vnus fratrum officium habet singulis diebus araneas per dormitorium aliaque loca collegii decutiendi. Alius matulas fratrum (salua reuerentia) singulis septimanis purgat. Alius dat cibum porcis [a], atque per horam ante prandium et coenam cocum iuuat in culina. Alius fratrum calceos semel in septimana vngit. Alius semel in mense fratribus pedes lauat. Omnes fratres simul bis in septimana verrunt scopis totum collegium. Singulis diebus fit hora 4 exercitium corporale ab omnibus [b], rigando hortos ac aliud huiusmodi faciendo. Habent singulis diebus lectionem priuatam in Ciceronis rethorica. Singulis septimanis dantur themata atque examinantur fratrum epistole bis, praeter occupationes scolarum.

12. Nouitii singulis diebus habent lectionem in cathecismo et explicantur illis regule Societatis. Omnes, qui non bene nouerunt scribere, singulis diebus semel reddunt rationem scripture, quam scribere tenentur, vt bene discant. Singulis diebus fit lectio aut exercitatio in lingua boëmica tempore recreationis post coenam et prandium: atque signum datur linguae boëmice, quod plectitur requisita cathena post benedictionem coenae, ablatis carnibus. Profecturos spero breui fratres tempore in illa. Nam necessitatem illius

---

[a] *Additum in marg.*: habemus enim porcos qui superfluis edunt *(sic)* culine. —[b] *In marg.:* more germanico.

---

[1] De Euripi comoedia, quae in pluribus Societatis collegiis agebatur, vide, sis, DUHR, *Geschichte der Jesuiten,...* I, 331.

attendentes reddimur feruentiores ad illam assequendam.

13. Dicunt boëmi, alii bona de nobis, alii pessima: nos esse doctos scireque veritatem, nec tamen illam velle fateri. Fatentur nos non esse scortatores, ebriosos, vagosque homines, neque in aliquo nos posse redarguere, vt alios sacerdotes, qui pessime viuunt; quapropter nos laudant et reuerentur. Sed fidem et doctrinam dicunt nos habere malam. Alias multi nobiles magnique viri suos nostre discipline filios traderent, nisi timerent illos peruertendos a nobis atque ad nostram fidem alliciendos.

14. Frequentes habite sunt hac aestate orationes, quibus plerique lutherani adfuerunt, praesertim in quadam habita die festo Joannis Baptistae; cum enim diceretur natus Joannes absque peccato originali, cum abhominatione et murmure exibant dicentes nos blasphemare, atque nos diffamaturos per totam Germaniam, et maxime Uittenbergam, caueremusque nobis cum omnibus papistis, nam — [a] quemdam baronis cuiusdam boëmi filium studiis literariis, qui aliquando nos omnes mire consectaretur atque deuinceret.

15. Quidam priores in suis comitiis inuitarunt nos, quibus noluimus interesse, ne cum ipsis ac ipsorum malis inuoluamur, atque boëmicorum ac lutheranorum detrectationibus occasionem praebeamus; multi enim hic catholici sacerdotes pessime viuunt atque tali exemplo potius extingunt lumen, atque arundinem quassatam confringunt [1], quam restaurent; quamuis ad animarum suarum profectum cum X.º publicanis et peccatoribus non refugiamus conuersari pro maiori gloria Xi.

16. De compactatis semel concessis in concilio constantiensi ac basiliensi boëmis cuperemus scire mentem pontificis, si seruantibus conditionibus [*sic*], compactata sint

---

[a] *Est in ms. verbum obscure exaratum, quod legere nequimus.*

---

[1] Cf. MATTH., XII, 20.

ipsis valida, habeanturne filii Ecclesie? Scimus tamen paucos hic esse qui illa seruent; sed ad maiorem securitatem in respondendo aut resoluendo dubia huiusmodi, cuperemus aliquid certi de reuocatione aut concessione [1].

17. Multa alia essent dicenda, R. Pr., sed breuitatis causa omittam in aliud tempus, ne sim V. R. molestus. Hoc solum addam, D. Tilanum [2] huc rediisse, sed non receptum, Ingolstadium se contulisse. Hec latius scripsi aliis literis.

18. Boëmos aliquot expecto mortificatos et stabiles, qui concionibus ac confessionibus vacent, quo, vt multi nobis dicunt, fructus fieret non modicus in populo isto. His addam D. praepositum [3] iam supplicare regiae maiestati pro quadam praepositura scolasticis fouendis in nostro collegio; quod sane non minus vtile quam necessarium videtur in tanta sterilitate ac raritate studentium. Videntur enim potius rogandi quam rogaturi hac misera aetate studiosi. Omnium nostrum animus et affectus anhelat ad orationes et S. sacrificia V. R. P. Queso (ut credo) non frustrentur. Ex S. Clementis collegio regio, 28 Julii.

V. R. P. seruus et indignus in X.° filius,

URSMARUS GOISSONIUS [4].

Inscriptio. † Rdo. in Christo Patri Mg.° Joanni Polancho de Societate Jesu, Patri meo semper colendo. Romae.

Sigilli vestigium.

---

[1] Vide responsum ad similem quaestionem ab Hurtado Perez propositam, in *Lainii Monum.*, II, 274-75.

[2] Vide superius, pag. 167, annot. 3.

[3] Vide supra, pag. 311, annot. 1.

[4] Collegii rector. Cf., sis, BRAUNSBERGER, loc. cit.; I, 620.

76

PETRUS CABRERA

MURCIA 30 JULII 1557 [1].

1. *Crescit in dies fructus christianae doctrinae et frequentia sacramentorum, cui jam nemo contradicit.*—2. *Quanto audientium studio lectio theologica accipiatur.*—3. *De collegii structura optimisque conditionibus.*—4. *Privatum collegii sacellum episcopus singulari pompa auspicatur.*—5. *De litterarum studiis.*

1. † Muy Rdo. en Chro. P.e Pax Christi, etc. Lo que al presente ay que auisar a V. R.a deste collegio es que los sermones y dotrina christiana y la freqüentia en los sacramentos por la bondad del Señor uan cadaldía en aumento de fruto espiritual, y la gente cresce en número, porque en esta tierra era poco acostumbrado freqüentar los sacramentos antes que la Compañýa uiniesse a esta ciudad; y así a los principios auía algunos que murmurauan dello (como suelen ser las cosas buenas y del seruitio de Dios); pero aora ya todo está apasiguado y quieto. Lo que es grande aiuda para que esto uaia adelante, es que los más principales de la ciudad son los más aficionados nuestros, y los que más se suelen aprouechar de nuestros ministerios, y así con el exemplo dellos muchos se mueuen [a] a seruir de ueras a Dios.

2. El Padre [2] predica muchas uezes en la iglesia major y por las perochias con mucha acceptatión y concurso de gente; y ultra desto lee cadaldía una lición de theología de 4.º del Maestro. Aora a enpeçado la materia de penitensia: concurre a ella mucha gente, tanto sacerdotes (que lo han bien menester, porque ay muy grande ignorantia en

[a] muen *ms.*

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 1 fol., n. 119; prius 358. Vide superius, pagg. 33 et 279.

[2] Intelligi videtur P. Joannes B.ta Barma, provinciae moderator.

ellos) como seglares, de mercaderes y caualleros. Es tan grande el affecto que a ella tienen, que no obstante los grandes calores que hay en esta ciudad, y en especial en los caniculares, rogaron al Padre muy aincadamente que no dexase la lición, sino que la perseuerase, que no se les daua nada del calor. El orden es que lee primero la lición en latín, y lluego la declara en romanse para que todos la entiendan.

3. La obra del collegio ua muy adelante, y el Señor obispo [1] paresce toma cadaldía nueua affición a las cosas de la Compañýa, y se anima para hazer más y más por ella. Aora se ha de enpeçar la iglesia, que será de buena magnitud y hermosa. Será este un collegio de muy grandes recreationes y buenas, por ser el sitio dél muy sano y fresco con muy grande abundantia de aguas y huertas, iuntamente que de una açutea, que está echa, se descubre toda la huerta, que es muy grande recreatión; que aunque no tuuiésemos otra cosa, bastaua esta para aliuiar los ánimos cansados de los exersicios cotidianos.

4. Entretanto que se haze la iglesia, tenemos una capilla para en ella dezir missa, donde el señor obispo a querido estuuiesse reseruado el sanctíssimo sacramento; y para esto a dado dos piesas de plata, la una estiman en más de mil ducados, la otra está dentro de aquélla, donde está el sanctíssimo sacramento; y se ha echo un sacrario de emprestado muy rico, dentro del qual está la piesa grande. El Padre quería hazer la fiesta sin estruendo de gente, pero el señor obispo nunca lo consintió, sino que la quiso hazer muy solemne. El día de S. Anna por la manyana dixo missa el obispo con ministriles y cantores, y dexó el sancto sacramento reseruado. A la tarde se hizo una procesión por el patio del collegio (que ya está acabado y es muy lindo con columnas de mármol alto y baxo) donde concurrieron religiosos de todas las religiones, y la iglesia maior con

[1] Stephanus de Almeyda.

otra infinita gente de caualleros y regidores de la ciudad. Cierto, según auía de gente, no paresçía día de hazienda, sino muy solemne de pasqua. El señor obispo iua uestido de pontifical, y traía el sanctíssimo sacramento en un viril ensima de la piesa grande. Auíanse echo altares en el patio por los cantones dél, y entretanto que pasaua la procesión [a] se representó una comedia breue, que hizo uno de los lectores sobre el euangelio del ciego a natiuitate [1], con otras representationes muy gratiosas y onestas, como se requerían para tal día. El obispo conbidó aquel día a comer en nuestro collegio y en su casa mucha gente, que creo a comer aquí en nuestro collegio fueron más de ciento, y al cenar más de ciento y cinqüenta, sin los que comieron en casa del obispo; y él lo proueió todo a su costa muy copiosamente. Quedó el señor obispo tan contento de la comedia que se representó, y de los otros exersicios que se hizieron, que fué cosa para alabar al Señor; y él mesmo lo significó al Padre. Todas estas cosas son parte para que las cosas deste collegio uaian en más aumento cadaldía. Y aun se ha uisto a la clara que después de aquel día uinieron más oficiales a la obra, y los materiales se traen con gran feruor para proseguir lo demás. Bendito sea el Señor por todo.

5. Los estudios uan muy adelante, y el fruto de los estudiantes se conosce ser muy grande; porque quando acá uino la Compañýa, halló los estudiantes muy flacos en los principios, etiam los que oían de maiores, que an de boluer desde principio; y aora ay muchos de aquellos y de otros de los medianos que, según dizen los maestros, pueden oír artes. Es tierra esta de muy buenos entendimientos, sino que los tienen perdidos con ser poco inclinados a letras. Aora con la diligentia que ueen en los nuestros, y el exersicio, paresce que se animan para estudiar. Ay tres claces:

---

[a] proseción *ms.*

---

[1] Cf. Joann., IX.

en la primera se lee de menores, en la 2.ª de medianos, en la 3.ª griego y retórica y otras liciones más graues que en las otras. Ay arto concurso de estudiantes y cadaldía uienen nueuos de la ciudad y de las uillas [ce]rcanas [a]. Nuestro Señor por su bondad lo lleue adelante para su maior gloria. En los sacriffìcios y orati[ones] de V. R.ª húmilmente todos desseamos ser encomendados. De Murçia a 30 de Iulio de 1557.

Por comissión del P.ᵉ Dor. Baptista, viceprouincial, de V. R. hijo y sieruo en Chro.,

CABRERA [1].

Inscriptio. † Al muy Rdo. en Chro. P.ᵉ, el P.ᵉ M.º Laínez, vicario general de la Compañýa de Jesús, en Roma.

Alia manu... Rda. a los 9 de Nouiembre.

77

P. JOANNES GESTI

BARCINONE 31 JULII 1557 [2].

1. *De litterarum commercio.*—2. *Nostrorum valetudo et numerus.*—3. *Lectio casuum conscientiae a P. Gobierno magna omnium aestimatione habetur.*—4-6. *Orationes sacrae, christiana doctrina, aegrotorum visitatio.*—7. *Puellarum orphanotrophium restitutum.*—8. *Fervoris instauratio in nostris.*

1. † Ihs. Muy Rdo. Padre en Chro. Pax Chri., etc. Las vltimas que de aý recebimos eran de 30 de Henero. Después acá no hauemos sabido nada de V. P., avnque pocos días ha recebimos carta del P.ᵉ D. Loarte con otras para Valladolid y Alcalá, pero no ay nueuas de aý más de la llegada del hermano Joan Baptista [3]; bien pensamos que

---

a *Consumpta charta hic et paulo inferius.*

---

1 Vide supra, pag. 37, annot. 3.

2 Ex autographo in codice *Hisp. 95*, 1 fol., n. 123, prius 197.

3 Joannes B.ta de Ribera. *Lainii Monum.*, II, 157, 330.

la causa deue ser el tiempo, y lo mesmo podrá ser causa que se pierdan muchas de las que de aquí embiamos. Nuestro Señor nos dé tan felices nueuas de V. P. como deseamos.

2. Aquí hauemos tenido algunos enfermos; agora, gloria a Dios, todos estamos con salud. Somos al presente diez con vn Padre y vn hermano que vinieron de Sicilia con el señor Joán de Vega, y los dexó aquí.

3. La lición de casos de consciencia se continúa en la yglesia mayor. Léese la Summa gayetana. El señor obispo [1] con ser tan viejo que passa setenta años, venía ordinariamente oýr, pero después lo dexó por no sé qué suspención que vino de aý. El Padre maestro Gouierno lee esta lición con mucha doctrina, de lo qual el auditorio queda muy satisfecho, y va perdiendo la opinión que hasta aquí hauían tenido de la Compañía. Después de la lición da audiencia a los que quieren conferir alguna cosa de la lición o de otros casos de consciencia con él, y con esta conferencia se gana mucha familiaridad con clérigos, que hasta aquí no nos hauían sido muy amigos.

4. No se dexan los sermones los domingos y fiestas por las parroquias, si le piden, o en nuestra yglesia, porque en estos días no se lee.

5. La doctrina christiana siempre perseuera en nuestra yglesia cada día, y los domingos y fiestas con su plática. También la enseñan dos Padres cada día en el hospital.

6. Este año ay muchos enfermos con los quales trabajamos de exercitar la charidad; y agora lo ha estado el señor abad Doménec [2], y el primer día pidió le diéssemos vno de casa que mirasse por él, y assí se lo dimos. Agora ya está sin callentura, y mañana pienso se empeçará a lleuantar.

7. Hase procurado de tornar la casa de las huérfanas

---

[1] Jacobus Cazador.

[2] Petrus Domenech, abbas Sanctae Mariae de Vilabertran.

que hauía algunos años que se hauía desecho; y agora, bendito Dios, ya se ha dado principio a ella.

8. Con la renouación de los votos, que se renouaron el mes passado, y con la oración por la paz, que el P.e Francisco [1] nos encomendó, se han instaurado muchos actos de mortificación, penitencia y oración; con lo qual nuestro Señor nos ha hecho muchas misericordias. Plega a su diuina bondad que no le seamos ingratos dellas, y que nos aparejemos para rescebir muchas más. Por lo qual húmilmente pedimos el fauor de las oraciones de V. P., a quien el Spíritu Sancto infunda sus abundantíssimos dones y gracias. Amén. De Barcelona, vltimo de Julio 1557.

De V. P. indignísimo hijo y sieruo en Chro.,

† GESTÍ [2]. †

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. Padre en Chro., el P.e Mro. Laýnez, vicario general de la Compañía de Ihs. en Roma.

78

SUETONIUS CRESCENTIUS

TIBURE 8 AUGUSTI 1557 [3].

Omnes bene valuisse, nec in tanta rerum penuria eis necessaria defuisse.—Omnes suo munere sollicite fungi.—P. Laurentium Cavalierium, rectorem, in audiendis confessionibus valde occupatum esse.—Aliquos inter se dissidentes in veterem amicitiam rediisse.—Scholarum nostrarum alumnos, nunc fere dispersos, bene in litteris et bonis moribus profecisse.—Urbis incolas multa militum causa perpessos fuisse.—Aliquem insignem concionatorem, ut Tiburim mittant, rogat.

---

[1] P. Franciscus Borgia.

[2] P. Joannes Gesti, collegii rector.

[3] Extat autographa cum innumeris prope correctionibus alia manu scriptis, in codice *Rom. 126 A,* ff. 35-36. Tum ob plura menda, tum quia quae alicujus momenti erant, reperiuntur in epistola P. Cavalerii, diei 24 Aprilis, quam supra, pag. 186 sqq. edidimus, eam omittendam censuimus. Epistolae auctor ineunte mense Martio Tiburim Roma missus fuerat, ut se in grammatica docenda exerceret. Cf. *Polanci Complementa,* II, 595; *Lainii Monum.,* II, 631, 633.

79

RAPHAEL TEXEDA

ebora 12 augusti 1557 [1].

1. *De nostrorum valetudine.*—2. *Studentium ardor in virtutibus exercendis.*—3. *Confessionum fructus.*

1. † Iesús. Muy Rdo. en Chro. Padre. Pax Chri. En la carta passada dimos cuenta a V. P. de algunos hermanos que estauan enfermos, de los quales conualescieron algunos quedando con todo dos en la cama; y paréceme que son los que primero cayeron, que no hazen sino començar a sanar y tornar a recaer; de los quales es vno el P. Ignacio Martínez que lee el curso de las artes, por el qual fué necessario suplir otro hermano. Otros comen en la enfermería y están allá quasi siempre, mas comúnmente no están en cama. Los demás valent vt solent, y todos se exercitan en sus officios con grandes desseos, y crecen in dies en virtud, me excepto.

2. Los estudiantes de fuera se aprouechan mucho en virtud y letras, y continúan sus confessiones cada ocho días. Grande número dellos van a los hospitales a seruir y consolar los enfermos y hazerles las camas, lo qual hazen con mucha edificación de todos. Ay algunos que traen su modo de biuir scripto a los confessores vltro, para que los enderecen y muden. Faltan agora por ser verano y esta tierra muy enferma, muchos, por causa de enfermedades. Entran muchos religiosos, y otros piden la Compañía con mucha instancia, aunque se dilatan; y algunos piden a sus maestros les den mayores castigos por mejor sentir lo que por ellos padeció Christo nuestro Señor. Tenemos aquí tanta falta aún de vn substituto, que muchas vezes son forçados los maestros ir a leer con calentura y bien mal dispuestos.

3. Quanto al fructo de las confessiones, házese mucho,

[1] Ex originali in codice *Lus. 51,* 1 fol., n. 10; prius 316.

y hazerse ýa mucho más, si vuiesse más copia de obreros. Ay toda la semana concurso de confessiones y communiones, y el domingo o días santos tanto, que es para dar muchas gracias al Señor a quo cuncta bona procedunt. [*Sequitur exemplum singulare.*]

Esto es lo que se offrece escriuir deste mes passado a V. P., y que nos encomiende a todos en sus sanctos sacrificios y oraciones. De Éuora a 12 de Agosto de 1557.

Por commissión del P.ᵉ Don León [1], indigno hijo de V. P. en Chro.,

Raphael [2].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Chro. P.ᵉ, el P.ᵉ M.º Laýnez, vicario general de la Compañía de Iesús en nuestra Señora del Estrada. Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu: R.ᵈᵃ a los 31 de Deziembre.

80

JOANNES PAULUS MIRABELLUS

FERRARIA 13 AUGUSTI 1557 [3].

1. *Episcopi vicarius magna nostros benevolentia prosequitur eisque complura negotia pro animorum salute committit.*—2-5. *Auxilium aegrotis in nosocomio ac detentis in carcere praestitum, ac de fructibus confessionum.*—6. *Unus e nostris, morte sanctissime obita, patrem suum et amitam consolatur.*—7. *De statu collegii, de discipulorum numero et fervore, de adventu fratris cujusdam.*

1. Jhus. Pax Xi. Res nostrae hic quomodo se habeant his quatuor mensibus proximis hac epistola, ut potero, perscribam. Sic ergo habeto, R. Pater: Vicarium episcopi hic

---

[1] P. Leo Henriquez, collegii rector.

[2] Epistolae auctor esse videtur Raphaël Texeda, hispanus, qui per id tempus in eborensi collegio versabatur, ut ex ejus examine colligi potest. Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 580.

[3] Ex apographo coaevo in codice *Ital. 171,* 2 ff., nn. 82, 83. Sunt duo alia apographa in eodem codice, ff. 84-85; 86-87.

bene erga [a] nos affectum esse multumque nobis tribuere [1]. Nam cum interrogaret nos de eorum numero, qui apud nos confitentur, eique responderemus esse admodum frequentem, mirum in modum est laetatus. Cumque rogaremus ab eo quid nobis agendum esset cum iis, qui quadragesimale ieiunium non obseruarent, praesertim si prius ab eo ueniam non impetrassent, ille respondit se nobis omnibus facultatem dispensandi, quandocunque expedire iudicaremus, libenter dare; quin etiam adiecit se adeo nostrae et doctrinae et pietati confidere, ut omnino ratum habeat atque probet quicquid nobis faciendum uideatur. Hic idem cum duas honestas puellas iudaeas ad fidem conuertendas apud quasdam nobilissimas matronas in tuto collocasset, noluit eas cathechizandas aliis committere quam nostris, ac singulari quodam affectu nobis illud negocium demandauit, si id sine nostro incommodo facere possemus; quod effecimus foeliciterque nobis cessit, Deo duce. Nam et puelle iudeae (ut erant bono facilique ingenio) multum profecerunt, et nobiles illae matronae et grandiores natu puellae (quae fere semper iudaearum institutioni intererant) non mediocrem fructum inde tulerunt. Nobis quoque curam dedit ut iudaeum quendam ad xianam. religionem institueremus, quod effectum est, Iesu fauente. Nam et baptizatus est, et iam uitam xiano. homine dignam degit. At quoties eum adimus, idem ipse nos multa benignitate et familiaritate excipit, multaque beneuolentiae signa ostendit. Quin etiam unum ex Patribus nostris Romam proficiscentem cogebat ut certos nummos aureos in sumptum itineris acciperet; quos noster ille pro sua modestia renuit.

---

[a] ergo *ms.*

---

[1] Episcopus ferrariensis ab anno 1553, juxta Ughellum (*Italia sacra*, II, 557), erat Aloysius, Herculis II, ducis Ferrariae, filius. De quo idem auctor: «usus suffraganeo est in ferrariensis ecclesiae administratione Alphonso Rossetto, episcopo comaclensi; in quem post duodecim annos sacerdotium illud conferendum curauit.»

2. His diebus festis inuisimus aegrotos in duobus huius ciuitatis nosocomiis, et ibi ad aegrotas mulieres de more concionamur, qua re fit ut magnopere commoueantur, quod lachrymis testatae sunt. Aegrotorum qui a nostris uisitantur, alii proponunt nosocomiis ministrare Dei et pietatis amore, alii religionem intrare, alii peregrinationes suscipere, alii mores emendare, alii saepius confiteri et communicare. Perusinus quidam habitabat cum iudaeis, iisqui familiarissime utebatur, iam diu abstinuerat a confessione, illudebatur saepius a daemone in somnis; coepit aegrotare, ac uisitari a duobus medicis haebreis praestantibus; morbo tamen quotidie ingrauescente, statuit ad nosocomium quoddam publicum diuertere, ibi persuasus a nostris constituit nolle cum iudaeis habitare aut uersari cum eis, uitamque emendare et saepius confiteri; quod fecit postea. Vbi autem hoc proposuit, statim febris discessit, quod non pauci, qui erant in nosocomio, admirabantur. Ad D. Annae nosocomion is qui aegrotos curat, testabatur multos confessos fuisse ac communicasse cohortationibus nostrorum fratrum.

3. Qui uero in carcere distinentur, apud duos ex Patribus nostris affatim sunt confessi; inter quos aliqui quatuor aut quinque annos contempserant confessionem. Quidam uero qui septem annis de suis peccatis nunquam fuerat confessus, et execrabatur palam Deum, et sanctos omnes conuitiis et maledictis nefaria uoce insectabatur, aiens se nullo [a] unquam tempore uelle confiteri nec Deum esse credere, aliosque item a confessione deterrebat ac dehortabatur magno cum eorum detrimento; tandem furiis ac malo genio adeo agebatur, ut non multum abesset quin mortem sibi ipse consisceret. Hunc miseratus quidam ex nostris, qui tum in carcere erat, illi perhumaniter assedit, blandioribusque uerbis ac monitis eum leniebat, et cum diutius juuene silente esset locutus, tandem respondit emollito ac subacto

[a] ullo *ms.*

ingenio, se intra biduum confessurum, quod et effecit; nam dum confessionem meditaretur, adeo facilis euasit et pacatus, ut omnes obstupescerent atque admirarentur subito tantam in homine metamorphosin, cumque uentum est ad confessionem, iam quinque aut sex eiusdem farinae [a] homines in suam sententiam pertraxerat ut confiterentur, qui prius Patrum nostrorum precibus id omnino denegauerant. Hic ipse, inquam, confessus est, et ea morum mutatione, ut nunquam deinceps a quoquam uisus sit ne hiscere quidem contra ea quae ad Deum aut honestatem pertinent; quin etiam ipse suadebat cum nostris ut alii omnes confiterentur, quod foeliciter factum est; namque rarissimi extiterunt [b], qui non confiterentur; et eorum qui confessi sunt, non pauci post confessionem sunt liberati, quod ante a se consequi posse desperauerant. Iidem Patres nostri impetrarunt a vicario, ut iisdem in eodem carcere sacrum facerent. [*Aliquas conversiones omittimus.*]

4. Vt plurimum etiam fit, ut qui asperitatibus rerum aut malis premuntur, ad nos cum consilii aut adiumenti, tum confessionum gratia accedant, pollicentes sibi a nobis opem et solatium in tot rebus aduersis, ac Deo adiuuante, sua spe minime fraudantur.

5. Studiosiores nostrarum rerum, quos deuotos appellamus, et proficiunt ipsi et alios alliciunt attrahuntque ad pietatis studium; multi nanque confessi sunt illorum ductu, qui alias ad nos tam facile perducti non fuissent. Quantum uero ipsi proficiant, uel illud indicat, quod non desint ex iis quibus aliqua super humanae conditionis statum Deus communicare dignetur. Quod id genus proxime contigit, nunc dicam.

6. Vir est, cuius filius inter fratres Societatis nostrae, nomine Hercules in colle[gio] uiuebat, is obiit diem suum, uolente Deo; pater nescius omnino (nondum enim certior fieri poterat de obitu filii sui quippe qui Ferraria aberat),

---

[a] farinae farinae *ms.* —[b] extirunt *ms.*

dum et ipse aegrotaret, et forte aliquid meditaretur [a], ut aegrotis piis usu uenit, inter meditandum uidit filium suum tanta cum laetitia in coelum tolli, ut summo quoque gaudio ipse pater afficeretur, nam simulac contemplatus est filium tanta foelicitate exultantem ad Deum ferri, omni uoluptate ac dulcedine perfusus est; quod cum ipse cogitaret sentiretque se ea laetitia recreari, admirabatur quidnam foret; atque ecce paucis post diebus nuncius allatus est filium e terris esse sublatum. Tum subito illi uisum in mentem uenit, et quamuis magno affectu filium diligeret, nuncio tamen laetatus est pater, ac Deum collaudans, nobis retulit [1]. Illud est autem quod magis miremur, quod eodem ferme modo et honesta foemina, patris soror, amita morientis filii, et ipsa uidit nepotem Ferrariam redeuntem, et tanquam eum, qui esset concionaturus, eo habitu atque uestitu quo fratres Societatis utimur, tanta oris ac uultus probitate ac modestia, ut augusta eius facies pietate quadam animum illi demulceret, cogeretque ut admiraretur subito tantam in homine mutationem, quam in Societate, quoad mores pertinet, induerat. Hoc uisum foeminae illi uigilanti aeque obiectum est. Quae quod templi nostri confessionisque studiosa est, uisum suum ad nos detulit.

7. Collegium nostrum recte ualet, Christo authore, fratres proficiunt in litteris aeque ac in spiritu, prompti omnes ad quoduis munus.

Externorum discipulorum idem numerus; libenter confitentur et ante diem prestitutam, in multis non opus est monitore. Aucti iam sumus uno fratre, qui ferrariensis est, aptus ad litteras, obediens et bonae spei. Deo laus. Nec

---

[a] meditares *ms.*

---

[1] Cf. de morte hujus fratris *Lainii Monum.*, II, 315; et SACCHINUM, *Hist. Soc. Jesu*, part. II, lib. I, nn. 125-126.

plura. Nos precationibus tuis, R. Pater, commendatos habe. Ferrariae idibus Augusti 1557.

R. P. T. seruus inutilis in X.°,

Joannes Paulus Mirabellus [1]

81

JOANNES DIRSIUS

VINDOBONA 28 AUGUSTI 1557 [2].

1. *Confessionum frequentia et amicorum liberalitas.*—2-3. *Regum favor, aulicorum quorumdam malevolentia, aliorum mutata in melius voluntas.*—4. *Episcopus olmucensis aliique auxilium a Societate contra haereticos rogant.*—5-7. *Alumnorum numerus, amor erga magistros, exercitationes.*—8. *Novi aedificii pro scholis constructio, cui ipsi alumni manibus suis adlaborant.*—9. *Libelli suspecti ad nostros deferuntur.*—10. *Acta in collegio comoedia.*—11. *Pietas alumnorum, quorum quidam ad Societatem se vocari sentiunt.*—12. *Novitii recenter admissi.*

1. † Gratia Jesu Xpi. augeatur in cordibus nostris semper. [*Ait se paucis multa complexurum ad Dei laudem.*]

Numerus frequenter confitentium hactenus firmiter perseuerauit. Festo pentecostes plurimi Patribus nostris suam conscientiam aperuerunt humiliter, nec sine fructu, quem in illis animaduertere licuit. Restitutiones quaedam factae sunt satis magnae pro ratione temporis, loci ac personarum. Ad sacra audienda *aliquantus numerus* [a] visitant

[a] non pauci.

[1] De epistolae auctore intelligenda haec videntur, quae dicuntur in catalogo collegii ferrariensis anni 1557: «Gioan Paulo calabrese, lettore della p.ª schola; fa molto frutto tanto nel greco, quanto nel latino. Lege dottamente, ma non ha il modo di farsi grato alli auditori. E molto desideroso di aiutarsi nel spirito, et fa frutto grande nella obedientia. Pare che hauerà più talento in sentire confessioni che nel predicare.» In codice *Informationes antiquae*, n. 38; prius 344.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 185*, 2 ff., nn. 179, 180. Exstat aliud exemplum, secundum correctiones, in ff. 177-178. Emendationes consueto more indicamus.

nostrum templum, quod amici singulares subinde ornant munusculis, vt tapetis, corporalibus, pannis preciosis, *pecuniis* et strophiolis afabre contextis.

2. Serenissima Boëmiae regina [1] praeter caeteros fautores singulari nos amore atque auxilio prosequitur, mittens aliquando ad nos ac quaerens quibus indigeamus. Paratam sese offert quacunque in re possit nobis suppetias fere*ndi* [a].

3. Eiusdem animi esse experimur regem Ferdinandum. Hic tanquam optimus nostri collegii patronus ac pater, *in causis nostris sibi proponendis* libenter nos ad colloquium admittit priuatum, auxilium suum nobis beneuole promittit, imo ad omnia petita clementer annuit, ita *quod* [b] in illo nihil difficultatis [c] experiamur; sed cum iis qui munia delegata subeunt, labores aliquando haud exiguos ferre cogimur. Proximis his diebus cum R. Pr. dominus Joannes a Victoria et ego illum accessissemus propter multa negocia, quae partim ad rempublicam christianam, partim ad collegium nostrum spectant, miratus est plurimum optimus rex nihil effectum esse in illis, quae sacra sua maiestas iam pridem expediri serio mandauerat. Quantum ergo ad ipsam regiam maiestatem attinet, fateri possumus illam in omnibus esse *clementissimam nobis* [d]: *id ita esse* his diebus elapsis, *experti sumus; nam* [e] quo aliquot annos molestati fuimus, liberauit nos *a tributo annuo*, quod monasterium nostrum propter prouentus annuos, quos nos *vt bene* nunquam possedimus, persoluere tenebatur [2]. Qua in re magnum sane emolumentum collegio viennensi accessit [f].

---

[a] ferre. —[b] vt. —[c] vlla in re *add. Pol.* —[d] nobis benignissimam. [e] a tributo. —[f] *In marg. add. Pol.* ad extructionem etiam scholarum quod expetebamus constituit.

---

[1] Maria austriaca, Maximiliani uxor.

[2] Sociis viennensibus tradiderat rex Ferdinandus monasterium carmelitanorum, fere desertum. Cf. POLANCUM, *Chron.*, V, 233.

Alii multi etiam in fide catholica aduersarii nobis videntur maiorem animum ac fauorem ostendere, quam alias unquam, et inter hos sunt nonnulli, qui summopere suos filios conuictui nostro concredere vellent, quicquid esset pro sumptibus impendendum [a], *si modo locum haberemus in domo satis amplum.* Antehac quamplurimi virus maleuolentiae euomere atque spicula conuitiorum in nos contorquere solebant; iam autem videntur nobis, quod mirari satis non possumus, esse facti mansueti, vt nunquam fere quando in publicum prodimus, aduersi*tatis* quid amplius audiamus.

4. His superioribus diebus episcopus olmuzensis [1], vir catholicus *et zelosus*, misit quendam canonicum ad nos, vt habere posset concionatores aliquot ex nostris, qui ecclesiae olmuzensi in maximis iam et [b] extremis *aduersitatibus* [c] propter haereticos irrepentes, porrigerent manus auxiliatrices. *Nisi enim habeat catholicos praecones qui principiis obstent, ait fore vt incendium haeresis tecta ascendat.* Sunt et alii magni domini, qui a nobis auxilium efflagitant: sed quia in praesentiarum non habemus tot fratres praedicatores, quot desiderantur, hactenus nullum illis concedere potuimus.

5. Quod ad scholam attinet, agimus Deo gratias *inmensas* quod ita eandem promouere dignetur ad sui gloriam et juuentutis vtilitatem. In dies aug*menta*tur [d] numerus studiosorum, et iam auctus est vsque ad numerum 450, quem omnes satis mirari non possunt. Fratres nostri nauant operam diligentem vt officio suo deesse non videantur; et quamuis habeamus multos aemulos ludimoderatores publicos, tamen nostris scholis laudem tribuunt non

---

[a] *In marg. add. Pol.* impendere parati. —[b] quodammodo *add. Pol.* —[c] periculis. —[d] augetur.

---

[1] Marcus Kuen.

exiguam ipsimet non adeo magni nostri fautores, et de quorum fide dubie *nobis constat* [a].

6. Puerorum nostrorum animus ita erga nos est affectus, vt a nobis et nostris lectionibus auelli difficulter possint, quantumuis illis reluctentur parentes. Quando contingit illos a nobis discedere vt alio mittantur, cum fletu et tristitia magna praeceptoribus valedicunt, vt coniectura assequamur Deum, omnis boni fontem, adhuc *sibi* [b] reliliquisse bonum semen. Idem faciunt in discessu fratrum nostrorum, lachrymis illorum abitum dolentes. Cum proxime auditores primae classis praeceptorem Dominicum [1] Romam, quo R. D. Joannes a Victoria illum mittere proposuerat, discessurum intellexissent, e uestigio nos accedunt, humiliter lachrymando supplicantes vt diutius illis praeceptorem hunc concederemus; quia si abiret, et ipsi abire omnino constituissent. Quo factum est, vt retinuerimus eundem Dominicum, fratrem nostrum, tantisper donec aliud Dominus Deus suggesserit consilium.

7. Non parum sane omnes nostri studiosi maiores proficiunt tam in pietate et doctrina catholica, quam in humanioribus litteris. Quotidie ingenia sua exercent in componendis *de variis argumentis* epistolis, carminibus, declamatiunculis et disputationibus scholasticis, quibus [c] se promptos ac expeditos reddunt, vt ex tempore plus doctrinae praestare possint, quam multi studiosi adulti academiae viennensis, quos etiam long*is parasangis* [d] anteuertunt. Hinc fit vt *magni atque barbati* [e] homines non verecundentur colla sua iugo disciplinae nostrae supponere.

8. Propter locorum angustiam cogimur nouam iamdudum concoeptam et incoeptam domum pro scholis extruere, et iam in dies extruimus per operarios italicos; illam

---

[a] dubitamus. —[b] in illorum animis. —[c] *Sequitur v.* qui *deletum.* —[d] longe. —[e] iam etate grandiores.

---

[1] Dominicus Menginus. Cf. *Lainii Monum.*, II, 371, 400, 405, 419.

absolutum iri speramus ante Octobrem huius anni 57. Quoniam vero *non tot sunt* a regia maiestate *concessi nummi quot* [a] praesens opus requirit, ab amicis *patronis* subsidium petimus, quod non aegre hactenus multi impartiti sunt. *Puerorum quoque parentes opulentos in auxilium imploramus; hucusque haud grauate quid subleuaminis administrarunt.* Ipsi pueri in quorum vtilitatem hoc aedificium foeliciter cum Deo incoeptum est, magis laetantur quam ipsamet ciuitas; ostendunt hoc diurnis laboribus, quos alternis subeunt vicibus, aut portando nobiscum lapides, *aut adducendo intritum*, aut fodiendo [b], *imo* nos liberant a magnis salariis, quae in mercenarios insumere deberemus. Et sane, Rde. in Chro. Pater, non possum satis declarare amorem studiosorum nostrorum erga nos; nobiscum defendunt, quantum pro virili possunt, fidem catholicam, vt ne vnus quidem se in nostris scholis prodere audeat habens alienam a nobis opinionem, quin continuo deferatur ad praeceptorem.

9. Libellos deprauatos ac suspectos nobis examinandos offerunt multi, ne, quod alias summopere timent, in errorem incidant ignoranter.

10. In festo S. pentecostes bis publice in frequenti spectatorum caterua exhibuere tragicam comoediam, quae inscribitur Pugna voluptatis [c] et virtutis, et [d] magnam sane laudem et gloriam inde retulerunt. *Fertur, quendam stipatorem regis*, *quod adeo placuerit*, *totam actionem concoepisse animo, et postea domi primis lineamentis adumbrasse.* Statim euulgata fuit fama nullam ad viuum magis repraesentari posse comoediam [e], quam nostram, ita *quod* [f] exinde aliqui ludimagistri occultae inuidiae quid in nos concoeperint.

11. Non tacebo pietatem horum nostrorum puerorum [g];

---

[a] regiae maiestatis ministris non tantum pecunie quantum ... accepimus. —[b] et aliis ministeriis quibus *add. Pol.* —[c] *Emendatum ex* voluptae, *ut videtur.* —[d] et *add. Pol.* —[e] *Prius* repraesentare ... comoediam. —[f] vt. —[g] qui *add. Pol.*

rosaria *testantur eandem*, *quae* [a] sine pudore gestant in manibus (quod alias his in partibus, vt plurimum, ludibrio habetur); *testantur* et preces *quas* ad Deum semper omnes fundunt vnanimiter quotienscunque illos, ex more nostrae domus, sacris mane quotidie a prima lectione interesse contingit. Sane in aedificationem omnium in libellis precatoriis orant modestissimi, flexis genibus, reuerenter, deuote. Non dubito quin et parentes suos in admirationem rapiant filii, dum ita praeter opinionem in pietatis studio proficiunt. Hoc iam comuniter ciues sentiunt, *vt* si velint suos filios pie ac modeste educari, nostris scholis committendos esse. Quidam *parentes* [b] cupiunt suos [c] animum applicare ad nostrae Societatis institutum, *si* [d] annos maturi iudicii attigerint. Quidam etiam filii sentiunt animos suos *inclinatos* [e] ad Societatis Jesv professionem; et certe essent sine mora parati nobiscum viuere, si aut *vitrici saeui* [f] bono proposito remoram non iniicerent, aut aliorum amicorum comminationes viae Spiritus Sancti obicem non ponerent. Ita fit proinde, vt multi non alia obstacula sentiant, quam quod adhuc sint sub iure parentum, aut tutela *patronorum* [g]. Interim huiusmodi bonae animae non cessant frequentius quam alii (quamuis alii statutis temporibus confiteantur) peccata sua confiteri, accipere sacram synaxim, mentem ad Deum dirigere.

12. In praedicando euangelio omnes more consueto pergimus: spero id non sine fructu *fieri* [h]. Fratrum nostrorum numerus hoc 4 mensium tempore auctus est accessione trium bonae spei adolescentum, Michaële sclauo, Joanne Baptista italo, Matheo Stiborio. Hunc tertium, propter certas quasdam rationes in domum ac conuictum nostrum non admisimus, de quo magna expectare possumus, propter insignes tam animi et corporis, quam naturalis facundiae dotes, quibus multis longe lateque praelucet. Deo sit

---

[a] iam. —[b] etiam. —[c] liberos *add. Pol.* —[d] cum. —[e] propensos. —[f] qui eorum curam gerunt. —[g] aliorum. —[h] fore.

honor et gloria omnis, qui haec et adiumenta et incrementa concedit. Fatemur, Rde. in Chro. Pater, haec indigniora ac viliora quam quae literis mandare debeant; Tua tamen Rtia. pro nobis Deum precabitur sedulo, vt sua gratia diuina, praesertim hanc desolatam et miserrime afflictam Germaniam per nos rudia *organa* [a] vt coepit irrorare et excolere non cesset. Viennae Austriae, festo S. Augustini: anno redemptae salutis MDLVII.

Tuae Rtiae. seruus in Xpo. indignus,

Joannes Dirsius [1].

Eadem manu. 1557 Lrae. quadrimestres ex collegio Viennensi.

Sigilli vestigium.

82

P. DIDACUS LOPEZ

hispali 30 augusti 1557 [2].

1. *Varia nostrorum ministeria in urbe ipsa.*—2. *Nonnulli e nostris peregrinantur, fructusque uberes, praesertim inter piscatores, colligunt.*—3. *P. Rectoris ministeria in oppidis Montulia et Marchena.*—4. *Alii alio peregrinantur.*—5. *Exercitia sacerdotibus tradita.*—6. *De fundatione quadam in oppido Trigueros.*—7-8. *De insectationibus et de nostrorum valetudine studiisque.*

1. † Ihs. Muy Rdo. en Chro. P.[e] nro. Pax X.[i], etc. Los días pasados después que escreuí a V. P., muchas cosas se an offreçido, gloria a Christo nuestro Señor; en las quales nos ocupamos assí en los sermones y en pláticas spirituales, como en la administración de los sacramentos y en obras de charidad. Algunos de los Padres han predicado, de lo

[a] instrumenta.

[1] Ejus examen (notas) vide apud *Epist. P. Nadal*, II, 561.

[2] Ex originali in codice *Hisp. 95*, 2 ff., nn. 132, 133; prius 314. Exstat in ff. 147-148 exemplum latinum ab eodem subscripto, sed datum die 2 Septembris.

qual los oyentes mucho se han aprouechado, no solamente a sí [a], mas aun a aquellos con los quales biuen, de los quales tienen cuidado de instruillos y les persuaden a la obediençia de nuestro Señor, por lo qual suélenles deçir que freqüenten la santísima comunión y confessión. Vn Padre de casa ha predicado muchas vezes en la cárçel. Tanbién hermanos nuestros han enseñado la doctrina a la misma gente, lo qual acostumbran hazer por los barrios y plaças de la çibdad mirando de camino a la gente que públicamente juegan naypes, y juran. Demás de esto van a los enfermos para consolarlos y confortarlos en su muerte. Muy a menudo son llamados con gran deseo para ser confessados y ordenar sus consçiençias. Ay alguno que dize que la gente de nuestra Compañía ha venido a fin que muchos con su ministerio y doctrina se saluen. Hanse exerçitado también en hazer amistades y en otros negoçios de esta manera, procurando que los pobres tuuiesen que comer, porque ha hauido sterilidad este año en esta tierra. A muchos que van a justiçiar, han acompañado nuestros Padres confessándolos y animándolos en su muerte, donde algunas vezes han predicado, de lo qual se edificauan los çircunstantes.

2. Algunos de nuestros hermanos han peregrinado por diuersas partes, procurando dar buen odor de sí dondequiera que llegasen, encargándoles la ley de Dios. Heran recebidos de buena gana con el deseo de la doctrina, en los messones y otros lugares donde llegauan. Dos de nuestros hermanos fueron a las almadrauas de Conil y Zahara, donde ay vna deuoçión de nuestra Señora de las virtudes, y fué en tiempo de la pesquería de los atunes, adonde suele çoncurrir mucha gente de diuersas partes. Dieron con su virtud gran exemplo instruyendo en la doctrina xiana.; porque de quien se la enseñase auía gran falta, por el descuido que de ello se tiene. Ayudauan a la gente que pescaua a tirar las redes, cantando en lugar de los cantares des-

---

[a] assí *ms.*

honestos que ellos suelen cantar, la doctrina xiana., de lo qual se consolauan, poniendo ymágines de sanctos en los lugares do se recogían, quitándoles otras deshonestas que tenían. Por los pueblos por do pasauan, dexauan gran deseo en la gente de que fuesen algunos de nuestros Padres por allá; lo qual vimos ser çierto por el testimonio que truxeron de algunos prinçipales del pueblo y vicarios. También procuraron que oviese algunos hombres que enseñasen y tomasen cargo de enseñar la doctrina xiana., y corregir los juramentos.

3. El Padre rector [1] ha ydo a Marchena y Montilla algunas vezes, llamado [a] por aquellos señores duques de Arcos y marquesa de Priego [2] donde se ha exerçitado en lo que suele.

4. Por otras partes han ydo a peregrinar algunos hermanos.

5. Algunos saçerdotes han hecho los exercicios, de lo qual han sacado gran prouecho; entre los quales se ha reçebido vn saçerdote muy buen canonista. Los que piden ser admittidos créese que alguno de ellos lo será, aunque por aora se dilata, no por otro fin más de porque antes que entren en nuestra Compañía, sean examinados.

6. Vn hombre [3] vecino de vn lugar en el condado de Niebla, que se dize el lugar Trigueros, del qual saberá V. P. en la carta pasada, ha venido ha esta çibdad ha tratar cómo se funde vna casa en aquel lugar, y promete dar vna casa muy buena y todo lo neçessario para dezir missa,

[a] llamados *ms.*

[1] Idem videtur fuisse qui anno 1556, scilicet P. Gundisalvus Gonzalez.

[2] Duces de Arcos erant Ludovicus Christophorus Ponce de Leon et Maria de Toledo et Figueroa; marchionissa vero de Priego, Catharina Fernandez de Cordoba. Cf. Polancum, *Chron.*, IV, 470.

[3] Agitur de Francisco de la Palma, qui paulo post trigueriense collegium fundavit. Vide ejus epistolam in *Lainii Monum.*, V, 95 sqq.

y trezientos ducados de renta en préstamos, con esperança que dará más; lo qual está ya capitulado y enbiado [a] al Padre Francisco [1] para que su R.ª mire en ello.

7. Algunas persecuçiones se leuantan, gloria al Señor; pues que ninguna cosa se puede hazer bien sin trabajo; mas todo esto es secreto, que muy presto pasa, y façilmente se oluida, porque no osan dezirlo públicamente.

8. Aunque el Señor nos ha exerçitado con algunos hermanos enfermos y casi a la muerte, Él por su misericordia ha tenido por bien de dexárnoslos acá. Algunos están buenos y otros indispuestos. Todos exerçitan los deseos con mortificación y oración.

Los studiantes trabajan en sus studios. Rogamos a V. P. y a los Padres y hermanos charíssimos en el Señor nos encomienden a Dios en sus oraciones y sanctos sacrifiçios, para que Él se digne de lleuarnos adelante lo que entre manos tenemos. Fecho en Seuilla a 30 de Agosto 1557.

De V. P. invtil hijo en el Señor,

†
DIEGO LÓPEZ [2].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. Padre en Chro. nro. Señor, nro. Padre maestro Laýnez, vicario general de la Compañía de Iesú. En Roma.

Alia manu... R.ta 13 Januarii 1558.

---

a enbieado *ms.*

---

1 S.tus Franciscus Borgia.

2 Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 695.

83

P. PETRUS PARRA

VALENTIA 30 AUGUSTI 1557 [1].

1. *Rumore pestis percrebrescente, multi ad sacramenta confugiunt seque ad bene moriendum praeparant.*—2. *De pio legato ab archiepiscopo valentino Societati relicto.*—3. *De nostrorum valetudine ac numero; nonnulli Gandiam profecti, peregrinatum magno cum foenore pergunt.*—4. *De fratre Benedicto.*

1. † Ihs. Muy R.º Padre en Chro. Gra. et pax Chri., etc. Días ha hartos que de esa tierra no tenemos cartas, aunque las desseamos harto. De aquí se a escrito todos los meses después de la quadrimestre, y algún mes creo dos vezes. No sabemos si allá se reciben. Lo que en esta se offrece hazer saber a V. R. es, cómo los sólitos exercicios van con aumento en este collegio, especialmente las confessiones, con vn rumor de peste que enpeçó a auer en esta ciudad, que fué poca cosa, y parece ya estar casi dessospechada. Es cosa para alabar a nuestro Señor la gente que aquí uiene a confessar cada día, que no bastamos aunque doblados fuésemos. Vltra de las confessiones que muchas se hazen generales con grandes propósitos de perseuerar en la virtud, vienen aquí muchos a pedir consejo, cómo podrán hordenar bien sus testamentos, y procuran de hazerlos, assí el marido como la muger. Declaran sus cosas como si ya estuuiesen para morir; algunos con diligencia pagan sus deudas, diziendo que no saben si mañana serán biuos para pagarlas; los que tienen rencores entre sí, procuran reconciliarse con quien los [a] tienen. [*Poenitentium exempla nonnulla omittimus.*]

2. Ase hecho vn buen negocio en estos días deste col-

[a] las *ms.*

[1] Ex originali in codice *Hisp. 95,* 2 ff., nn. 137, 138; prius 178, 179. Exstat exemplum latinum ab eodem subscriptum in ff. 134-135.

legio, y es que viniendo aquí Don Diego de Azebedo, thesorero maior del rei, se negoció, no con poco trabajo, que la manda del buen arçobispo pasado [1], que son dos mill y quinientos ducados, los quales auía de pagar el rei; el buen thesorero hizo consignación desta cantidad en los clauarios de la tacha real [2] desta ciudad, que todos son amigos nuestros, y se an offrecido que lo pagarán mui bien, aunque esto no a de ser luego, pero es harto tenerlo seguro. Para este negoçio aiudó mucho el fauor del señor duque de Maqueda [3], virrei desta ciudad, y el maestro racional [4] y el señor don Luis Ferrer, con otros caualleros mui afficionados a esta casa. La paga de todo a de ser a más largo de aquí a cuatro años.

3. En este collegio estamos todos buenos de salud, gloria a nuestro Señor; sino vn Padre que aurá ocho días oi, que tosiendo se le abrió, según los médicos dizen, vna uena y empeçó a echar sangre por la boca: ásele procurado el remedio posible, y dizen está mejor: gloria a Dios. No somos aquí ahora sino nueue o diez, porque como huuiese este rrumor de muertes, nuestro Padre rector [5] mandó ir a los estudiantes a Gandía, porque no ai ningunos estudios ahora en esta ciudad; y algunos otros Padres medio enfermos y temerosos tanbién mandó ir a Gandía. Solos quatro Padres quedamos aquí, y cinco hermanos legos. Algunos de los Padres y hermanos que de aquí fueron a Gandía, de allá an salido a peregrinar por las montañas deste reino, y hazen grande fruto, como podrá ver V. R. por vna que será con esta, de los que peregrinan.

4. Con las vltimas que de esa tierra recebimos, vino la

---

[1] S.tus Thomas a Villanova vita functus die 8 Sept. 1555. De cujus testamento in his quae ad Societatem Jesu spectant, vide P. Hernandez, apud *Razón y Fe,* vol. 48, pp. 426 sqq. [1916 Sept.-Decemb.]

[2] Id est, custodes regiorum vectigalium.

[3] Bernardinus de Cardenas et Pacheco.

[4] Id est, regius supremus rationum exactor.

[5] P. Jacobus Miron.

procura del hermano Benedicto [1], con todo cumplimiento; y antes que se recibiese esta procura, auíamos recebido otra monitoria para cobrar cincuenta libras del rector de Taulada. Todo a seído menester, y a uenido bien, gloria a nuestro Señor. [*Salutem dicit et preces rogat.*]

De Valencia y de Agosto 30 días 1557.

De V. R. indigno hijo y sieruo en el Señor nuestro,

PARRA [2].

Inscriptio † Ihs. Al muy R.º Padre en Chro. nro. Señor, el P.e doctor Laínez, prepósito vicario general de la Compañía de Iesús. En Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu:... Rda. a 12 de Abril 1558.

84

ANTONIUS LARIZ

ABULA 31 AUGUSTI 1557 [3].

1. *Numerus et valetudo nostrorum, regularum observatio.* -2. *Magnus ex visitatione aegrotorum fructus.*—3. *Confessionum numerus augetur.*—4. *Requisita ad studendum praeparantur.*

1. † Ihs. Muy Rdo. P.e nro. en Chro. Pax X.i, etc. Después que de este colegio se escriuió a V. P., que aurá un mes, lo que en este se ofresce que hazer saber a V. P.

---

[1] Videtur agi de Benedicto Pereira, valentino, in Italia degenti.

[2] De quo cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 507. Praeterea in catalogo ms. collegii valentini circa annum 1561 scripto, haec inveniuntur: «El P.e P.º Parra de nación castellano, natural de Iniesta del obispado de Cuenca. Es de edad de 42 años. Ha 11 que está en la Compañía. Recibióle el P.e M.º Mirón en Valencia. Es bastante confessor; y coadjutor espiritual formado. Está bien aprouechado en espíritu, y da muy buen odor a los de fuera y a los de casa, y procede bien en el espíritu de la Compañía.» Ex codice *Aragon. 15*, fol. 59; prius 351.

[3] Ex autographo in codice *Hisp. 95*, 1 fol., n. 139; prius 244.

es, primeramente que estamos al presente 8: 3 Padres y 4 hermanos [*sic*] todos con salud, porque las enfermedades que en otras hemos hecho saber a V. P., an ya cessado; y por esto se guardan las reglas más promptamente que quando auía enfermedades, y se tracta más de ueras en la mortificación y obediençia.

2. Fuera de casa los Padres tractan en sus sólitos exercitios de confessar y uisitar enfermos y ayudar a bien morir, y en esto más que nunca, por la gran multitud de enfermos; y en esto se haze mucho fructo, principalmente en dos personas: la de una dellas muy principal. Acosándoles mucho la enfermedad, y antes ni por pensamiento tractar en casa, instigándoles nuestro Señor, pidieron confessor de casa, a los quales confessó un Padre; en lo qual se hizo mucho fructo universal en la república, por ser personas revoltosas. Gloria al Señor, que les dió abundante gracia. En las uisitas tanbién se sirue nuestro Señor muy mucho, que dizen los enfermos que los Padres son los uerdaderos médicos, y que no quieren otros médicos.

3. En las confessiones también se augmentan, porque personas de mucha qualidad uienen de nueuo, principalmente una persona muy illustre, en la qual se ha hecho mucho fructo, y ansí lo dize ella, no solo en casa, sino a muchas personas de fuera, que con auer tractado con las personas más doctas y sanctas que auía en el reino, no se ha allado tan sin scrúpulos ni tan libre, como después que se confiessa con una persona de nuestra casa, y se halla muy bueno; specialmente de 15 días a esta parte, le ha nuestro Señor comunicado tanto y a entendido las cosas de la Compañía. Dize muy de ueras que quiere acrescentar esta casa, y dar cada año 60 mil marauedís, y si pudiesse más, que querría dar toda su hazienda a la Compañía. Es persona de mucha aedificatión en la ciudad y de mucha qualidad.

4. El aparejo para auer studio aquí presto, se pone

muy a priessa, por el mucho fructo que speramos se siguirá. No se ofresce otra cosa de que dar auiso a V. P.

[*Preces postulat.*]

De Áuila y de Agosto 31 de 1557.

D. V. P. indigníssimo hijo en el Señor,

†

ANTONIO LÁRIZ [1].

Inscriptio. † Ihs. Al Muy Rdo. P.e nro. en Chro., nro. P.e M.o Laínez, vicario general de la Compañía de Jesús. En Roma.

Exstat integrum sigillum.

Alia manu:... R.ta 14 Januarii 1558.

85

HENRICUS SOMALIUS

COLONIA 31 AUGUSTI 1557 [2].

1. *Alumni nostri malunt nostrae disciplinae subjici, quam alibi noxia libertate frui.* —2-3. *Eorum desiderium confessionis et communionis.*—4. *Scholarum exercitationes.*—5. *Coloniensium et aliorum hominum animi Societati devincti.*—6. *Amicorum quorumdam officia, Societatis opem expetentium.*—7. *A coloniensi archiepiscopo indicta solemnis pro fide supplicatio.*—8. *Sacramenta publice magnaque pompa ad morientem delata.*—9. *Concionatores.*

1. † Pax Christi, etc. Quae proximis 4 mensibus Patrum fratrumque opera Dominus Deus fieri Coloniae concessit, his ad te litteris scripturus, Rde. in X.o Pater, *plurimumque colende,* ab eo sumam initium quod maxime nosse desideras. *Erudiendi* adolescentes nobis concrediti, ut inceperunt, ita forti animo tum in omni disciplinarum genere, tum maxime in pietatis studio assidue pergunt. Etsi in aliis paedagogiis libertate iuuentuti noxia studiosi fruan-

---

[1] Vide superius, pag. 152, annot 3.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 185, 186; prius 209-212. Polanci lituras et correctiones consueto modo annotamus. Aliqua quae in hac epistola dicuntur, habentur etiam in epist. 73.

tur, tamen apud nos correctioni subesse malunt, *quam, ut multi hac tempestate faciunt, perdite et deplorate viuere.*

2. Possum *quidem reticere* [a] quantopere studeant ac impensius laborent, ut plerosque commilitonum ad confessionem pelliceant. *Verum nequaquam* [b] factum cuiusdam adolescentis praeclarum silentio praetereundum esse duxi. Is enim cum socium suum confiteri ardenter cuperet, eiusque rei causa illum ad nos perduxisset, veritus postea ne socius, quem timore perculsum aduerterat, sententiam animumque mutaret, et aliquo modo se subduceret, irruit in illius amplexus, ostioque patenti eum intro coniecit. At ne prius quam esset confessus egrederetur, ostium illi occlusit. Sed [c] timore posito, cum maximo animi sensu sacerdoti peccata sua exposuit. Saepius confitentur et sacrosanctum Christi corpus sumunt nostri gymnasii *pubes* [d]. Nostri autem conuictores uix in aliquo a Societatis alumnis dissident; orant, confitentur, communicant, studentque summa cum diligentia, non secus ac fratres nostri.

[*Omittimus duo exempla quae fere eisdem verbis inveniuntur superius, pp. 297-298, nn. 5-6.*]

3. Multi etiam adolescentes decimo quinto quoque die, octauo etiam, et confitentur, et ad sacram synnaxim accedunt.

4. *Ego* de lectionibus taceo, quia nulla ipsarum facta est mutatio; *ubi quippiam fuerit immutatum, ilico T. P. certiorem faciam.* Fit quotidie discipulorum accessio. Dialectici disputationibus, grammatici epistolis, rhetores orationibus conscribendis sedulo exercentur. Eorum qui declamant sunt 14, inter quos superior quidam germanus, qui vix 13 annum excessit, adeo concinnam orationem pronuntiauit, ut vniuerso auditorum coetui esset summae admirationi. Eiusmodi exercitationis genus, cum Pater *regens* [e] paulo fusius D. Groppero enarrasset, non modo institutum

---

[a] Vix possim exprimere. —[b] Certe ... non praetereundum. —[c] Sed ille. —[d] sectatores. —[e] Joannes Rethius.

placuit, sed etiam sequenti die montani collegii rhetorices professorem ad se acciuit, ut talia adolescentum exercitia induceret.

5. Praeceptorum ac discipulorum eruditio, pietas et modestia, non modo coloniensium, sed etiam vicinorum animos nobis deuinxerunt. Ex intima pene Saxonia nuperrime duo venerunt, alter nobis commendatus, alter sua sponte accessit. Quamuis hactenus praeceptoribus haereticis [a] sint vsi, tamen quam in ipsis germanicam simplicitatem conspeximus, nos bene sperare iubet. Praeterea spirensis catholicus ecclesiastes egregium nobis adolescentem adduxit erudiendum. Audierat quippe quam creditae nobis iuuentae operam daremus. *Facit, ut opinor, scholae spirensis moderator, quod optime apud spirenses audiamus. Nam nos haud quaquam amore vulgari prosequitur.*

6. Secundi etiam in officio apud ducem juliacensem nepos nostrae fidei est commissus. D. Nicolaus Nicander [1], non modo haereticos libros nostris comburendos dedit, sed etiam se aliquando velle per otium Societatis laudes posteris relinquere dixit. In animum enim suum induxit, cum a negotiis erit liber et immunis, aliquid in lucem emittere contra Societatis aemulos et obtrectatores. Non cessat publice *Societatis* [b] partes *animo obfirmato* tueri. [c] Apud archiepiscopum coloniensem, quoad fieri potest, negotia nostra promouet. Bartholomeus autem Latomus, simul et prouincialis carthusianorum in Heluetia, agunt Societatis partes apud Rmum. archiepiscopum triuerensem [2]. Hinc fit *quod* [d] multi e Societate expetantur. Cernimus ubique locorum messem foecundissimam. Dominus Deus [e] mittat operarios *in messem suam.*

7. Rmus. archiepiscopus coloniensis, demortui episcopi

---

a haerecis *ms.* —b nostras. —c et. —d vt. —e in eam.

---

1 Cf. pag. 300, in qua dicitur Micander.
2 Cf. pag. 301, annot. 1.

frater [1], magnum sui pectoris in rempublicam et fidem orthodoxam argumentum dedit. Decimo enim abhinc die iussit in hac vrbe lustrationem [a] fieri, plurimasque ipso die ad Deum preces fundi instituit pro republica in fide continenda. · Dominus Deus suae misericordiae oculis tandem aliquando infoelicem Germaniam respicere, eamque in sinu matris Ecclesiae reuocare et a populo insonti, adhuc*que* [b] in fide praestanti, adeo pestifera venena sub*stollere* [c] dignetur. In ea autem lustratione presto fuerunt singula canonicorum collegia, *aequissimi* consules, senatus amplissimus, turba denique hominum oppido quam maxima.

8. Paucis ante hebdomadibus cum *vsuvenisset* [d], ut discipulorum quidam letale vulnus accepisset, e uestigio curarunt Patres ad eum sacramenta deferri, hoc est sacrum Christi corpus cum extrema vnctione sacra. Cumque deferrentur *D.* regens [e], simul et collegii nostri professores cum maximo adolescentum conuentu ad saucii domum sunt congressi. Neque vero prius recesserunt quam denuo essent in parochiam delata. Porro factum illud pium homines in admirationem rapuit: immo *vnaquaeque* [f] domus nostros spectandi gratia, turbam etiam et officium erga aegritudine affectos [g], homines *spectatum* emittebat. Praeterea alii nostris se adiungebant, alii lampades praemittebant, ut etiam aliquo modo suum obsequium Deo praestarent.

[*Omittuntur aliqua quae jam dicta sunt pag. 299, n. 10.*]

9. Concionantur M. Henricus et *D.* [h] regens, neque id fit sine *animorum* [i] foenore.

Tuae Reverendae P. nos humiliter commendamus eamque rogamus, ut in suis orationibus et sacrificiis nostri *recordetur* [j]. Coloniae 1557. Pridie cal. Septembres.

---

[a] vel processionem. —[b] et adhuc. [c] submoue[re]. —[d] accidisset. —[e] P. Joannes Rethius. —[f] singulae. —[g] videndi. —[h] P. —[i] spirituali. —[j] sit memor.

---

[1] Antonius a Schauenburg, cujus frater et praedecessor Adolphus praecedenti anno supremum diem obierat.

T. R. P. ex mandato Rdi. P. rectoris indignus filius,

Henricus Somalius [1].

Inscriptio. † Rdo. in Chro. P., P. Jacobo Laynezio, Societatis Jesu generali uícario. Romae.

Sigilli vestigium.

Alia manu... Rta. 22 d'Ottobre.

Polanci manu: emend.

86

N. N.

EBORA 31 AUGUSTI 1557 [2].

1. *Alumni non modo confessionem frequentant, sed multa etiam charitatis et humilitatis officia obeunt.*—2-4. *Studia litterarum atque exercitationes, praesertim occasione mortis Joannis regis.*—5-8. *De nostrorum ministeriis ac nominatim de leprosorum visitationibus et de doctrina christiana.*—9-11. *De regularum observatione et de valetudine nostrorum.*

1. † Ihs. Pax Chri. Quae superiori quadrimestri in hoc eborensi collegio gesta sunt, venerande in Chro. P., ad te (vt mos est) his literis perscribemus. Primum vt a literarum studiis ordiamur, omnia (Deo gratia) optime se habent, et melius in dies singulos procedere videntur. Multi enim ex iis, qui apud nos docentur, non modo saepenumero peccata confitentur (hoc namque omnibus commune est), sed etiam sua sponte incitati multa faciunt, quae egregiae cuiusdam virtutis certissima signa sunt. Nam praeter alia multa, in xenodochium diebus festis se conferunt, vbi aegros inuisunt, benigne alloquuntur, re et verbis consolantur, eosque ad morbi molestias aequo animo tolerandas cohortantur; lectulos singulari animi laetitia et diligentia sternunt, operam denique suam ad ea quae necessaria fuerint, eis prolixe pollicentur. Quidam vero, cum

[1] Vide superius, pag. 141, annot. 1.

[2] Ex exemplo Romam misso in codice *Lus. 51,* 2 ff., nn. 11, 12; prius 92, 93. Aliud exemplum exstat in codice *Epp. diversorum,* n. 19.

lectos iam stratos inuenirent, nec inde sine aliquo voluntatis suae fructu discedere vellent, scopas ad domum verrendam efflagitarunt. Quibus cum responsum esset, domum iam esse versam, vt sibi vascula et scutellae lauandae traderentur summopere contenderunt. Tanta enim vilium et humilium rerum cupiditate pro Christo flagrant, vt nihil sit tam abiectum, tam demissum, tam, vt sic dicam, sordidum, quod non et libenter appetant, et alacri animo suscipiant. Neque id solum faciunt ac prae se ferunt; sed etiam, quod altioris virtutis esse videtur, sibi multis in rebus voluntatem frangi volunt atque cupiunt, idque a ianitore nostro, vt faciat, nonnunquam petunt. Itaque omnibus in rebus bonam de se spem promittunt. Faxit Deus vt iis principiis exitus consentiat atque respondeat.

2. Haec est eorum in virtute progressio, quae item in literis non minor apparet. Hoc enim iam et obseruauimus et experti sumus, vt eos in literarum studiis longe proficere videamus, quos in virtute quoque multum progredi intelligimus. Quare cum ea, quae supra dixi, teneas, quales in omni doctrina esse possint, facile poteris suspicari.

3. Hac autem aestate nonnullae declamationes ab iis, qui primae classis sunt, publice fuerunt pronuntiatae, partim oratione soluta, partim versibus scriptae.

4. Atque etiam illud hic scribam, quod ad hunc locum mihi videtur pertinere; morte regis Ioannis tertii nuntiata [1], multa a magistris nostris facta esse de eius obitu epigrammata, nonnulla etiam a discipulis. Haec vero omnia, quo die regis exequiae in templo maximo vrbis fuerunt celebratae, in templi nostri vestibulo per omnes columnas affixa sunt, atque in eiusdem templi valuis: ad quae visenda et legenda multi concurrerunt. Quo etiam die oratio funebris de regis laudibus a fratre quodam in templo nostro habita est, cui orationi, praeter eos qui apud nos literis operam dant, multi alii interfuerunt. In quibus fuit et episcopus

[1] Obierat die 11 Junii hujus anni.

targensis et is qui, cardinale absente, eius hic personam et authoritatem sustinet, *quem prouisorem dicimus* [1]. Fuerunt praeterea alii viri docti ex canonicorum concilio, quibus omnibus satis oratio illa placuit, quam non solum verbis, sed multi etiam lachrymis approbarunt. Eo igitur die nostrum collegium quod ab eo postulabatur, liberaliter et pie praestisisse visum est. *Hoc quidem ex eo facile intelligi potest, quod episcopus targensis, cum eo ipso die apud nos coenaret, liberalissimis verbis Patri Leoni* [2] *omnibusque nobis confirmarit, se omnia quae tunc acta essent principi cardinali* [3] *magnifice expositurum. Erat enim episcopus postridie Olysipponem ad reginam* [4] *consolandam profecturus. Quapropter maximas immortali Deo gratias agimus, a cuius haec omnia bonitate profluunt et cuius beneficio sustentantur.* Haec sunt, colende Pater, quae de nostrorum studiorum fructu mihi venerunt in mentem. Nunc reliqua persequamur.

5. Primo quod ad nostros sacerdotes attinet, permulti eorum opera, diligentia et consiliis fieri student cotidie meliores. Qui quidem tum peccatis crebro confitendis, tum concionibus apud nos audiendis, tum etiam assidua sacrosancti corporis Chri. sumptione, mirificos in virtute faciunt progressus, magnosque capiunt fructus. Atque iis nulla in re nostri sacerdotes desunt.

6. *Neque eis solum operam dant, sed etiam saepe die ac nocte ab aegrotis accersiti, eos vel confitentes peccata audiunt, vel vi morbi afflictos consolantur, vel a fluxarum rerum amore et cogitatione ad res diuinas amandas et considerandas reuocant, vel denique iis morientibus praesto sunt.*

7. *Praeterea interdum se in carcerem conferunt, vbi*

---

[1] Cf. pag. 8, annot. 3.
[2] P. Leo Henriquius, collegii rector.
[3] Henricus, Joannis regis frater.
[4] Catharina, Joannis uxor, Caroli V imperatoris soror.

eadem charitatis et pietatis officia vinctis praestant, eisque a fonte publico, si opus est, aquam portant. Atque etiam nonnunquam eos inuisunt, qui elephantia afflictantur, eorumque peccata audiunt: quos et consolando non mediocriter ad patientiam confirmant, et cohortando mentes ipsorum ad certissimam spem immortalitatis erigunt. Ex quo fit vt cum nihil quod ad homines iuuandos animorumque salutem spectet, a nostris praetermittatur, nullum ab huiusmodi occupationibus honestissimis Deoque gratissimis tempus vacuum sit. His autem in negotiis cum multa fere cotidie magna et noua euenire soleant, tamen quia omnia sigillatim perscribere non possumus, ea iudicio tuo, cuiusmodi sint, aestimanda relinquimus.

8. Ad conciones vero, quae de doctrina christiana in templo nostro, hora post meridiem quarta, habentur, magna virorum ac mulierum frequentia conuenit, easque etiam diligenter audiunt ii cum singulari animorum suorum fructu et vtilitate, qui in nostro collegio erudiuntur. *His ergo breuiter notatis, venio ad ea quae magis domestica et interiora sunt.*

9. Omnes autem domi se strenue in suo quisque munere exercent, regulasque nostras obseruare quam diligentissime adnituntur; *eoque magis quod si qua negligentia vel minima commissa est, nihil inultum relinqui vident. Et quamuis ita sit, tamen* non tam poenae timore quam professionis suae amore *incitantur.*

10. Nonnulli vero hac aestate grauiter aegrotarunt, in quibus fuit magister Ignatius [1], qui philosophiam exponebat. Verum omnes conualuerunt, vno tamen magistro Ignatio excepto, qui nondum plane e morbo est recreatus. Quare alius interim frater in locum illius successit, qui discipulis quoque valde placet.

11. Reliqui autem magistri eadem et diligentia et discipulorum approbatione ac beneuolentia munus suum exe-

---

[1] M. Ignatius Martinez (Martins). Vide supra, pag. 323.

quuntur. *Qui quidem omnes hac aestate diuina ope adiuti bene valuerunt et valent.*

[*Sequitur conclusio preces postulans.*]

Datum Eborae pridie calendas Septembres, anno ab ortu Chri. 1557.

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Chro. Padre, el P. mastre Laýnez, vicario general de la Compañía de Iesús, en Roma.

Alia manu: † Emendata, spedita per tutto.

87

P. ALPHONSUS RUIZ

GRANATA 31 AUGUSTI 1557 [1].

1. *Quibus de causis ad scribendum moveatur.*—2. *Numerus nostrorum et exercitationes quae cum ad propriam perfectionem tum ad proximorum utilitatem spectant; oratorum acceptissimus P. Ramirez.*—3-5. *Labores et fructus apud mauriscos.*—6. *Item in oppido Baza.*—7-9. *Confessiones aliaque ministeria inter cives granatenses.*—10. *Archiepiscopi in nos benevolentia et liberalitas.* 11. *De novitiorum probationibus et quorumdam admissione.*

1. † Ihs. Muy Rdo. en Chro. Padre nuestro. Gratia et pax Christi sit semper in diesque crescat in cordibus nostris. Amén. Aunque en las cartas destos tres meses passados se ha dado qüenta a V. P. de las cosas que nuestro Señor ha obrado en esta ciudad por el ministerio desta su mínima Compañía, no dexaré de screuir por extenso lo que se offresciere destos quatro meses, assí por cumplir la obediencia que dello tenemos, como porque, assí como participamos todos de las oraciones y sacrificios que en la Compañía se hazen, y de las misericordias que cada día nuestro Señor haze y hará con esta su mínima Compañía, assí también participemos y nos conformemos todos en el hazimiento de gracias que por todas estas misericordias somos obligados a hazer, y también para que no nos olui-

[1] Ex originali in codice *Hisp. 95,* 2 ff., nn. 140-141; prius 221.

demos de rogar vnos por otros a nuestro Señor, pues entendemos la necessidad que dello tenemos.

2. Estamos agora al presente en esta casa de probación treinta y vno, diez Padres y 21 hermanos, todos muy deseosos de la perfeción. Los exercicios que para esto se tienen, son oración y mortificación, procurando la promptitud de la obediencia y demandando con mucha instancia las cosas en que sienten difficultad o repugnancia: y es esto [a] tan común, que es para loar a nuestro Señor; y tiénese qüenta en que se haga con consideración: y exercítanse en obras de humildad, como en ir por agua y por otras cosas que son menester: y desto se edifican mucho en esta ciudad; porque tienen commúnmente tanta deuoción y affición a la Compañía, que qualquier cosa destas que hagan, se edifican mucho. Continúanse los sermones con satisfación y edificación. El que más ordinariamente y con más acceptión predica es el P.e doctor Ramírez. Otro Padre predica la doctrina los domingos en las tardes, y el Padre rector, que es el P.e doctor Plaça, predica algunas fiestas, aunque está muy occupado. Házese con estos sermones mucho fructo.

3. Fuera de los Padres ya dichos, otro Padre que sabe arábigo [1], ha continuado los sermones en arábigo en el Al-

---

[a] es esto es *ms.*

---

[1] P. Joannes de Albotodo indicari videtur. Historia ms. collegii granatensis, scripta anno 1588 ab antiquo collegii incola, cap, 16; et SANTIBAÑEZ, *Historia de la Provincia de Andalucía,* lib. II, cap. 14, asserunt P. Albotodo, origine maurum, ingressum esse Societatem anno 1558, die 19 Martii; sed in hoc errasse videntur. Quando ingressus sit, nos certe non invenimus in monumentis coaevis; sed legenti hanc epistolam, et praeterea epistolas P. Sanctii 31 Decembris hujus anni, et 30 Aprilis 1558 in qua expressis verbis loquitur de contionibus arabicis P. Albotodo, apparebit de uno eodemque contionatore in omnibus his epistolis agi. Fortasse ipse est qui in epistola die 28 Februarii data dicitur ingressus illo mense. Vide superius, pag. 122. Imo in quadam epist. die 30 Julii 1557 subscripta Granatae a Francisco de la Torre (in cod. *Hisp. 95,* fol. 120) expressis verbis dicitur P. Albotodo contionari in Albaicin.

baizín, que es el lugar donde están los moriscos, con mucho feruor; y aunque es commúnmente vna gente muy endurescida, hase sentido mucho prouecho. [*Singulare omittimus exemplum.*]

4. Otro hombre viejo morisco, mouido, según paresce, por los sermones deste Padre, haze vn hospital de su hazienda [a], y quiere estar en el mismo hospital para curar los pobres, y ha venido a casa a confessarse, y otros muchos se han confessado este año en nuestra casa, que es cosa nueua para ellos.

5. También el Padre doctor Ramírez les va a hazer algunas pláticas en nuestra lengua, porque los más dellos la entienden, y le oyen con mucha attención. Por amor de nuestro [Señor] [b] no se oluiden de pedir a nuestro Señor que mueua a esta gente, quasi innúmera, a que siguan de ueras la christiandad.

6. Al principio destos quatro meses fué el Padre doctor Ramírez con otro Padre a vna ciudad deste reyno que se llama Baça, a pedimento del duque de Gandía, hijo de nuestro P.e Francisco de Borja, donde estuuieron quinze días; el vno predicando y el otro diziendo la doctrina, y ambos confessauan. Fué cosa notable la moción que vuo en toda la ciudad. Concurría muchíssima gente a los sermones y hízose mucho fructo, y dotaua el abad de allí vn collegio, y pedido con mucha instancia. Remitióse al Papre Francisco: no sé en qué ha parado [1].

7. Hanse hecho amistades, y algunas con notable moción y edificación. Freqüéntanse mucho las confessiones y comuniones, máxime después que nos passamos a esta casa, donde estaremos hasta que se aya edificado en el

[a] haziendo *ms.* —[b] *Deest hoc verbum in ms.*

[1] Nihil de hac re invenimus nec in *Stus. Franciscus Borgia,* nec in *Lainii Monumentis.* Cave ne confundas urbem Baza cum urbe Baeza.

sitio que está tomado; en la qual tenemos vna iglesia bien capaz, donde aurá lugar para sermones y para la doctrina; lo qual en la otra casa no teníamos; passámonos esta semana passada [1].

8. En las confessiones de mugeres, las quales se han confessado hasta agora en vna parochia junto a nuestra casa, se ha hecho notable fructo; porque mugeres que auía algunos años que estauan en mal stado, se han recogido por medio de las confessiones; hanse hecho muchas confessiones generales de hombres y mugeres, que eran necessario para su saluación. Otros se han confessado, que auía años que no se confessauan; en special vno que auía 25 años que no se auía confessado. Van también Padres de casa con todos los que justician. Son muy a menudo llamados a confessar enfermos y ayudar a bien morir, tanto que con muchos dellos no se puede cumplir.

9. Yendo vn Padre a ayudar a bien morir a vno, estaua allí vna mora, la qual con lo que el Padre le dixo se conuirtió. Sea nuestro Señor por todo glorificado.

10. El arçobispo [2] nos ayuda mucho con limosnas, y nos tiene muy grande amor; tanto, que nos embía aun de lo que a él le traen a comer, como alguna fructa, etc.

11. Los de probación han hecho algunas peregrinaciones, y algunos han estado en hospitales con mucha edificación. Hanse recebido en estos quatro meses dos sacerdotes, vno bachiller en artes, y auía oído dos años de theología; el otro fué vn limosnero del obispo de Jaén, buen subiecto [3]. Otros muchos piden ser admittidos, y entre ellos algunos buenos subjectos, aunque se dilatan por la poca

---

[1] De diversis domibus in quibus socii granatenses his primordiis habitarunt, plura inveniuntur in citata historia collegii, cap. 2, 6, 12; sed auctor misere tempora confundit.

[2] Petrus Guerrero.

[3] Videtur indicari P. Ledesma, Jacobi frater. Cf. *Stus. Franciscus Borgia*, III, 296; *Lainii Monum.*, III, 508.

commodidad que ay para recebir más [*Sequitur precum postulatio.*]

De Granada, ṽltimo día de Agosto de 1557.

De V. P., por commissión del P.e doctor Plaça, hijo mínimo en el Señor,

† Ruiz † [1].

Alia manu... Rta. 14 di Gennaio 1558.

88

P. SANCIUS NAVARRUS

CATANA 1 SEPTEMBRIS 1557 [2].

1. *Frequens confitentium numerus.*—2. *Alicujus jurati versa in socios affectio.*—3. *Episcopus sociorum opera, specialim in causa quorumdam monachorum, utitur.*—4. *Multi consilii causa nostros conveniunt.*—*De sacerdote Societatem ingredi cupiente.*

1. Jhs. † M.a Molto Rdo. in Chro. Padre. Pax Chri., etc. La magior occupatione che habemo hauuto in questo messe passato di Agusto, è stata sentire molte confessione, maxime di amalati, che sono stati asai in questa estate [a], et morti molti. Habiamo sentite molte confessione de molte persone, le quale sono molti anni che non si erano mai confessate. [*Sequitur alicuius conversio.*] Siamo stati ancora chiamati da alcuni principali ad agiutare a bene morire.

2. Delli signori giurati che sono questo anno, vno era il magior contrario che noi habeua[mo] [b], et hora dimostra esser il più fauoreuole, et penso che sia stata la causa di questa mutatione così subita la sua donna, che è uenuta vna uolta qui a confessarse.

3. Stano con grande desiderio di ueder' qui alcuni nostri per legere. Monsignor reverendissimo [3] si serue di noi

---

[a] estatae *ms.* — [b] *Abscissa charta.*

---

[1] P. Alphonsus Ruiz, nobilis post novitiorum magister.

[2] Ex originali in codice *Ital. 109*, ff. 247, 248; prius 279.

[3] Nicolaus Maria Caracciolus.

quasi in tutte le cose di importanza et uole che siamo presenti quando ha qualche cosa dubia et si a de disputare, et ci auisa auanti aciò studiamo sopra tal cosa; et così questi giorni si è concluso qui di certi monachi che sono in santa Agata [1] del ordine di santo Benedeto, li qualli diceuano che non erano obligati alli trei uoti essentiali della religione, con dire che loro non faceuano professione, eccepto di obedientia tantum; et ultra di questo che habeuano certo indulto apostolico che poteuano stare così. Non obstante queste tutte, si è concluso che loro sono obligati ad obseruare tria essentialia religionis, et che la bulla non li serue per altro eccepto per le cose accidentale, come del uestire o dormere, etc. Hora sta per fare la uisita et uole habere vno di noi con sua S.[a], et così ho da andare io per ordine del nostro Rdo. P. Vicario, se non sarrà uenuto il P. M. Antonio Vinck [2] auanti.

4. Molti uengono domandare consilio da noi in alcune cose che si dubitano; hora si è vn sacerdote, il quale penso che farrà presto le exertitii, che desidera di esser delli nostri; molto buono suposito per la Compagnia et exercitato in humanità et in casi di conscientia alquanto; a [a] habuto carrigo delli orfaneli dipoi che siamo noi in Catania, et si è confessato molte uolte con noi. [*Conclusio preces postulat.*] Di Catania al primo di Septenbro 1557.

D. V. R. P. nel Signor' nostro Iesu Chro. seruo inutilissimo,

SANCTIO NAUARRO [3].

---

[a] *Obscure exaratum in ms.; forsan* et.

---

[1] Capitulum ecclesiae cathedralis catanensis, divae Agathae dicatae, constabat monachis benedictionis, de quibus forsan est sermo. Cf. MORONE, *Dizionario,* verbo Catania.

[2] P. Antonius Vink profectus fuerat Romam ad generalem conventum. *Lainii Monum.*, II, 290.

[3] De eo scribitur in quodam catalogo ms. collegii catanensis mensis Junii 1560: «Il P.e Sancio [Ochoa] Nauarro di Vztaroz [Ustarroz, Navarrae oppidum]; di età di anni 30; di dispositione corporale mediocre. Non ha habilità d'andare inanzi per la debilità del corpo. Sta contento e

Inscriptio. † Allo molto Rdo. in X.º Padre, il P. Jacobo Laynez, vicario generale della Compagnia di Jesus, in Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu... Rta. 7 Ottobre.

89

PETRUS DE SAILIZES

CORDUBA 1 SEPTEMBRIS 1557 [1].

1-2. *De domesticis rebus. De aegrotis et vita functis.*—3. *De studiis et scholis.*—4-7. *De ministeriis erga proximos, et de fructibus inde perceptis.*—8. *De festivitate sanctissimi sacramenti.*

1. † Ihs. Muy Rdo en Chro. Padre. Pax Chri., etc. [*De collegii rebus scripsisse se et scripturum dicit.*]

2. Lo que de los Padres y hermanos puedo dezir, es quanto a lo spiritual que ellos proçeden [a] bien conforme al instituto de la Compañía en obediençia, oraçión, mortificatión, en vnidad de ánimos, como lo pide la charidad, tiniéndose speçial cuidado con la obseruaçión de las reglas como cosa muy essential y pertinente a nuestra religión. Bendito sea el Señor por todo, y Él lo perfiçione como lo començó.

---

[a] proçenden *ms.*

---

quieto nella uocatione sua. Sonno XI anni che intrò nella Compagnia in Roma. Fu mandato in Palermo doue fu essercitato nelli offitii soliti di casa; poi studiò gramatica et humanità; poi tenette scola in Monreale per 4 anni; poi fu fatto sacerdote; e fu rettore del collegio di Monreale, e si essercitò in sentir confessioni e leger la dottrina christiana e predicare; poi sonno incirca di anni 4 fu mandato a Cathania doue al presente si troua; e si ha sempre essercitato in predicare e leggere la dottrina christiana e udire confessioni. Al presente e rettore in quello colleggio. Ha fatto li uoti semplici e andato per alcune settimane ogni giorno per alcune hore seruire al hospitale. Non ha fatto altre esperienze.» In codice *Sic. 59,* fol. 107v. Cf., sis, POLANCUM, *Chron.*, III, 215, 231 sqq.; IV, 225, etc.

[1] Ex originali autographo (?) in codice *Hisp. 95,* ff. 143, 144; prius 336. Exstat exemplum latinum Romae castigatum in ff. 145-146.

Emos tenido este verano y estío enfermos: tres estuuieron al prinçipio de modorra peligrosos. Vn Padre murió dellos con tan grandes señales de su uirtud, que fué gran consolaçión para todos. Estaua en la cama con tanta obediençia, que ninguna cosa vuiera dificultosa quél no la hiziera, aunque repugnara la sensualidad, con gran resignaçión y paçientia. A lo último, perdido el juiçio dió el ánima al Señor, quedándole el rostro tan hermoso (para estar muerto), que nunca yo tal ui; y ansí se edificaron muchos que se hallaron a su enterramiento, porque no pareçía muerto, sino que dormía. Agora han estado tres Padres de tertianas mal dispuestos: los dos uan conualesçiendo, y nuestro P.^e^ Alonso López [1] siempre las tiene continuas, que le tienen muy trabajado y enflaqueçido; los demás todos tienen salud. Gracias al Señor por todo.

3. Los estudios han çesado desde nuestra Señora de las Nieues hasta nuestra Señora de Setiembre, lo vno por los calores, y más prinçipalmente por este edifiçio de las scuelas con el qual no se podía leer cómmodamente; acábase ya, obra çierto muy firme, prouechosa y uistosa sin alguna poliçía particular. Los estudiantes se an aprouechado en letras, y proçeden bien y a muchos se les imprime particularmente el spíritu del Señor, y dan muy buena edificatión de sí.

4. Las pláticas de la doctrina christiana se continúan con grande açeptión y concurso de gente, que aunque [a] los calores deste tiempo sean aquí muy mayores que en otras partes, no por eso dexan de uenir con hambre de la palabra de Dios; házese fruto en ello y anímanse al seruicio de nuestro Señor. Los sacramentos se freqüentan siempre, adonde espeçialmente nuestro Señor obra grandes cosas, y essto particularmente en la confessión. [*Exemplum conversionis.*]

---

[a] aun *ms.*

---

[1] Collegii rector. Vide pag. 155, annot. 1.

5. Otro hombre estaua amançebado, que no se podía apartar della, tan enlaçado le tenía el demonio, y así no pudo comulgar la pascua. Empeçó de venir a casa, y habló con vn Padre, y dióle nuestro [Señor] [a] tánta compunctión y dolor, que no hazía otra cosa sino llorar. Creo que auía oýdo la doctrina christiana, y pedía mucho a nuestro Señor le diese gracia para apartarse de aquella. Después, no sabiendo cómo ni de qué manera, nunca más a pareçido la muger, y él da gracias a nuestro Señor, y se a de venir a confesar.

6. Vna señora deste pueblo de noble sangre, hermosa, rica y rezin casada, salió el día del santíssimo sacramento tan atiuiada y arreada de oro, plata, piedras y uestiduras preçiosas que era cosa de admiraçión, acompañada quasi de todos los caualleros desta çibdad. De aý a pocos días cayó enferma de mal de muerte. Estando ya quasi in extremis, que nó le quedauan sino quatro o çinco horas de vida, vinieron a llamar a un Padre de casa: fué, y en biéndolo la enferma, particularmente puso los ojos en él, confesóse generalmente adonde nuestro Señor la uisitó con su misericordia, porque cobrando grande ánimo, oluidada ya del mundo, abraçáuase con el dulcíssimo nombre de Jesús. Hizo también testamento, que no lo auía hecho, y fuera causa de grandes discordias y pleitos a no hazerle, y luego murió, y mandóse depositar en nuestra iglesia. Edificáronse mucho todos de su tan buen fin. Pudieron tanbién ver quánta sea la firmeça de los bienes deste mundo, pues desta señora presto desapareçio su gloria y floreçida juuentud.

7. Restitutiones se hazen muchas, en donde se pareçe claro el fruto, y esto en gran quantidad, de çincuenta mill marauedís, veinte mill, treinta mill y de otra suerte, quiriendo más que se padezca detrimento en la hazienda restituyendo [b] lo mal ganado, que no en el ánima, la qual quieren guardar limpia en el amor del Señor. Loado sea por todo. Amén.

---

[a] *Deest hoc v. in ms.* —[b] restityendo *ms.*

8. El día de S. Juan se hizo en casa la fiesta del santíssimo sacramento con grande solemnidad. Estaua el patio muy adereçado con rica tapiçería y quatro altares. Dixo la misa el Sor. don Juan [1] con otras dignidades de la iglesia. Vuo mucha gente, y predicó vn Padre de casa, qu'es muy açepto al pueblo. A la tarde fué la proçesión muy solemne por el patio. Representóse vna comedia, que auía hecho vn Padre de casa, lector [2]. Estuuo muy buena. Vuo otra dança de vnos estudianticos pequeños, hijos de nobles deste pueblo, que yuan delante del santísimo sacramento ricamente adereçados, y otros estudiantes con otra inuençión. Todo para gloria y alabança de Christo nuestro Señor. Dios nuestro Señor nos dé su santo amor y temor, y en las oraciones de nuestros charíssimos Padres y hermanos nos encomendamos. De Córdoua y de Setiembre 1 día de 1557.

Por commissión de nuestro Padre rector. D. V. P. indigno hijo in Domino,

† PEDRO DE † SAILIZES † [3].
†

Inscriptio deest.

Alia manu... Recibida a 12 de Abril 1558.

---

[1] Joannes de Cordoba, ecclesiae cordubensis decanus, collegii fundator.

[2] Forsan P. Petrus de Azebedo, collegii incola, qui nobilis poeta inter nostrates habitus fuit, ut videre est apud RIBADENEIRA, *Historia ms. de la Asistencia de España,* lib 5, cap. 12.

[3] Ex oppido Torralva. Societatem ingressus Compluti anno 1555, obiit Matriti anno 1585. Cf. ALCAZAR, *Chrono-Historia*, Dec. II, año V, cap. II, § 2; PORRES, *Historia ms. del colegio de Madrid,* lib. VI, cap. 7.

90

P. ARNOLDUS HEZIUS

LOVANII 1 SEPTEMBRIS 1557 [1].

1. *Confitentium et communicantium numerus augetur.*—2. *Doctrina christiana docetur.*—3. *Multi consilii capiendi causa ad nostros accedunt. Fructus ex his rebus percepti.*

1. † Ihus., Maria. Pax Xpi. cum omnibus nobis. Rde. in Xpo. Pr. Paucis pauca, quae scribenda putaui, perstringam. Confitentium ac communicantium frequentia in dies omnes in maiorem mentis inducit stuporem. Multi digitis compescunt labia qui post discessum P. prepositi [2] omnia confundenda, nosque de sumo templo explodendos expectarant; verum eo, cui parent omnia, aliter disponente, nobisque gratiam in cordibus canonicorum praeparante, in spe et contra spem summo fauore, benignitate et applausu omnium accepti sumus. Hinc non solum non disperse sunt oues gregis, sed in tantum confitentium excreuit numerus, vt vix vires ipsi pares habeamus; precipue dominicis festiuisque diebus, quando ab ipso diei crepusculo usque ad meridiem sedem relinquere diutius non conceditur, quam dum expectàntibus qui confiteri desiderant, in altari ibidem coram venerabili sacramento sacrificium Domino indignus offeram. Nec vulgaris dumtaxat huc confluit plebecula, sed et primarii fere omnium collegiorum, tum et quatuor pedagogiorum, preter studiosos, etiam maxima pars lectorum nobis confitetur et frequentius. Numeraui quandoquidem diebus etiam non festis, decem et vndecim sacerdotes vno tempore venientes, ac fere omnes bacchalaurei et licentiati S. theologiae erant. Demiror saepe in corde meo considerando quasi pueros cum mansuetudine magna sua pro-

[1] Ex apographo coaevo in codice *Germ. 185,* fol. 189; prius 81. Aliud exemplum apographum est in fol. 190.

[2] P. Adrianus Adriani Romam ad generalem conventum profectus. *Lainii Monum.*, II, 75, 237, 586.

ponere dubia, obtemperare responsis, nec secus quam si de Societate nostra essent, eius imbui spiritu. Ex his plures vocantur ad dignitates et pastoratus, vnde hinc discedentes magno desiderio expectant progressum Societatis, vt ad eos tandem perueniat. Aliquot etiam pastores ex circumiacentibus ciuitatibus et locis confitendi consultandique gratia frequentius huc veniunt. Preter hunc quotidianum confitendi usum, alius accedit pomeridianus, festiuis atque dominicis diebus, vbi tantus puerorum ac puellarum est numerus, ut non minus in illis quam ante meridiem in comunicare cupientibus inueniar occupatus. Aliquot etiam vtriusque sexus ex nobis confitentibus hac aestate diuersa ingressi sunt monasteria. Magna spes est et opinio piis omnibus huius patriae de Societate, multique nobiscum suos erudiendos cuperent collocare filios. Infirmos consolando, confessionesque audiendo inuisimus frequenter.

2. Hi quos domi habemus, proficiunt vnusquisque in suo studio. Pater Candidus [1] in lectione doctrinae xpianae. magno audientium applausu progreditur habetque auditorium amplissimum, non puerorum tantum, sed promotorum ac doctorum virorum. Quare non puerili docendi vtitur modo, sed a preclaris auctoribus vniuersam uidetur elicere theologiam, eamque tali modo ob auditorum oculos exponere, vt ecclesiastem magis quam lectorem agere videatur.

3. Postremo vocamur [a] frequentius ad diuersa loca confinia ab optantibus audire conciones nostras, sed omnibus satisfacere non datur. Multi etiam nostra exquirunt consilia, cupientes illis morem gerere, et secundum ea vitam suam dirigere. Inter quos conspicua est Illma. D. Hocchitratana [2], quae tum vitae suae exemplo, tum viui sermonis qua pollet gratia, multos aedificat et ad meliora trahit, nec

---

[a] vocamus *ms.*

---

[1] P. Adrianus Candidus. *Lainii Monum.*, loc. cit., 551.

[2] Comitissa ab Hooghstraeten. Cf. Polancum, *Chron.*, V, 293; VI, 429.

usquam cessat promouere et predicare Societatem nostram. Fructus quidem in herba apparet copiosus, sed orandus est Dominus ne procellis iniquitatis a matura impediatur messe. Propter quod post diuinam gratiam maxime imploramus V. P. omniumque aliorum orationum auxilium, quibus et nos semper comendatos cupimus. Louanii ipsis calendis Septembris 1557.

V. P. seruus indignus,

Arnoldus Helzius [*sic*] [1].

Deest inscriptio.

91

CAROLUS SAGERIUS

PARISIIS 7 SEPTEMBRIS 1557 [2].

1-2. *Confitentium numerus ob bellicos timores auctus.—3. De morte cujusdam candidati.—De domesticis rebus.—4. De litteris acceptis.*

1. Jhs. Gratia et pax Xpi. perpetua nos donet libertate. Etsi summa tua in nos authoritate nostroque perpetuo de tua singulari dignitate judicio adducamur, R. P., vt magni nostra interesse putemus, et res eas quas gerimus tibi notas esse, et non ignorari a te qua charitate et diligentia nostrum officium tueamur, quodque nostrum vnicuique munus incumbit obeamus; his quippe a te cognitis facilius fore vt nos tibi probemur, arbitrabamur; cupimus vero id quidem certe: nonnihil tamen veremur ne dum tumultuosiora quaedam propter grauissima bella quotidie aduersus nos imminentia, renuncianda sint, tibi molestiae potius quam gratulationis letitiaeque causam afferamus. Magnam enim certe nobis commoditatem, vt ab omni re paratiores essemus, bella auferunt; quippe cum circumuagante

---

[1] Hoc tempore loco P. Adriani absentis, collegium lovaniense regebat P. Hezius. *Lainii Monum.*, loc. cit., 169, 204.

[2] Ex autographo in codice *Gal. 79,* fol. 5.

quodam rumore ad nos hostes intendere [1], cum prope omnibus de suis rebus potissima secum asportantibus, nos quoque alio proficiscendi consilium ceperamus. Sed non ita multo post, Deo suorum humilitatem agnoscente, qui vrgente hac maxima calamitate culpam suam recognoscentes sese ad Deum diuosque, cum imprimis rex, tum ceteri omnes conuerterant; tristis hic, qui circumferebatur, rumor raucus aliquando est factus.

2. Atque vt in nauigando, sic nos tempestati obsequuti sumus, nec perpetua in nobis de profectu sententia permansit. Quae cum ciues parisienses viderent (prosperis antea rebus occaecati) in sese descendere, et ab omni negotio ad conscientiam suam velut sacram anchoram confugere sunt coacti. Hac enim tempestate facti prudentiores suam agnouerunt culpam; quamobrem Dei benignitate frequentissimi ad nos confessuri accedunt. Sic nobis vexatio intellectum dedit, vt in quorum obliuione antea Deus jacuerat, nunc quasi sepultus in eorumdem mentibus resuscitet. Illud enim maxime id arguit, quod cum a multis jam annis nulla in hereticos esset animaduersio, superioribus diebus prope ducenti vtriusque sexus heretici in carcerem coniecti fuerint.

3. Male equidem (optime vero quia Dei voluntati congruenter actum) est processum apud nos, quod qui vltimus in Societatem cooptandus accesserat, profuturus ille quidem, feliciter obiit nostro sane magno incommodo; quippe vt qui sacerdos esset, iis qui confessionibus audiendis satisfacere non possunt, magnum erat adiumentum allaturus. Atque cum vndique varie agitemur, proram tamen et puppim vitae totius nostrae et salutis in Deo sitam habentes, nemo equidem nostrum a re vlla fit tardior. Quod si tibi, P. R., nos eodem semper pede incedere videremur, propterea quod nihil tua dignitate et praestantia dignum quod

---

[1] Bellum tum flagrabat inter exercitus hispanos et gallos, quorum clades apud Sanctum Quintinum magnum terrorem incussit parisiensibus.

audias a nobis profectum renunciamus; non mirum id quidem videri tibi debet (etiamsi optima nunquam auspiciis Christi freti et spe et voluntate destituamur); quippe quod nunc contendimus ad maiorem aliquando nostri expectationem fructumque ampliorem, vt tunc non modo bene de nobis sperare, sed explorate judicare possis, faciamus. Nunc vero in eo munere et officio, quod cuique nostrum incumbit, quantulum id cumque sit, pro virili quisque [a] elaborare et contendere vult [b]. Sed cum nihil de nobis polliceri aut arrogare (qui quid possimus plane ignoramus) modeste queamus, illud tamen ea voluntate (cum etiam parum nos posse sentiamus) tibi, R. P., pollicemur; vt quaecumque Dei glorie proximique nostri saluti et tuae in nos authoritati vna cum nostra in te obseruantia conducere arbitrabimur, tanto studio et animo esse facturos, quanto tu et studio et diligentia id a nobis fieri desideras.

4. Quas ad nos miserat literas R. Pater Paschasius [1], hae tandem aliquando ad nos Dei beneficio peruenerunt, ex quibus magno sumus (quo prope conficiebamur) angore recreati. Quod amplius scribam non habeo, R. P., sed nos ad extremum tibi maximopere commendatos haberi desiramus, qui Xpm. vt sua benignitate perpetua te optimaquę valetudine conseruet, et quid agas acturusve sis bene uertat precamur. Vale. Lutetiae septimo die Septembris 1557.

R. P. T. indignissimus filius,

Carolus Sagerius [2].

Inscriptio. Rdo. in Xpo. Pri. Dno. Jacobo Laynez, vicario generali Societatis nominis Jesu. In aedibus beatae Mariae della Strada. Romae.

---

[a] *Hoc v. addidit ipse auctor initio versus.* —[b] vultur *ms.*

---

[1] P. Paschasius Broët Romam ad generalem ordinis conventum profectus fuerat. *Lainii Monum.*, II, 246, 459.

[2] De Carolo Sagerio (Sagier) vide, sis, Fouqueray, *Histoire de la Compagnie de Jésus en France,* I, 521, 522, 527, 553; II, 273 sqq.

92

ALPHONSUS HERNANDEZ

GENUA 8 SEPTEMBRIS 1557 [1].

1. *De sacramentorum administratione eorumque fructu.*—2. *De quodam libello P. Loarte.*—3. *De charitatis officiis erga hispanos in patriam remeantes.*—4. *De cardinali burgensi.*

1. † Admodum Rde. in X.º Pr. Gratia et pax Xi., *etc.* [*Multis verbis dicit se scribere bimestrem epistolam* [2], *socios genuenses fungi officio suo, et clientes nostros in bene inceptis perseverare. Nam*] qui pietatis studio [a] sub nostra disciplina se totos tradiderunt, usque eo diuini amoris flamma accenduntur et flagrant, ut multos etiam per seipsos a sceleribus soleant auocare. Hinc emanat, ut diebus festis, tam antemeridiano quam pomeridiano tempore, multis pene obruantur Patres confessionibus, ut ommittam extraordinarias in hebdomada, quae partim in collegio nostro, partim in carcere solent audiri. Pater enim, cui talis est cura iniuncta, cum diebus festis vix sufficere possit audiendis domesticis confessionibus, differt, si quae occurrant, in dies feriatos, in quibus maior est respirandi potestas. [*Profitetur Dei auxilium implorandum, idque multis verbis a Polanco deletis.*]

2. Bona de nobis existimatio, cum semper apud omnes hactenus floruerit, nunc uero paulo latius dimmanasse mihi videtur, libello quodam, quem Rdus. P. D. Loarte huius collegii rector, nuper a se compositum in lucem aedidit [3].

---

[a] In hoc collegio genuensi *add. a Polanco, loco praecedentium quae delevit.*

---

[1] Ex autographo in codice *Ital. 171*, ff. 88, 89; prius 115, 116.

[2] Vide supra, epist. 72.

[3] Agitur de libello P. Loarte «De Vita Christiana» seu ut habetur in editionibus subsequentibus (haec enim ignota est bibliographis) «Exercitio della Vita cristiana dove si contengono le cose che debbe fare chi vuol vivere cristianamente». Cf. *Lainii Monum.*, II, 158, 204, 212; URIARTE, *Anónimos*, n. 839; SOMMERVOGEL, verbo LOARTE.

Opus sane omnium uno ore summopere laudatum, quippe quod omnia fere praecepta contineat, quae uir christianus diligenter seruanda ad uitam aeternam consequendam sibi proponere debet, ita dilucide et concinne tractata, ut omnes qui uel mediocriter legere didicerunt, non paruam possint inde vtilitatem haurire; et quoniam consulto uernacula lingua fuit a Patre compositum, ut omnibus emolumento esse posset, vix dici potest quanta ad nos confluat multitudo, illud a Patre nostro instanter efflagitans [a]. Nam praeter utilissimam libelli doctrinam, hoc etiam multorum allicit animos, pauperum praesertim, quod nullo proposito pretio omnibus donatur; quod quo rarius est hisce temporibus, in quibus tanta pecuniarum sitis homines excruciat atque vexat, eo certius charitatis quam in ipsos exercemus, capiunt indicium. Intelligunt siquidem id quod D. Paulus ait: nos non quae sua sunt quaerere, sed seipsos [1]. Multi sunt distributi per singula huius urbis tam fratrum quam monacharum coenobia, quod non mediocrem cum illis nobis conciliauit beneuolentiam. Alii porro per uicina huic urbi castella et pagos, ad Mediolanum usque et Galliam. Magna nos tenet spes, labores atque vigilias nostras non infrugiferum, sed maximo cum foenore semen reddituras; metere siquidem iam incoepimus quod nuper seminauimus. Non enim desunt qui lectione libri commoti, suam iam coeperint anteactam detestari vitam, quam longe ab illius consiliis abhorruisse manifesto cognoscunt.

3. Plurimum praeterea subsidii atque adiumenti a nobis praestari solet hispanis, qui frequentes, ut in Hispaniam traiiciant, ad hanc urbem aduolant: hi partim timore nauigationis, quae quod multis est obnoxia periculis, non parum incutit terroris, iis praesertim, qui alicuius sunt sibi conscii criminis; partim aegritudine aliqua correpti, pecca-

---

[a] *prius* efflagitatura.

---

[1] Cf. II Corinth., XII, 14.

ta sua, quae multis fortasse annis occultauerant, tunc demum detegere coguntur; qua ex re multus sane excerpitur fructus. [*Hoc duobus exemplis confirmatur.*]

4. Rdissimus. cardinalis burgensis [1] hisce proxime elapsis diebus in Hispaniam traiecturus, ad hanc se contulit ciuitatem, qui mira quadam excepit comitate Patrem rectorem ad se salutationis gratia venientem; gaudio triumphans, quod ea quae ad nostram Societatem pertinerent, prospere se habere intellexerit. Nec multo uero post iussit Patrem nostrum ad se accersiri, ut ante profectionem, quae ad animam spectarent, integra confessione disponeret; post confessionem autem, cum multa prius variaque de Societate deque eiusdem laudabili instituto inter se contulissent; confirmauit Rmus. cardinalis, id quod multis uerbis pollicitus est (si tamen incolumis mare hoc tempestuosum transmisisset), multa se et plura quam hactenus fecerit, collegio burgensi atque salmanticensi collaturum (duorum enim horum collegiorum sua impensa prima fuerunt iacta fundamenta); et quod caput est, nulla ratione Societati nostrae unquam defuturum. Quod autem ad eiusdem episcopatum recte atque sancte administrandum attinet, vtilissima sane Patris nostri rectoris consilia, omnino ut primum eo peruenisset, executurum affirmauit, ex quo plurimum utilitatis in uniuersam eius dioecesim redundaturum confidimus. [*Lectorem ad superiores litteras* [2] *reiicit; preces postulat.*]

Genuae octauo die Septembris 1557.

Ex praescripto R. P. D. Loarte, inutilis seruus in Domino,

ALPHONSUS HERNANDEZ [3].

Inscriptio. † Admodum in X.° Rdo. Pri. magistro Jacobo Laynez, vicario generali Societatis Jesu. Romam.

---

[1] Franciscus de Mendoza.

[2] Vide pag. 289, annot. 1.ª

[3] De hoc viro cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 174.

93

JOANNES BTA. CARMINATA

PANORMO 12 SEPTEMBRIS 1557 [1].

1. *De verbi divini praedicatione et sacramentorum frequentatione.* 2. *Odia restincta; charitatis officia praestita.*—3. *De scholasticorum exercitationibus.*—4. *De Joanne a Cerda, prorege.*

1. † Pax Xpi. [*Diffunditur in exponendis scribendi causis quae omnia delevit Polancus quorum loco titulum posuit:* Quaedam ex litteris quadrimestribus panhormitani collegii, Septembri mense 1557 scriptis.] Illud prae ceteris dicendum occurrit, quod non modo Rda. Pa. tua, sed *(quod maius est)* ipsemet Deus a nobis quotidie *non* postulare *modo sed* [a] efflagitare uidetur, quo nimirum studio in animis ad uerum pastorem reducendis utamur. Hoc ergo scito, non modo ad conciones diebus festis in nostro templo habitas multos confluere, sed ad lectionem quoque D. Pauli, quae singulis diebus ueneris publice *a nostro concionatore* exponitur, immo, hoc etiam addam, numerum eorum, qui solent nostram frequentare ecclesiam, in dies *quotidie* magis augeri. Non enim desunt nobiles aliquot, tum uiri tum mulieres, qui non mediocri diuini uerbi audiendi desiderio flagrant, plebei quoque quamplurimi conueniunt. Neque hoc solum (ut saepius diximus et literis significavimus) in nostra *duntaxat* fit ecclesia, sed in aliis etiam monialium congregationibus, quo ex nostris aliqui nonnunquam confessiones audituri, aliquando concionaturi, multis precibus accersiti se conferunt; et quod me prae caeteris in maximam adducit admirationem, qui huius ciui-

a ac.

[1] Ex originali in codice *Sic. 181,* 2 ff., nn. 42, 43 (prius, 186). Sunt duo alia exempla in ff. 44, 45; et tertium, post Polanci correctiones, in fol. 46. Castigata a Polanco, in textu litteris italicis, addita vero ab eodem in annotationibus damus.

tatis mores intus et in cute noui, raro nostris Patribus domi quiescendi tempus conceditur; innumeri enim ciues si quando male habeant, relictis aliis, quibus confiteri a multis ante annis consueuerant, nostros Patres ad se *quamprimum* accersendos curant, a quibus eorum audiantur confessiones. Pauci sumus, *fateor*, cunctis *proinde* satisfacere *non* poss*u*mus [a]; sit Dominus in omnibus benedictus, *qui suorum seruorum numerum et amplificare et diminuere (si quando fuerit opus) benignissime nouit. Et ut hic etiam aliquid habeat Rda. Paternitas tua, quo laetetur in Domino caeterique Patres ac fratres; licet* [b] quotidie fere, sed diebus maxime festis plures, nostra omnium opinione, ad sanctissimum eucharistiae sacramentum summa deuotione sumendum accurrant, tum in die assumptionis beatae Uirginis *tot* [c] sunt confessi, et caelesti manna saciati, ut longe plures desiderauerimus confessarios, eorum enim inopia *qua hic laboramus potissimum*, multis satisfacere eo die nequaquam potuimus, licet postero die eorum nonnulli fuerint confessi. [*Conversionum exempla.*]

2. Hisce quoque diebus grauissima nonnulla odia, quae inter quosdam praediuites homines intercedebant, quibus humanitus nulla fieri poterat medicina, diuina primum gratia, nostrorum Patrum deinde opera, ita sunt *r*estincta [d] ut nullum inter eos pristinae inimicitiae reperiatur inditium. His postremo addam *aliquot* charitatis offici*a* qu*ae* [e] multi nobilissimi uiri sunt executi; nostrorum enim Patrum [f] nonnullis suadentibus, et quarundam monialium inopiam exponentibus, effectum est ut illis multi multas elargirentur pecunias. Sit Dominus benedictus.

3. Quantum uero ad nostrum hoc musaeum ac studiosorum multiplicem fructum attinet, hoc dicendum videtur. In singulis scholis discipulos quotidie exerceri, aliquos in

---

a Pauciores tamen sumus quam vt cunctis satisfacere possimus. —b cum. —c tam multi. —d extincta. —e quoddam... officium, quod. —f Patruum *ms*.

componendis epistolis, nonnullos in orationibus, quamplurimos etiam in carminibus, sed praesertim (ut nostrum requirit institutum), ad optimos mores ac uitae integritatem iuuentus informatur, qua ita re*bus* diuin*is* [a] appulit animum, ut singulis diebus in nostra ecclesia sacris intersit, confessiones frequentet, conciones denique et lectiones nunquam deserat.

4. Hic illud te latere non sinam: quemadmodum D. Joannes a Zerda [1], huius regni prorex, paucis diebus post *eius* [b] huc aduentum interiectis, a nobis inuitatus, nostras scholas inuisit satis hilari (ut coniicere licuit) uultu, unde absoluto sacro (mane enim propter aestum, qui tum maxime feruebat, ad nos uenit), quaedam recitata sunt epigrammata cum grece, tum latine composita. Postremo quidam e nostris scholasticis *satis* nobilis [c] quandam habuit orationem in eius laudes. Foeliciter omnia, Deo fauente, successerunt, et prorex *cuncta quae fecimus* [d] benigna mente suscepit, idque ex eius uerbis ad Patrem nostrum Paulum [2] colligi facile potuit. Saepissime enim, quo animo in nos esset affectus ostendit, cum eundem Patrem, non modo familiarissime *quam credi possit*, alloqueretur, sed de multis etiam rebus spiritualibus cum ipso conferret. *Hoc profecto fatebor (si coniectura quae futura sunt augurari licet) hunc* acerrimum nostrae religionis fautorem *extiturum* [e]. [*Prospera proregi exoptat. Orat, preces postulat.*]

Datum Panormi pridie idus Septembris 1557.

R. P. tuae seruus in Xpo.,

JOANNES BAPTISTA CARMINATA [3].

---

[a] ad res diuinas. —[b] ipsius. —[c] nobilis adolescens. —[d] omnia.
[e] eum fore in Dno. speramus etc.

---

[1] Dux a Medinaceli.
[2] P. Paulus de Achillis, collegii rector.
[3] Vide pag. 55, annot. 2.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Chro. P.e, il P.e Mro. Jacomo Laynez, Vicario generale della Compagnia di Jesù. In Roma.

94

FRANCISCUS STEPHANUS

MESSANA 14 SEPTEMBRIS 1557 [1].

1. *Spiritualia erga proximos ministeria.*—2. *Messanensium erga nostros aestimatio.*—3. *Casuum conscientiae lectio.*—4. *Novi proregis benevolentia.*—5-6. *Fructuosa Patris Ungria commoratio Monteforti.*

1. † Molto Rdo. in Chro. Padre: Pax Chri., etc. Benchè poche cose siano quelle che in questi 4 mesi passati hanno accaduto; ma non però se han' de estimar' per picciole, poichè per la bontà di Dio sonno operate. Tra le quali quella imprima mi occorre: che molto son' puochi quelli in questa città, li quali non si seruano molto uolontier' delli nostri. Non dirò già quante uolte siano chiamati li nostri per confessar' infermi, et nella elettione delli magistrati quanto pocho si fidano di se stessi etiamdio, se alcuni delli nostri non se ui ritrouano presenti; questo, dico, lascio, per non esser' cosa nuoua, et per esser' già più uolte scritta.

2. Al presente assai mi maraueglio di ueder' quasi ogni giorno fra gli altri padri il R. P. Gieronymo [2] circondato nel cortile da molte persone, le quali vengono per resoluersi de molti casi di conscientia. Il che fanno etiamdio quelli che stanno nelle ville [a] per la fama che hanno anchor' loro del nostro colleggio. Ha accaduto più uolte che

---

[a] vile *ms.*

---

[1] Ex autographo, in codice *Sic. 181-Sic. 182,* 2 ff., 34, 35 (47, 48). Exstant in eodem codice plura exempla latina ejusdem epistolae, ff. 26v-27; 28-29; 30v-31; 32-33; 47v-48. Est etiam exemplum in archivo coloniensi, secundum HANSEN, *Rheinische Akten...,* 767.

[2] P. Hieronymus Otello.

disputando alcuni di qualche cosa de importanza, se ritrouassi a caso lì presente uno delli deuoti nostri; il cui parere essendo domandato sopra di quella cosa, et respondendo esso quel che dalli nostri hauea inteso, gli era data fede. In tale authorità è tenuto il collegio appresso loro, che basta essergli detto: cossì dicono li padri di Santo Nicolà.

3. Per il che è stato necessario che li nostri Padri si mettessero a studiar' da uero li casi de conscientia, per satisfar' a tante persone che uengono [a] a domandar' consigli sopra de casi così importanti. L'assumpto di leger' questa lettione ha pigliato il R. P. Gieronimo, non solamente alli nostri di casa, ma anchora a molti altri sacerdoti forastieri, della qual cosa ne ha redondato gran' frutto, poichè molti sacerdoti di quelli che alla lettione si trouauano presenti, hanno renuntiato a molti beneficii, che con buona [b] conscientia tenir' non poteuano. Il che anchora altri ad essempio di questi (come che a noi si è referito) hanno fatto.

4. Ma non solamente il populo seguita uolontier' li consegli delli nostri Padri, ma etiamdio il nuouo vicerè, che è Jo. della Cerda [1], ha dimostrato con euiden[ti] [c] segni l'affettione che porta uerso il collegio. Imperochè oltre che con parole humanissime ha più uolte parlato con li nostri, ha uoluto anchora che l'officio della charità, che instituite Jo. di Vega, si facesse, sì come inanti, ogni sabbato nel nostro colleggio, congregandosi quelli medesimi theologi et persone nobili, che soleuano [2].

5. Se alcun' mi domondasse qual sia la causa che sì grande affettione porteno tutti al colleggio nostro, li responderia esser' ui molte cause: ma crederia principalmente essere la modestia, et il zelo delle anime che non solamente nel cuor' hanno, ma etiamdio dimostrano nelle spirituali con-

---

a uengo *ms.* —b buono *ms.* —c *Attrita charta.*

---

1 Dux a Medinaceli.

2 Cf. Polancum, *Chron.*, V, 188; *Litt. Quadrim.*, III, 652; *Ribadeneira*, I, 522 sqq.

uersationi li nostri. Il che si può in vno solo essempio ueder [a], non facendo mentione delli altri. Staua con noi in Messina vn' Padre [1] alquanto indisposto, ma era pericolo di cader' in più graue infirmità. Per il chè dette ordine il medico che per alcun' tempo si mandassi di fuora. Se ritrouò adunque [b] vn' luoco non più lontano da Messina che 16 miglia, chiamato Monforte, doue che oltra la commodità et amoenità del loco, ui era anchor' questo de più che hauea de habitare con vn' sacerdote molto da bene, et affettionatissimo quanto si possa dire alla Compagnia, chiamato Antonino; il quale senza dubio saria già da molto tempo nella Compagnia, se non che mai si credeua chel' riceueriano essendo sì uechio. Hor questo Padre, dico, non predicando, nè sentendo confessioni (perchè nè l'vn', nèll' altra gli era per la sua infirmità concesso), ma solamente con raggionamenti de cose spirituali fece tanto, quanto con molte prediche non se haria forza potuto fare. Imperochè tanto con l'essempio, quanto con la spirituale conuersatione, a talmente acceso duoi giouani al' desiderio della nostra Compagnia, che omnino s'hanno deliberato de ritornar' con esso Padre, il che sarà presto. L'vn di loro sarà di 18, l'altro di 20 anni [c]; tutti duoi in litere humane, et molto più nelle uirtù introdotti. Son' ui anchora duoi sacerdoti in quella medesima terra, li quali similmente niente altro bramano, che esser nel nostro numero [2]. I quali benchè in lite-

[a] uerder *ms.* —[b] adnoque *ms.* —[c] *In margine alia manu:* uno fu il P. Stefano Tucci.

[1] Fuit is P. Ludovicus de Ungria, hispanus, ut ex epistolis rectoris, et catalogis coaevis colligitur. In cod. *Sic. 59,* fol. 71.

[2] In catalogo collegii messanensis et domus probationis, mensis Augusti 1558, sequentes novitii inveniuntur ex Monteforti oriundi: P.e Angelo Xibilia, di 25 anni. E di Monforte in Sicilia. Ha vn anno ch' è nella Compagnia... Stephano Tutio, di Monforte. E di 17 anni. Sono 8 mesi ch' è ne la Compagnia... Nicolao Pulizino, di Monforte; di 19 anni. Ha vn anno ch' è ne la Compagnia... Oliuerio Cuminali, di Monforte; di 21 anni. Ha otto mesi ch' è ne la Compagnia... Ex codice *Sic. 59,* nn. 75-77.

re pocho sieno prouetti, son' però in bontà de uita sì santi, che è peccato uiuere fuora della religione.

6. Il stesso Padre non hauendo potuto dal' R.do P. Annibale [1], procuratore della sanità, impetrar' licentia de far' altri exercitii, che leggere al giorno alcuni quarti de hora, questo pocho ha fatto con tanto frutto, che è maraueglia. Perciochè più di 30 sacerdoti col' stesso archipreste si son' ritrouati sempre ogni giorno alla sua lettione; della quale tanto ne restano satisfatti, che sarà più difficile a far'lo ritornar' in Messina, che non fù a mandarlo là. Imo la cosa fra pochissimi giorni è andata tanto inanti, che altro non desidera hor' mai quella buona gente, che hauer' vn collegio de i nostri, doue che ui fussero per fin' ad 8 o 10 persone. Per la qual cosa la città s'offerisce a dar cento scudi, et altri tanti quello sacerdote, col' quale habita il nostro Padre; imperochè in queste tali opere è più presto prodigale, che liberale. Sia ringratiata la bontà d'Iddio, la quale tanto si serui delli suoi ministri etiamdio nella infirmità. Altro al presente non mi occorre, che de importanza sia.

Preghiamo tutti humilmente alla P. V. che si habbia per ricommandati nelli suoi santi sacrificii et orationi appresso del Segnore. De Messina alli 14 de 7.bre 1557.

Per commissione di nostro Padre rettore [2].

Della R. P. V. indegno seruo in X.o,

Francesco Stefano [3].

---

[1] P. Hannibal Coudretus significari videtur.

[2] P. Pantaleo Rodino.

[3] Rhetorices professor. In informatione collegii messanensis mensis Augusti 1558 haec dicuntur: «M.ro Francesco Stephano, valentiano, di 22 anni. Ha sei anni ch' està ne la Compagnia. Vene insieme con Benedetto valentiano. Lege rhetorica et greco. In la sua professione anchora che non excede, al mio judicio è mediocre. Lege anchora questa estate la sphera. Ha studiato in Valentia fin a vn anno di logica. E quieto e buono. Suole patir alchune volte di dolor di testa. Si hauessimo vn altro in luoco suo, poterebbe andar inanzi neli studii, perchè ha mediocre talento. Ha letto vn anno in humanità et doi in rhetorica. In greco è piu prouetto.» In cod. *Sic. 59*, n. 75v.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. Mtro. Giacobo Lainez, vicario generale della Compagnia di Giesù. A Roma.

Alia manu:... R.ta 7 di Ottobre.

Sigilli vestigium.

95

P. JOANNES GESTI

BARCINONE 19 SEPTEMBRIS 1557 [1].

1. *De aegroti cujusdam visitatione.*—2. *De christiana doctrina tradenda in nosocomio et in templo nostro.*—3. *De Patris Govierno lectionibus et concionibus.*—4. *De regione morbis vexata.*

1. † Ihs. Muy Rdo. Padre en Chro. Pax Chri. etc. El mes passado no he escrito a V. P. La causa ha sido por estar yo fuera a visitar vn doctor de la rota muy deuoto nuestro, que se llama M. Suñer, el qual estaua enfermo a 18 leguas de aquí, y embió por vno de nosotros; y como su enfermedad ha sido muy larga, hame detenido allá muchos días hasta que ha estado fuera de sospecha. En los días que yo estuue allá se confessó y comulgó él y su muger, que también estaua enferma, y su hijo y quasi todos los de su casa; y empeçé de enseñar la doctrina christiana a los niños de la tierra, y dexé concertado con vn maestro, que él lo lleuaría adelante.

2. Por mi partida se huuo de interromper este mesmo exercicio en el hospital de aquí, adonde yo la enseñaua, y estauan ya muy adelante los niños y niñas de aquella casa, y en el mes passado se confessó mucha de la gente de seruicio. En este tiempo se ha muerto el prior del hospital; no sé si el nueuo sufrirá que se prosiga el mesmo exercicio, porque no todos tienen gusto en él, antes por acá en muchas partes, de muchos que lo deurían exercitar es perseguido. En nuestra yglesia nunca se ha dexado este exer-

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95*, 1 fol., n. 159; prius 193.

cicio de la manera que se empeçó, y nunca faltan muchos niños del estudio en los días que se lee.

3. Maestro Gouierno prosigue siempre su lición de casos de consciencia en la yglesia mayor, adonde agora acude mucho más auditorio que hasta aquí, y los domingos y fiestas predica en nuestra yglesia o en algunas parrochias, que siempre le piden.

4. Las enfermedades desta tierra han sido este año muy grandes, y avn agora lo son, y se muere más gente que hasta aquí. Somos llamados de muchos, y a las vezes no ay quien pueda yr por ser pocos, y también por hauer estado todos los de casa sino vno, enfermos, y avn agora lo está el Padre Queralt, y yo he empeçado oy de dezir missa. Plega a la majestad diuina darnos gracia para que en todo tiempo perfetamente le amemos y siruamos. Amén. De Barcelona 19 de Setbre. 1557.

De V. P. indigníssimo hijo y sieruo en X.º,

Gestí [1]. †

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. Padre en Chro., el P.ᵉ Mro. Laýnez, vicario general de la Compañía de Jhs. en Roma.

Alia manu... Rta. alli 9 di Nouembre.

96

URSMARUS GOISSONIUS

PRAGA 20 SEPTEMBRIS 1557 [2].

1. *Occasione orationis in laudem Sti. Joannis Baptistae, tumultus in nostros excitatur.*—2. *Hussitarum in nos odium capitale.*—3. *Episcopi labacensis amor.*—4. *Austriaci archiducis ope spe-*

[1] Rector collegii.

[2] Ex originali in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 198, 199; prius 78-80. Duo alia exempla secundum correctiones exstant in ff. 196, 197. Tum ob multas lituras, tum quia attramentum fere evanuit, difficilis admodum lectu est. Quae legere nequivimus, virgulis indicamus. Caetera consueto modo notamus. Prius ab aliquo alio, deinde a Polanco epistola castigata est. Emendationes quae sunt in paragraphis cancellatis omittimus.

randum christianos professores in academiam pragensem inductum iri.—**5.** *Aliorum procerum benevolentia.*—**6.** *Ministeria Societatis quantum ad illius aestimationem conferant.*—**7.** *De sociorum numero et valetudine.*—**8.** *De novitiis.*—**9.** *De haereticis, quos inter magni fructus colligerentur, si operarii adessent.*—**10** *De templo aedificando et de lectore theologiae constituendo.*—**11.** *De sociis in Oibin missis.*—**12.** *De catechismo.*

1. † Gratia Domini nostri Christi Jesv sit in nobis semper. Amen. *Quamquam, R.de in Christo P.r, multa sim praeteriturus, quae hic facta sunt et fiunt quotidie ab iis qui inferunt, et nostrorum illi qui patiuntur non ignorant; iis tamen Domino relictis quamplurimis; nihilominus aliqua, quae partim ab aduersariis, partim ab amicis contigerunt (ut mos quadrimestres scribendi praecipit) perstringam.*

In sancti Joannis Baptistae nascentis admirationem recitata hic est ab uno nostrum oratio, quae, quod haberet Domini praecursorem immunem a peccato originali natum, reprachensa fuit, tanquam quae dixerit sine culpa originali fuisse conceptum. Hi censores nostri, haeretici erant vuittembergenses, qui hoc studio Pragam concesserant, numero praecipue duo, quorum unus, non ferens dicentem, non ita [multo] post exordium, datis inciuilitatis suae in nostri contemptum non obscuris indiciis, indignabundus auditorium egressus est. Alter in nobilissimo concessu tanquam in caula perseuerauit; et postquam dictum esset, orationis nostrae dedecus in Societatis patronos transferens, acriter in eos inuehebatur, quod nobis fauere non erubescerent, qui Christo sanctum Joannem aequauerimus; qui cum a prudentissimis uiris monitus esset nos accederet, exploraturus quae nostra mens in ea oratione fuisset; respondit, nos esse nebulones, propriam opinionem mordicus tuentes; qui argumenta omnia eludamus; cum quibus inita quaecunque disputatio, pereat; incorrigibiles; desperatos; se uere per totam Germaniam nobis nociturum quacunque ratione posset.

2. Hussitae [a] nos in suis publicis ad populum concionibus egregie tractant, cum definire nituntur IESVITAS (sic enim nos appellant), ciuilis pacis turbatores et seditiosos. *Hi sunt eorum sacerdotes, quorum unus praesertim, uelut literarii congressus antesignanus, idiota cum sit, se unum cum et IESVITIS, et arcis sacerdotibus* [1] *simul omnibus disputare paratissimum esse ex suo suggestu apud plebeculam iactitauit. Hussitae uero* magistri [b], qui sunt in academia, hoc est collegio Caroli, ita nos capitali odio prosequuntur, ut non solum octauo quoque die, uerum saepius conciliabula celebrent, ut quaerant [c] successum rerum nostrarum impediendi *rationes,* quod *genus est* [d] adultos iuramento compell*ere* [e] ne *uel* ipsi nos accedant, *uel* [f] filios in nostram *dent* scholam [g]. Rursus ad magisterii gradum promoueri nolunt aliquem, nisi iuret certo [h] aliter quam sub utraque specie *se* communicaturum *nunquam, Pragae aliter* [*non?*] *admittitur* [i].

3. *Contra enim cum S. R. Maiestas* [2] *nuperrime Pragae fuit, R.mus Labacensis* [3] *et orationi de resurrectione cum cancellario Hungariae interfuit, et deinde solus semel totam nostram domum uenit perlustratum, ac dum singulos nostrum amplecteretur, flens (o rem tali uiro dignam) Deum Opt. Max. implorauit nobis gratiam in laboribus nostris (ut ipse uocabat) perseuerandi. Perseuerent hi (sic enim prorsus illachrymans ille senex dicebat) in labore suo. Nec Praga discessit, donec apud nos celebraret, curru regio ante ualuas templi relicto, idque summo quidem mane.*

4. *Archidux Austriae* [4] *paucissimorum dierum spatio*

---

[a] Hussitae sacerdotes. —[b] uero. —[c] rationes. —[d] ita aggressi vt. —[e] compellant. —[f] nec. —[g] mittant. —[h] nunquam se. —[i] *Locus lectu difficillimus.*

---

[1] Clerici ecclesiae cathedralis, prope arcem.
[2] Ferdinandus, imperator.
[3] Urbanus Textor (Weber).
[4] Ferdinandus, imperatoris filius.

ter se a R. P. rectore[1] *adiri passus est, et super quibuscunque rebus nostris conueniri. Nactus uero Pater talem opportunitatem, uaria quidem cum illustrissimo principe communicauit, at inter ea duo maximi memini* [?] *momenti. Alterum*[a] de templo nostro instaurando: quod quidem negocium princeps commisit architectis duobus, qui paulo post huc misi sunt *ad nos*[b] ut diligenter considerarent quid facto opus esset. *Quoniam uero in academia pragensi, hoc est illo Caroli collegio, cursum perficit nullus, qui fidem non abiurare cogatur, denique* [?] *christiani, uel non promoueantur, uel opus est ut christiani esse desinant; unice contendit ab illustrissimo principe Pater rector, ut sua celsitudo commodam aliquam inueniat rationem in illud gymnasium (ubi nunc multi sunt bohemi, plurimi germani haeretici, nec ulli alii) inducendi doctores christianos, qui ibidem, eodem stipendio, legant, saltem ut lectores sint xiani. quicunque tandem illi uidebuntur. Sua celsitudo nec hac in re dubitauit nostri Patris desiderio respondere, omneque negotium diligenter curandum suscipere, ac in omnibus bonam spem polliceri. Vnde multum speramus, praesertim cum et ipsa S. R. Maiestas Romanorum, S.ae Celsitudinis pater, Viennae dicatur daturus manus auxiliatrices*[c], ut Pragae *quam commodissime ad quam maximam*[d] christianismi promotionem disponantur omnia. Praeterea obtulit sese hic archidux *tum nobis tum uniuersae*[e] ecclesiae catholicae[f] defensorem ac adiutorem.

5. *Nunc D. mareschalcus et cum eo comes illustris-*

---

[a] Archidux paucis hisce diebus secundo et tertio P. Rectorem ipsum de negociis nostris adeuntem benigne semper recepit; egit cum eo. —[b] *Prius* nobis. —[c] egit etiam de academia pragensi, vt ne catholici fidem abiurare cogantur, dum promouentur, et vt aliqui catholici saltem praeceptores in collegium Caroli inducantur, quod itidem se facturum promisit, et pater eius romanorum rex Viene manus auxiliatrices dabit. —[d] melius ad. —[e] et nobis et. —[f] pragensi.

---

[1] Ipse epistolae auctor.

simus, supremi proceres regni, quo maiorem Societatis notitiam sibi comparant, eo melius semper meliusque nobis afficiuntur. *Dederunt Pătri mutuo in proximum terminum (quod collegii necessitatibus plane erat necessarium) alii thaleros centum, alii plus minus* [a].

6. Ecclesiae nostrae sacra, conciones, tum in nostro templo, tum apud archiducem, sacramenta aegro*tantium* [b] (ad quos uocamur moribundos) more Societatis *gesta, curamque circa uxorem suam nunc defunctam, aliosque diuersi ordinis christianos, ut Romae fieri solet, praestitam, nunquam uidetur sibi satis mirari laudareque potuisse ille quem modo dicebam, hoc est, D. marschalcus regni*. Hospitalium uisitatio similiaque sunt nobis [c], quantum per infantiam crescentis collegii datur, iuxta morem Societatis romanae, quam quo propius imita*bi*mur, eo omnia melius procedunt per Dei gratiam.

7. *Delapsus sum in mentionem rerum spiritualium: locus est ut de collegio spirituali, scilicet, fratribus, non nihil dicam, praesertim de numero et ualetudine corporali. Viximus* [d] hic his diebus circiter uiginti nouem *(connumero unum conuictorem et duos famulos) et ex illis, semel, undecim aut duodecim, partim prorsus aegroti, partim debiles fuimus; ut qui sani erant, pro occupationibus potuerint aegroti fieri, dum et infirmis seruire, et infirmorum officiis fungi, et sua ipsorum tamen pristina munia non omittere cogerentur. Sed tanta fuit aegrotorum (de me tantum non loquor) patientia, sanorumque charitas, quanta fratres nos in Christo decebat, hoc est, illa maxima. Vt finiam, ex hac nostra infirmitate illi decerpti fructus, quibus haud scio an integris uiribus prouenire quiuissent potiores* [e].

---

[a] hocque ipsum in subleuandis collegii necessitatibus abunde comprobarunt subinde. —[b] aegrotis ministrata. —[c] curae. —[d] Fuimus. —[e] Fructus certe debiti tum patientiae tum charitatis utrinque non vulgares omnes collegerunt Christi gratia, vt non perditio, sed lucrum maximum in hisce omnibus accesserit.

8. Nouitii sunt tres, *sunt* [?] *Sclauoniae germanae, hoc est budiscinenses* [a] [1], optimae spei iuuenes, et quidam pragensis discipulus antea nostrae scholae, item et alius eiusdem commilito, *uerum* germanus, *famulus* [?] *nostri* [b] D. Hospitalensis [2], *tandem post multos apud nos — — — plures — — absterrente aut probante potius concertationes, at plurima apud eum desideria quibus — — — — et nos permansit* [?] *nobiscum habitat, a domino suo uestitus, imo — etiam dotatus* [c]. *Romam hos et nouitios quatuor uel quinque R. P. Rector — — ablegat: isthuc proficiscentur. Duo alii propediem admittentur, quorum alter fuerat* [?] *hussita, at nunc cupit conuerti ad fidem Iesu Christi.*

9. *In hac ciuitate magis ac magis inualescunt hereses. Sunt tamen multi boni, boni inquam, qui gustarent panem, si esset qui frangeret.* Multi adolescentes frequenter ad nos veniunt ut studeant apud nos, tam lutherani, quam *alterius religionis* [d]; *verum non eos recipimus cum ipsimet pro nobis nulla superflua habeamus. Ipsi quoque non exigua cura ac sollicitudine aptari et ad veram fidem spiritumque bonum adduci possunt nec facile.* Si *quoque* petamus ab eis quare ad nos veniant, *qui ex pragensibus illis infectis lutheranis erroribus,* respondent se scire ab aliis jesuitas esse doctos admodum ac probe vitae; dicuntque sepius se suam sectam ac fidem facile relicturos, si contrariis sufficientibusque rationibus conuincantur. Verum cum *tales ac* hujusmodi [?] non habeant

---

a sclavi. —b et quidam alumnus. —c *In marg.* et vestibus pecunisque instructus ab ipso. —d aliarum scholarum.

---

1 Ex oppido Budissa, seu Bautzen in Saxonia. GRAESSE, *Orbis latinus.*

2 Antonius Brus, magister generalis ordinis Cruciferorum cum rubea stella, paulo post episcopus vindobonensis, et archiepiscopus pragensis. Cf. SCHMIDL, *Historiae Societatis Jesu provinciae Bohemiae,* part. I, lib. II, n. 45; simul cum BRAUNSBERGER, *P. Petri Canisii,* epist. II, 107 sqq.

quo se nutriant, coguntur abire ac Pragam relinquere. Faxit Deus ut aliquando *et breui* applicentur aliqui reditus annui pro talibus fouendis: magna profecto spes esset lucrifaciendorum multorum: quod *breui fore* [a] spero. *Non enim parum fauet nobis ac nostrae Societati illustrissimus ac serenissimus princeps Ferdinandus, dux Austriae. Maxime vero regia maiestas, que, sicut anno praeterito, ita iam 4 vini vasa nobis concessit.*

10. *Ecclesiae quoque nostre restaurande, aut potius a fundamentis alterius edificande exemplar serenitas principis ad regiam maiestatem misit Viennam, pro qua restauranda supplicaueramus nuper cum adesset R. P. Victoria suae serenitati. Egit quoque cum vtroque principe R. P. Victoria de lectore theologicae facultatis constituendo catholico in collegio Caroli Pragae, in quo omnes sunt heretici et schismatici professores et studiosi.*

11. *In Oybin tres nostrorum iuerunt, inter quos D. P. Lucas* [1], *qui concionatorem aget quoque in pagis vicinis, ac, si possimus per gratiam Dei, conabimur ut ipse admittatur in ciuitatem Zittauiensem, vnam ex ciuitatibus 8 Luzatiae, pro qua re rogauimus senatum, qui, ut speramus, quamuis reluctaretur tacite, regio tamen obedire velle visus est suffragio ac nutui. Itaque breui habendam authoritatem et suffragium curabimus ad ipsos zittauienses a regia maiestate.*

Proximis speramus plura ac longe meliora nos scripturos. Haec equo animo accipere dignetur T. R. Paternitas, cuius sacrificiis ac precibus nos omnes totamque Boëmiam sedulo commendamus.

12. *Fere oblitus sum indicare catechismum diebus dominicis ac festis publice profiteri; quod quomodo successerit, certiorem reddemus suo tempore V. R. P. Spero*

---

[a] aliquando futurum.

---

[1] P. Lucas Molitor. Unus ex ejus sociis fuit P. Cornelius Brogelmannus. Braunsberger, loc. cit., 147. 258.

optime successurum, nam animus non deest. Ad gloriam Dei et proximi salutem omnia bene fiant. Amen. Pragae, ex S. Clemente, Septembris 20.

V. R. P. seruus in X.°,

VRSMARUS GOSSONIUS [1].

Inscriptio. † R.do in Chro. Patri M.° Jacobo Laynez, generali vicario Societatis Jesu. Romae. Quadrimestres.

Manet integrum sigillum.

Alia manu. 1557. ...

Polanci manu. Emend.

97

Praecedentis epistolae summarium Romae factum [2].

† Ex litteris rectoris Pragae 20 Septembris 1557.

Hussitae sacerdotes nos in suis publicis ad populum concionibus egregie tractant, cum diffinire nituntur jesuitas (sic enim nostros uocant) ciuilis pacis turbatores et seditiosos; qui etiam agunt in academia pragensi, id est collegio Caroli, tam capitali odio nos prosequntur, ut octauo quoque die et saepius sua conciliabula celebrent, ut rationem ineant successum rerum nostrarum impediendi [a], quod genus est quod adultos iuramento adstringunt ne uel ipsi ad nos accedant, uel filios in nostram dent scholam, nec ad magisterii gradum promouent quenquam nisi iuret aliter quam sub utraque spetie se nunquam communicaturum.

Archiducem Austriae Ferdinandum, secundum regis romanorum filium, his diebus ter conueni: et inter caetera de templo nostro instaurando cum eo egi; commisit negocium duobus architectis, ut quid facto opus esset diligenter considerarent, ut confici possit. Et quia in collegio Caroli,

---

[a] impendiendi *ms.*

---

[1] Collegii rector.

[2] Exhibemus hic compendium praecedentis epistolae, prout in diversa loca missum fuit, quod invenitur in codice *Germ. 185,* fol. 196; prius 220.

cum omnes sint haeretici, uel catholicam fidem abiurare, uel catholicos nullos promoueri necesse est, ut superius dixi, contendi ab Illmo. principe, ut iniret aliquam rationem inducendi in illud gimnasium aliquos professores catholicos; qua in re etiam nostro desiderio se responsurum omneque negocium se curaturum ad se recepit. Eo speramus meliora, quod rex ipse Ferdinandus Viennae pollicitus est se daturum operam, ut ad quam maximam catholicae religionis promotionem omnia Pragae disponantur. Dominus mareschalcus hujus regni et alii summi proceres quo maiorem nostri notitiam habent, eo nobis magis afficiuntur.

Conciones cum nostra in ecclesia, tum in arce apud archiducem continuantur; ministerium sacramentorum exercetur; egrotis (ad quos moribundos vocamur [a]) more Societatis auxilium fertur. Hanc curam circa suam uxorem nuper defunctam, aliosque diuersi ordinis xianos. a nobis impensam, nunquam satis mirari et laudare se posse ait dominus mareschalcus regni, de quo paulo ante dicebam. Xenodochia etiam inuisimus, et alia iuxta morem Societatis romanae (quam quo propius imitamur, eo melius omnia procedunt), prout infantia crescentis huius collegii fert, exercemus.

Cum fere triginta domi essemus, magnam nostri partem egritudine corporis Deus his diebus exercuit, ex qua hi fructus decerpti sunt, ut dubitem integris uiribus potiores prouenire potuisse. Tres budissinenses, optimae spei juuenes, et quidam pragensis cum alio condiscipulo germano, in Societatem sunt admissi.

Quanuis magnopere hereses grassentur in hac ciuitate, multi tamen boni sunt, qui querunt panem, si esset qui frangat eis [1]. Veniu[n]t ad nos frequenter tam lutherani quam aliarum religionum sectatores, ut apud nos studeant, a

[a] vocamus *ms.*

[1] Cf. Thren., IV, 5.

quibus dum petimus quid eos mouerit, ut se ad nos conferrent, aiunt se scire ab aliis jesuitas doctos admodum ac probae uitae esse. Affirmant saepius sectam suam se relicturos, si contrariis sufficientibusque rationibus conuincantur. Cum tamen plerique eorum non habeant unde diu alantur, coguntur Pragam relinquere. Faxit Deus ut aliqui annui redditus applicentur ad huiusmodi adolescentes alendos; magna enim profecto spes esset eosdem Christo lucrifaciendi; et fauor serenissimi archiducis et regiae maiestatis nonnihil nobis in hac parte pollicetur.

In Oibin tres nostrorum abierunt, inter quos Pater Lucas concionatorem aget in pagis uicinis. Catechismum diebus dominicis ac festis explicare coepi, et bonum successum speramus.

98

P. ANTONIUS CORDESES

GANDIA 21 SEPTEMBRIS 1557 [1].

1-2. *De ministeriorum fructu cum Gandiae tum in vicinis oppidis.* 3. *De utilitate laboris apostolici inter mauriscos.*

1. † Muy Rdo. Padre. Gratia et pax Chri., etc. Con esta daré auiso a V. R. de lo que el Señor ha obrado por el ministerio de los nuestros de este collegio en los quatro meses passados. En nuestra casa acude mucha gente para ser ayudados de los ministerios nuestros, en conseios para ser consolados, para consolar y confessar enfermos, y finalmente para ser ayudados en sus trabaios. En nuestra yglesia concurre los domingos y fiestas mucha freqüencia de pueblo. Freqüentan mucho los sanctos sacramentos de la confessión y communión. Predicamos la palabra de Dios ordinariamente los domingos, y en las tardes enseñamos la doctrina christiana a los chicos, y a los grandes se

[1] Ex originali in codice *Hisp. 95*, 2 ff., n. 162, 163; prius 227. Exstat exemplum latinum ejusdem in fol. 161.

predica la declaración de la misma doctrina. Son pedidos los nuestros para predicar en la yglesia mayor muy a menudo, y predican con mucha acceptaçión del pueblo.

2. Han salido algunos Padres y hermanos a los pueblos circumuezinos para predicar y confessar y enseñar la doctrina christiana, en donde han hecho muchíssimo fruto en muchos pueblos, especialmente con la doctrina christiana, la qual enseñauan a grandes y menores con tanto concurso de gente, que por no caber en las yglesias, salían a las plaças. Después de hauer enseñado la doctrina, predicauan sobre ella explicándola. An predicado en dichos pueblos y confessado muchíssima gente, reduzido a paz muchos discordes. En particular, por ser cosa notable, no dexaré de escreuir una cosa, y es que han salido dos uezes en un pueblo de qualidad, en el qual hauía gran discordia y pleytos entre el gouernador de la tierra y la misma tierra, por lo qual tenía el gouernador a los regidores en la cárcel, y algunos del pueblo se hauían determinado de matar al gouernador, buscando ya occasiones para ello, y por los nuestros los reduxo Dios dos uezes en concordia y paz, y se quitaron las lites que hauía sobre ello; y cada uez destas era la discordia y littes sobre differentes cosas. Son pedidos los nuestros con grande instancia por muchos pueblos.

3. Tenemos en casa un hermano que sabe muy bien la lengua aráuiga [1]. Este ha salido algunas uezes a predicar a los neóphitos desta tierra y ha dexado mucha commotión entre ellos. Tenemos por cierto que si este negocio de predicar a los moriscos se tomasse de propósito, se haría muchíssimo fruto entre ellos, y se abrirían unas grandes Indias por acá. No se toma de propósito por no ser tantos,

---

[1] Videtur indicari Hieronymus Mur, de quo in catalogo provinciae Aragoniae anni 1559, ut coaeva manus annotavit, haec dicuntur: «El P. Gerónimo Mur es de edad de 32; de Compañía 2; es muy buen arábigo. Tiene mediocre talento para leer grammática; será buen confessor. Es lector de Gandía.» In codice *Aragon. 15*, fol. 6.

que podamos dedicar a dos o tres para tal negocio, y era menester primero saber bien la lengua aráuiga, porque otramente serían entendidos de pocos en qualquier otra lengua que los predicassen. La Sanctíssima Trinidad sea siempre en el ánima de V. R. y de todos, para enteramente sentir y complir su sanctíssima uoluntad. De Gandía a 21 de Setiembre 1557.

De V. R. sieruo en Iesu Chro. y hijo indigno,

ANTONIO CORDESSES [1].

Inscriptio. † Al muy Rdo. P.^e, el Padre Mre. Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús. Roma.

99

P. JOANNES PHILIPPUS CASINUS

SYRACUSIS 27 SEPTEMBRIS 1557 [2].

1. *Praeter solita exercitia, auctum esse laborem propter aegrotantium multitudinem.*—2. *Murmurationibus quibusdam non impediri civium amorem in Societatem.*—3. *De fructu scholarum singulari.*—4. *Earum initium proxime futurum.*—5. *De proximis comitiis generalibus.*

1. Jhs. Pax Chri., etc. Molto R.^do in Chro. Pre. Hauendo mandato questi giorni passati a la R. P. V. le lettere quadrimestre [3], non m'occorre al presente cosa di nouo da scriuere a quella, si non che tutti li Padri et fratelli di questo colleggio siamo sani et occupati neli nostri soliti essercitii, li quali in questi giorni sonno tanto augmentati, che non siamo stati sufficienti di adempirle; il perchè è stato che in questa città sonno in questo tempo molti malati, et siamo stati chiamati tanto di giorno come di notte per consolare li detti malati et confessarli; et non essendo noi nel

[1] Nobilis in historiis provinciarum Hispaniae ob munera quae obiit.

[2] Ex originali in codice *Ital. 110*, 2 ff., nn. 385, 386; prius 288, atque etiam 292.

[3] Eas invenire non potuimus; nisi forte indicantur eae quas sub n. 74 dedimus.

colleggio più di noui persone, quali habbiamo carrico de la chiesa, scole et seruicii di casa, di maniera che non potiamo apena sodisfare a li loro pii desiderii, di maniera che bisogna consolarli con la pacienza.

2. Non cessano continuamente alcune mormuratione contro il colleggio, ma se ne fa poco conto, perchè il frutto che il nostro Signor opera per il colleggio, è cognosciuto, et tutta uia cresce l'affettione et deuocione de la cità nel [a] Signor nostro uerso di quelli.

3. In quest'anno li scholari del colleggio hanno fatto molto frutto in costumi et lettere, tanto in latino, come in greco, di manera che li maestri de le altre scole lassano a poco a poco l'officio del insegnare, et cossì tutti uengono al colleggio, per conoscere il frutto che in breue tempo si fa in quello.

4. Hoggi a otto, con la gratia del nostro Signor, si cominciaranno li noui studi, et si publicaranno le noue lettione di tutto quest'anno; et la domenica per il principio deli noui studi [si] [b] farà una oratione publica, et si recitaranno versi inanci al marchese capitan d'arme in questa cità [1], il quale ci fauorisce assai, et alcuni altri al magistrato et capitan di justitia. Il nostro Signor di tutto si serua, et sia il principio, il mezo et il fine non solamente deli nostri studi, ma etiamdio de tutte le nostre operatione, acciò siano indrizzati a gloria di sua diuina Magestà.

5. Speriamo che hora il capitulo generale che fin' hora è stato impedito, nostro Signore per la pace che hora a concesso a la chiesa sua [2], andarà inanci, per il quale preghiamo continuamente sua diuina Magestà che li dia santo progressu sì per gloria di sua diuina Magestà, sì etiamdio

[a] del *ms.* —[b] *Legi nequit hoc v. in ms., sed videtur necessarium ad sensum perficiendum.*

[1] Marchio de Pietraprecia. Vide superius, pag. 306.

[2] Intellige pacem inter Paulum IV, et Philippum, Hispaniae regem, paulo ante initam.

per aumento spirituale di questa sua minima Compagnia.

Preghiamo tutti la R.da P. V. che si recordi di tutti li soi figlioli che tiene in questo colleggio, quale humilmente dimandono la sua beneditione et la pregano nel Signor nostro che li aiuti con li soi s.ti sacrificii et orationi, et si degnarà di dare le mie humile racomandatione a li mei R. in Chro. Pri., il P. preposito prouinciale [1] et il P. M.ro Jo. d' Polanco, li quali receueranno la presenti per propria. Di Syracusa il dì 27 di 7.bre 1557.

Della R. P. V. indegno seruo in X.o nro. S.re,

JOAN FILIPPO CASINI [2].

Inscriptio. † Al molto R.do in Chro. Pre., il P. M.ro Jacomo Laynez, vicario generale della Comp.a di Jhu., etc. In Roma.

Sigilli vestigium.

100

MAXIMILIANUS A CAPELLA

METHYMNA CAMPI 29 SEPTEMBRIS 1557 [3].

1. *Petri Cuadrado liberalitas erga collegium insignis.*—2. *Sociorum mala valetudo; eorum numerus.*—3. *Cum tanti fuerint in collegio morbi, neque ullus concionator, imminuta est sacramentorum frequentia.*

1. † Ihs. Muy Rdo. en Xpo. Padre mío. La gracia y paz de Xpo. nuestro Señor sea siempre en nuestro continuo fauor y ayuda. Amén. Lo que después las passadas ay que avisar a V. P. es cómo el señor Pedro Quadrado, mercader principal desta villa, del qual estará ya V. P. informado por otras, no solamente va adelante en el edificio material de nuestra ecclesia, mas aun nos a hecho vna donación delante el escrivano público de dozientas [*sic*] mil maravedís y quinze cargas de trigo de renta: los cient

---

[1] P. Hieronymus Domenech.

[2] Collegii rector.

[3] Ex autographo in codice *Hisp. 95*, 2 ff, nn. 169, 170; prius 224.

mil da desahora en vida para el edificio de la iglesia y colegio, aunque hogaño a gastado más que mil ducados con nosotros. Lo demás se dará después de sus días y de su muger. Es cosa maravillosa la grand affición que nos tiene ;ya querría [ver] [a] todo acabado, ansí el colegio como la iglesia. Todo el gasto se le haze poco según el amor que [nuest]ro Señor le a dado a esta casa. Verdad es que desea que la donación se tenga secreta, quanto fuere posib[le]. Por charidad que V. P. le mande encomendar a Dios nuestro Señor.

2. Acerca de los de casa, a sido Di[os] servido de visitarnos de tal manera de varias y diuersas enfermedades, que apenas vno a que[da]do sin caer malo. Algunos an peligrado, de los quales aun el Padre rector [1] no está del todo libre de peligro, por lo qual el médico le mandó ir a su tierra [2], adonde está al presente arto fatigado y molestado de la enfermedad. Los demás que estamos en casa, vnos convalecen, otros están ya buenos, otros que serán tres, quedan todavía con sus callenturas. Gracias a Xpo. por todo.

Los que al presente estamos en casa, sin el Padre rector que es ido a curarse con otro hermano que llevó consigo, son quatorce: tres sacerdotes, dos diáconos, y los demás legos.

3. Quanto a las confessiones y comuniones, visitar las cárceles y hospitales, ayudar a morir etc. ase hecho y se haze lo que con el favor de Dios buenamente se puede ha-

[a] *Abscissa charta hic et infra.*

[1] P. Petrus Sevillano.

[2] Ejus patria erat Villacastin, in provincia Segubiae. In catalogo ms. collegii, ineuntis anni 1559, ut videtur, dicitur: «El P.e Pedro Sevillano, rector, está ahora enfermo en su tierra, que es Villacastín.» In eodem catalogo haec leguntur: «El h.r Francisco Seuillano oye gramática en la quarta clase. Es de edad de diez y nueue años. A que entró en la Compañía tres años. Está al presente en Villacastín con su hermano el Padre Seuillano, rector.» Ex codice *Cast. 13*, fol. 110r-v.

zer, conforme a las grandes enfermedades que tenemos y emos tenido este verano. Verdad sea que como no aya de tres años a esta parte residido predicador en este colegio, no parece ser tanta la freqüentación de los sacramentos y comunicationes spirituales, como solía; aunque según el número de los sacerdotes, siempre arto ay que hazer, por la bondad de Dios; y algunas vezes tanto, que no se puede complir con todo. Plazerá a su diuina Magestad de emviar a su tiempo obreros a esta viña suia que cojan con abundantia el fruto que todos deseamos a gloria y honrra de Xpo. Ihu. Dios y señor nuestro. Al qual todos húmilmente supplicamos que a V. P. y a todos nosotros guarde y conserve en su sancta gracia y amor. Amén. De Medina del Campo a XXIX de Setiembre de 1557.

Mínimo y indigno hijo de V. P.,

† MAXIMILIANO A CAPELLA † [1].

†

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. Padre en Xpo. nro Sor. el maestro Laýnez, vicario general [de la Compañ]ía de Jesús. En Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu. Rta. 14 Januarii 1558.

101

P. JOANNES RETHIUS

COLONIA 2 OCTOBRIS 1557 [2].

1. *Patres quosdam Coloniam pervenisse, quosdam desiderari.—2-3. Quantus ex nostrorum theologicis lectionibus et promotionibus fructus existat.—4. Domesticae lectiones non modo in moribus et litteris fructus afferunt uberrimos; sed etiam bonorum amicitias nobis comparant, id quod variis modis ostenditur.*

1. † IHS. Pax Christi, etc. Quoniam, R.[de] Pater, obedientia a nobis nunc postulat ut ea quae proximo Septem-

---

[1] Natione flander. De eo vide MANAREUM, *De rebus Soc. Jes.*, 10. Cf. etiam *Lainii Monum.*, IV, 184.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 185*, 1 fol., n. 206; prius 404.

bri Deus per suos uiles ministros in hoc uineto coloniensi operari dignatus est, breuiter ad te perscribamus; optarem utique maiorem nostram fuisse diligentiam, et gratiores ac copiosiores fructus P. T. offerremus. Dabimus tamen quantum possumus, quando quantum uolumus non licet.

Aduenit tandem pridie idus Septembris diu multumque expectatus Dnus. Leonardus [1] cum R. P. Evrardo Marcuriano, qui paucis diebus apud nos commoratus, recta Louanium profectus est. Fuit quidem Dnus. Leonardus aduevniens non satis firma ualetudine, sed speramus in dies meliora. Non enim denegabit illi robur et uires Deus, cuius opera tantopere adhuc opus habet Agrippina Colonia. Haberet etiam opus M. Theodorico Amsterodamensi, M. Theodorico Canisio, M. Balduino et caeteris [2]. Sed hos frustra hactenus expectauimus. Credimus tamen eos in itinere iam esse; quod ni sit, obnixe rogamus R. P. T. ut nunc expectanti Coloniae misereri uelit, et quam citissime mittere.

2. Quamuis pauci qui doceant sumus, nunquam tamen hactenus coeptas lectiones omisimus. M. Henricus Dionysius, M. Franciscus Costerus et ego, absolutis eis, quae prima promotio theologica requirebat, proximis diebus ad alteram et ad Magistrum Sententiarum admissi sumus. Dnus. Costerus iam actum secundum celebrauit, et una cum epistola prima D. Ioannis, Magistrum Sententiarum publice legit. M. Henricus et ego breui, uolente Domino, actum eumdem celebraturi sumus.

3. Visum amicis nostris fuit, vt huiusmodi promotiones susciperemus, et quidem non temere; vberes etenim ex his promotionibus metimus quotidie fructus. Sine his quidem publice theologiam profiteri minime concessum fuit: profi-

---

[1] P. Leonardus Kessel, collegii rector.

[2] Balduinus ab Angelo venit Coloniam paulo post cum Andrea Boccatio, frisio, ut dicitur inferius in epist. diei 19 Novembris. Quod ad duos Theodoricos attinet, vide supra, pag. 297, annot. 3.

teri autem erat utilissimum et fuit necessarium. Vt enim non commemorem ea, quae alias a me scripta puto, ante nostrorum scilicet lectiones, studium theologicum hic plane iacuisse, professores nullos habuisse, uix ullas disputationes, paucos bacalaureos, paucissimos huius artis uere studiosos; cum tamen modo duos habeat professores ordinarios, disputationes hebdomadarias, et innumeros pene sui candidatos: vt, inquam, haec non commemorem, tam multi hoc anno ad bacalaureatum in hac facultate aspirarunt, ut paucis mensibus duae praesentationes habitae fuerint, breui fortassis futura tertia.

4. Hanc vtilitatem protulerunt theologicae nostrorum lectiones: domesticae uero longe uberiorem, vt crebrae ostendunt peccatorum confessiones, et sacrosanctae eucharistiae sumptiones, quotidiana missae auditio, ac inculpata discipulorum uita et purissimi mores, ob quos a plurimis non parum commendantur; vt demonstrant etiam doctae ipsorum disputationes, et piae atque elegantes declamationes, et frequens admodum discipulorum numerus, qui iam ultra ducentenarium longe excreuit. In hoc sunt nobiles et magnae spei adolescentes plurimi, qui aliquando uel in Societate, uel in senatu uel concione Ecclesiam Dei, spero, iuuabunt. Declarant denique idipsum illi, qui ad Societatem admitti auide expetunt; et hi quoque, qui suos filios, aut erudiendos nobis tradunt, aut mensae etiam adiunctos uolunt. Hi faciunt ut collegium quod ante amplum erat, nunc angustum esse uideatur. Cum enim Societatis simus uiginti, et his multi quotidie conuictores accedant, exigua domus minime sufficit. Sed ubi adeo multiplicati erimus, vt hoc collegium nos non capiat, amplissimus noster senatus, quem orationibus omnium, tanquam nostrum Maecenatem, commendatum cupimus, aliam domum adiungere non grauabitur; amat enim nos et amplectitur, exceptis tamen quibusdam. Verum illi, ut haeretici consueuerunt, non nos tantum non amant, sed catholicos omnes odio habent, maxime eos, qui ipsorum prauis conatibus diligentius ob-

sistunt. Caeterum, ut hi, si possent, nobis nocerent, ita alii innumeri, et in senatu, et extra eum, nos modis omnibus adiuuant. Exemplo esse potest bonus quidam et diues senex, qui diebus superioribus se amplam domum Societati daturum dixit, et quidem ante mortem. Confirmet eum Deus in tam bono proposito. Alius nobis templum ad concionandum obtulit, in quo licet a prandio festis diebus concio fiat, uellet tamen et nostros mane in eodem concionari, propterea quod nostros sperat maiori cum auditorum utilitate id facturos. Alii quidam ita nos amant, vt cum nuper eis quidam magni nominis doctor offerret censuram theologorum parisiensium de Societate [1] (qua inimicus contra nos uti conatur: sed Deus, spero, eius conatus malos impediet), illi per eam nulla ex parte a nobis fuerint alienati, sed arctioribus potius amoris uinculis iuncti, et strenuos se Societatis defensores praebuerint aduersus autores illius censurae.

Est hic magna nobis monstrata messis, quam paulatim spero colligemus, ubi illi, quos a uobis expectamus, aduenerint. Multa hic bona paulatim fient, sed quia hic pauci qui laborent sumus, non adhuc tantus hic fructus fit, quantus apparuit. Sed ne negligentia nostra potius huius rei causa sit quam paucitas, commendamus nos omnes, nominatim uero M. Henricum, M. Franciscum, M. Ioannem Catenaeum, et M. Ioannem Bercaelium, atque M. Gregorium Fabium V. P. et omnium Patrum ac fratrum feruentibus precibus, quos, cum nos, tum totum collegium et doctor Gropperus [2] atque prior carthusiae [3] cum amicis cunctis quam officiosissime salutamus. Bene uale. Coloniae, 6 nonas Octob. 1557.

Ex commissione R. P. Leonardi, V. R. indignus filius,

Ioannes Rethius Coloni. [4]

---

[1] De hoc decreto cf., sis, Polancum, *Chron.*, IV, 328 sqq.; V, 320 sqq.; *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, XII, 614 sqq.

[2] Vide supra, pag. 2, annot. 1.

[3] Vide pag. 2, annot. 2.

[4] Vide pag. 237, annot. 1.

102

P. JOANNES FRANCISCUS ARALDUS

NEAPOLI 3 OCTOBRIS 1557 [1].

1. *Benevolentia neapolitanorum et aliorum erga Societatem.* 2. *Matronae et juvenes exercitiis operam dederunt.*—3. *Rogat ut absolvendi ab haeresi facultas sibi concedatur.*

1. † Ihs. Molto R.do P.e mio in Jesux.o La gra. et pace, etc. Le cose del seruitio di Dio qua uanno molto crescendo, con la diuotione di tutta questa città uerso la Compagnia; et non solo in la città, ma etiam in altri luoghi del regno; et non mancano luoghi che instano per uoler far colegii, benchè siano i primi moti. Dio mandi a suo buon compimento tutto.

2. Vna signora, grande nostra benefattrice, et che si comunica ogn'otto giorni una uolta in questa nostra chiesa, et si confessaua dal Pre. Salmerone, dal medemo Padre ha riceuuto gl'essercitii, quali ha fatto con molto frutto, et costei da grand'essempio et ne rissulta molto seruitio negli altri, tanto parenti, come uicini, etc.

Vn altra signora pur molto grande ha comenzato a far' gli essercitii, quali gli dà il Pre. Cristoforo [2] non senza frutto et buon' essempio et non menor che della prima sudetta, essendo persona principale.

Vn' giouane di casa Carracciola, nobile et studente in leggi et diuotissimo che si confessa et comunica ogn'otto giorni almeno una uolta, ha commenzato pur' a far gli essercitii, quali gli da un Padre di casa, et spero che sarà con frutto assai.

Vn' altro giouane de 17 anni, studente in leggi, gli ha fatti con frutto tale, che si è rissoluto di non uoler più leggi, ma di seruir nostro Signor Dio, et già ha instato per

---

[1] Ex autographo in codice *Ital. 171,* unico fol., n. 90; prius 123.

[2] P. Christophorus de Mendoza, collegii rector.

esser della Compagnia; ma per qualche buon rispetto anchora non si admette. Basta che in questo mentre s'è dato a perfettionarsi più nell'humanità, et ogn'otto dì una uolta si confessa et communica, et è un modestissimo giouane.

Dell' altre cose non dirò altro, pensando che l'hauranno intese a pieno con la uenuta del Pre. Salmerone [1].

3. Dalla quadragesima in qua, quando fui mandato fuor d' Napoli etc., desiderauo hauer facoltà di poter assoluere d'heresia, per il gran concorso che ordinariamente tengo di penitenti; et per molti altri buoni rispetti questo desideraua; ma a questo son stato pigro sin' al presente. Laonde, uedendo il bisogno che potria accascare, prego V. R. che sia contenta di farmi hauer questa facoltà quanto prima. Non altro occorre se non che prego il Signor ch'in tutti doni et conserui sua santa gratia. Amen. Di Napoli alli 3 d'Ottobre 1557.

D. V. R. seruo inutil in X.°,

Gio. Fran.co [2].

Inscriptio. † Al molto R.do Pre. in Iesu X.°, il P.e nostro Juan de Polanco della Comp.a di Jesù, etc.

Alia manu... R.ta 7 detto.

---

[1] P. Salmeron Romam paulo ante venerat, a pontifice evocatus, a quo in Flandriam, ad curiam Philippi regis, cum cardinali Carolo Caraffa missus est. Cf. *Epist. P. Salmeronis,* I, 207 sqq.; *Ribadeneira,* I, 67 sqq.

[2] Vide *Epist. P. Salmeronis*, I, 301, 543.

103

P. RAPHAEL RIERA

LAURETO 5 OCTOBRIS 1557 [1].

1. *Solita ministeria erga proximos cum fructu exercentur.*—2. *Milites galli et helvetii a nostris juvantur.*—3. *Pestifera lue socii fere omnes vexati; aliqui extincti.*—4. *Pestis occasione in vicinis oppidis cum fructu laborant nostri.*—5. *Studia intermissa, novo ardore instaurabuntur.*

1. † Pax X.[i], etc. Molto R.[do] in X.[o] Padre. [*Breviter se scripturum dicit, omissis consuetis exercitiis aegrotos visitandi, pacis conciliandae, peregrinos consolandi, etc.*] Ma sopra tutto si caua inestimabile frutto della frequentissima administration' de' sacramenti, massime in questo santo luogo, doue sa V. R. P. quanto concorso da continuo ci suol'esser' d'ogni stato et sorte de persone.

2. Et benchè il concorso dei peregrini per li grandi trauagli delle guerre passate [2] sia stato alquanto menor del solito, pur li stessi esserciti et soldati cosi francesi come suizeri, ci han data grandissima occasion' de meritar. Perciochè molti di loro parte in francese parte in latino si sonno confessati da li nostri Padri [3]. Et essendone pieno l'hospitale tutta questa estate sonno statti grandissimamente agiutatti et aconsolati de li nostri, perchè altrimente se ne moriuono infiniti come bestie desperati et senza li santissimi sacramenti.

3. E stata questa estate in tutta la Marcha vna grande insfestation' d'area, quasi come mezza peste, la qual non solamente ha conquassati li esserciti della Chesia che in essa erono, ma etiamdio ha afflitti li populi, et massime Loreto et le terre vicine, il che ha dato grande occasione alli

---

[1] Ex autographo in codice *Rom. 126 A,* 2 ff., nn. 9, 10; prius 88, deleto 79. Exstat exemplum latinum datum die 14 Septembris ab eodem. ff. 7-8.

[2] Alludit ad bellum inter Pontificem maximum et Hispaniae regem.

[3] Vide supra, pag. 238-239.

nostri di essercitar' la charità, massime con li infermi. Et non bastando queste sante occupationi che haueuano fuor di casa, a piaciutto alla infinita bontà del nostro celestial Padre permeter' che o tutti o la magior parte de noi ci siamo amalati de certe infirmità fastidiosissime, dele quali si sonno morti doi delli R. Padri et vn' fratello; gli altri dopo molti stenti si sonno alquanto rehauutti per gratia del Sig.r; i quali han data grande edificatione nella lor' patientia et obedientia che hanno demostrata [a] tra tanti mali. E sta[ta] [b] ancho molto de notar la grande charità che s'è veduta in quelli i quali come più forti han seruito alli amalati; di modo che delli vni et delli altri è stato seruito Iddio N. Sr.

4. Nella furia delle grandi infirmità parue al R. P. Rettor' [1] diuider' gli infermi in più lochi, per meglo poter attender' alli loro bisogni. Perilchè furon' mandati a Recana[ti] da dodeci, et altre tanti a Camerino, senza quelli che restorono alla Madonna et a vna vicina posessione. Delchè ancho s'è seruito Iddio N. S., perchè non solamente con gr[ande] prosperità si sonno rehauuti l'infermi, ma etiamdio s'è fatto molto frutto nei predetti luochi, perchè tutta via s'attendeua a confessar varie persone, visitar infermi et procurar molti altri beni; massime in Camerino, doue oltra delle confessioni, con molte prediche si è agiutato quel clero et populo, et datosi principio alla fundation' d'vn collegio. Con questi et altri simili essercitii habiemo superata [la grande] [c] et commun' afflittione da questi trauaglati tempi, non senza molto nostro guadagno spirituale et delli nostri pr[o]ssimi.

5. Et per esser così impediti, non s'è potuto attender' alli studii come per prima si faceua et si farà adesso di

[a] demonstata *ms.* —[b] *Consumpta charta hic et infra.* —[c] *Deest hoc verbum in ms.; sed videtur supplendum, aut aliud simile.*

[1] P. Oliverius Manareus.

nuouo, piacendo al Signore, con noui feruori, quali già si vedono pu[lu]lar' nei cuori de tutti li collegiali con grande aumento de obedientia, patientia et charità. Di modo che come l'oro nel fuoco si refina, così per gratia del Signor si vede in tutti magior perfettione et aumento de virtù, et insieme speriamo nella bontà infinita del Signor et nei meriti della sua benedetta Madre che ogni dì andaranno le cose in grande aumento del honor de Dio et della Compagnia in queste bande con grande agiuto et consolation' delli nostri prossimi. [*Preces postulat.*].

De Loreto a 5 d'Ottobre 1557. Per commission del nostro R. P. Rettor.

De V. R. P. seruo in Giesù X.°,

RAPHAEL RIERA [1].

Inscriptio. † Al molto R.do in Giesu X.° P., il P. M.° Giacomo Lainez vicario generale della Compagnia de Giesus. A Roma.

104

THEODORUS PELTANUS

INGOLSTADIO 8 OCTOBRIS 1557 [2].

1. *Quam desideratus P. Canisii reditus fuerit, quo tamen diu frui non licuit, quippe qui a rege Wormatiam subito vocatus est.*— **2-4.** *Scholas nostras frequentant plusquam ducenti; refecta earum aedificia; studia theologica florescunt.*—**5.** *Bavariae princeps complura Societatis collegia flagitat.*—**6-7.** *Veterem religionem rustici magnopere desiderant.*—**8.** *Conciones latinae et germanicae; germanorum ingenia suaviter tractanda.*—**9.** *De disputationibus theologicis.*—**10.** *Spes redituum acquirendorum et horti habendi.*—**11.** *De cardinalis augustani nepotibus.*—**12.** *De obitu episcopi suffraganei passaviensis, deque ejus libris universitati ingolstadiensi legatis.*—**13.** *De fratrum studio perfectionis et valetudine.*

1. Jesus. Pax X.[i] Quae diuina bonitas quadrimestri hoc

---

[1] Hispanus, barcinonensis. De eo plura in POLANCI *Chron.*, invenies, Cf. etiam SOMMERVOGEL, *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus.*

[2] Ex apographo romano coaevo in codice *Germ. 185*, fol. 225; prius 11.

proximo per nouellam hanc plantulam operari dignata est, summatim relaturus, R.de in Chro. Pater, ab eo praecipue mihi inchoandum puto, qui suo labore, industria et charitate non modo huic, sed etiam totius Germaniae collegiis tantum adiumenti prestat et authoritatis quantum, ut nunc sunt tempora, desiderari potest, hoc est, a R.do Pre. Canisio, cuius ab vrbe aduentus nobis non solum expectatissimus, sed etiam, ob pleraque perficienda, quae nunc non est narrandi locus, utilissimus extitit. Verum (ut laeta uix nunquam sunt diuturna) exiguo admodum spatio optimi Patris praesentia frui licuit, quandoquidem, uix bene actis quatuordecim diebus, litterae urgentissimae a regia maiestate [1], uenerunt, quibus admonebatur ut quamprimum, una cum Pre. Nicolao Gaudano, qui et ipse ad dies aliquot gratissimus hospes nobis fuerat, Wormatiam proficiscatur. Posthabitis ergo omnibus, quae statuere in animo erat, et regio instructus commeatu, iter ingreditur: sed de his satis.

2. Res scholarum nostrarum, nuper inchoatarum, foeliciter sane preter multorum spem succedunt. Nam, licet oppidum sit perangustum nec minus infrequens, et plurimi praeterea sunt ex studiosis, qui priuatim aliquos doceant, et plerosque proprii compendii causa a nobis alienent, tamen adhuc quotidie ferme ducenti lectiones nostras frequentant, qui omnes, pro etatis et ingeniorum ratione, in his et pietate iuxta proficiunt. Omnes, dumodo doli sint capaces, crebro confitentur, sacram praeterea synaxin grandiores in solennioribus diebus deuote sumunt, aliqui etiam frequentius.

3. Quod ad loca scholarum attinet, non tacebo quod nunc a Dno. camerario uniuersitatis [2], qui nobis impensissime fauet, his adiectum est. Erat locus demissior, et in quo

---

[1] Ferdinandus, imperator.
[2] Joannes Agricola (Peurle). BAUNSBERGER, *B. Petri Canisii Epist.*, II, 903.

pueri non satis bene posse habere hyberno tempore uiderentur. Refectum est igitur, ac sublatum pauimentum, quod ex tabulis, ut huius regionis frigidae natura poscit, constructum erat, iniicique tantum terrae ceptum quoad hypocaustum schola assurgat.

4. Jam studia theologica (laus Deo) rectius habent quam antea; excitantur enim paulatim studiosorum animi, cum diligentia professorum, tum honorum delatione. Matheum legit Couillonius; quartum sententiarum iam fere ad finem perduxit Pater Hermandus [1]. Audiunt ex nostris fratribus quinque theologicam lectionem; totidem ex quo hic sumus baccalaurii [a] theologiae creati sunt, e quibus unus est etiam Theodorus noster [2]: authoritatem ea res ei addet, et eius concionibus latinis, quas diebus dominicis habet, et professioni haebraicae nec non et graecae; lectionem enim publicam, ut audio, nunc uacantem princeps Ill.mus [3] illi iniungit.

5. Ad principem uenio, cui, Dei gratia, ita hactenus a Societate Iesu satisfactum est, ut non modo collegium hoc nostrum cupiat esse florentissimum, et rebus omnibus necesariis instructissimum, sed etiam in aliis omnibus prouinciae suae ciuitatibus precipuis iam primum uelit instituta nobis collegia esse, et presertim Monachii, quae est inter alias praecipua [b], primo quoque tempore nostros adesse cupit. Orandus sane ardentissime Dominus ut negocium hoc, ad gloriam nominis sui sancti promoueat, quandoquidem dubium nullum est quin ibi, quam hic est, messis longe proueniret copiosior, tum ob principis aulam, tum maxime ob iuuentutem, quae ibi plurima [c] est, et non habet quales deberet institutores.

[a] baccalarii *ms.* —[b] precipia *ms.* —[c] plura ima *ms.*

[1] Hermannus Thyraeus. *Lainii Monum.*, II, 39.

[2] Theodorus Peltanus, epistolae auctor. BRAUNSBERGER, loc. cit., 382 sqq

[3] Albertus V, Bavariae dux.

6. Dici non potest, R.[de] Pater, quam desiderent rustici antiquam religionem in pagis uicinis. His diebus M.[ro] Hermando et Iodoco [1], qui nunc factus est subdiaconus, ut possit sine aliorum detractione concionari, cum non sit moris hic concionari laicos, loquutus est in itinere quidam deplorans miseriam sui pagi, qui est uicinus, sed sub alio duce, scilicet Othone [2], in quo aiebat bis concionatum quendam concionatorem lutheranum, qui nihil aliud haberet quod concionari posset, quam conuitia in pontificem et sacerdotes, interim cessantibus et sublatis missis ac solemnitatibus sanctorum. Inter caetera, inquit se timore coactum semel communicasse sub utraque; at non facturum se amplius pollicitus est, et potius se mori uelle dixit.

7. Praeterea alii rustici welsierkiani, ita enim uocatur pagus, ad quem Iodocus concionaturus accedit, magna deuotione se et sua illi obtulerunt, conquerentes quod nunquam sub domos eorum nostri ingredi dignentur. De his uere dici potest: paruuli petierunt panem, et non est qui porrigat eis [3].

8. Conciones latine et germanicae, tam extra urbem quam intra, non omittuntur, et Deo gratia, non desunt auditores, quique, ut apparet, magis iam permouentur. Agimus cum illis in concionibus mitius, ita enim sunt germanorum ingenia: duci uolunt, non trahi. Qui concionantur latine tres sunt: Theodorus, Hermannus et Couillonius [4]. Qui germanice, Dionisius [5] intra urbem, et Iodocus extra eam: legit praeterea in collegio nouo [6] stipendiatis ducis P. Dionisius, quae res etiam nobis illud collegium conciliat.

9. Disputationes in theologia uel singulis mensibus, uel singulo quoque bimestri a nostris instituuntur, ad quas sem-

---

[1] Jodocus Carcaeneus. BRAUNSBERGER, loc. cit., 391.

[2] Videtur innui Otto Henricus, elector palatinus. BRAUNSBERGER, ibid., 184.

[3] Cf. JEREM., *Thren.*, IV, 4.

[4] Peltanus et Thyraeus, et P. Joannes Couvillonius.

[5] Dionysius Feyrabend. BRAUNSBERGER, ibid., 392.

[6] Seminarium georgianum. ID., ibid., 5, 902.

per magna multitudo confluere consueuit. Disputationes quoque haebdomadariae et priuatae in eadem facultate fieri solent, nisi propter impedimenta uel uacationes intermittantur.

10. Preteritis his diebus doctor Hondius [1], unus e precipuis, qui principi sunt a consiliis, nos inuisit, promisitque modis omnibus admoliturum ut redditus collegio nostro iampridem promissi, certo aliquo in loco consignarentur; idque iam, ut audio, confectum est: et ne non relinqueret beneuolentiam erga nos suam contestatum, et quod uideret incidentes quotidie necessitates id quodammodo postulare, redditibus nostris annuis centum aureorum auctarium adiecit. Porro, quia hactenus horti commoditate caruimus, pollicitus idem est non cessaturum dum et hortum habeamus.

11. Ante dies aliquot nobiscum pransi sunt nepotuli cardinalis augustani [2], adolescentuli sane optimae spei, et erga religionem christianam iam nunc optime [a] affecti. Cardinalis etiam animum et affectum plane paternum erga hoc collegium declarat.

12. Obiit his diebus R.dus in X.o Pr. episcopus suffraganeus patauiensis [3]. Is quos habuit libros uniuersitati ingolstadianae legauit; et quia locus uix commodus occurrebat, ubi collocarentur, omnes pene theologici, opera et beneuolentia D. camerarii, ad nostras manus peruenerunt. Atque ita iam structissimam, quantum ad theologiam attinet, bibliotecam habemus.

13. Omnes fratres in humilitate, modestia et mortificatione proficiunt, diligentes omnes in officiis sibi commissis. Sanos efficit (laus Deo) aëris bona temperies.

Valeat tua R.da Pat.tas, cuius nos orationibus ac sacrifi-

---

[a] optimae *ms.*

---

[1] Wiguleus Hunt. Apud. BRAUNSBERGER, loc. cit. passim.
[2] Otto Truchsess. De ejus nepotibus. Id., loc. cit., 116.
[3] Henricus Kurz. Id., loc. cit., 903.

ciis impense comendamus. Ingolstadii 8 idus Octobris 1557.

R. P. T. ex commissione R.di Pris. rectoris [1], indignus in X.° seruus,

THEODORUS PELTANUS [2].

105

P. ELEUTHERIUS PONTANUS

MONTE REGALI 10 OCTOBRIS 1557 [3].

1. *Confitentium numerus, maximorum imbrium occasione, valde auctus est.*—2. *Auxilium carcere inclusis allatum.*—3. *Alumni, ob inopiam libris carentes, magis pietate quam litteris proficiunt.* 4. *Cives erga Societatem bene affecti.*

1. Jesus † Maria. 10 Octob. 1557. Pax Christi. Molto R. in X.° Padre. Questo mese per gratia di Dio tutti ci siamo ben ritrouati in utroque homine, et nelli soliti essercitii della Compagnia, administratione delli sacramenti, prediche, lettioni, opere pie occupati secondo la nostra mediocrità, con aiuto alcuno delli prossimi. Molti di continuo uengono alla confessione et communione, sì che bastano per occupare li doi sacerdoti che qua sonno; et uanno multiplicandosi et quasi ogni giorno uengono pesci nuoui al rete del Signore; però li giorni passati assai più del solito è stato grande il concorso delli penitenti, perchè il Signore hauea turbato l'acque delli popoli col flagello della sua uisitatione, ut de ciuibus nostris non incongrue dici possit dauidicum illud: Cum occideret eos, quaerebant eum, et reuertebantur et diluculo ueniebant ad eum [4]. Essendo che il giorno di S. Cosma et Damiano, id est alli 27 di Settembre, tanto pioue che le acque, le quale cadeuano dalle montaigne, impirono ben cento case o più et guastorono quanto in esse si ritrouaua, frumento, letti, vino, vestimenti etc.;

---

[1] P. Thomas Lentulus. *Laiuii Monum.*, II, 178.
[2] De epistolae auctore vide BRAUNSBERGER, loc. cit., 382-383.
[3] Ex autographo in codice *Ital. 109*, ff. 458-459; prius 277.
[4] Ps. LXXVII, 34.

ma per gratia di Dio nissuno fu annegato, perchè di giorno fu questo diluuio appresso della notte. Et tanto era l'arena che con seco dalle montaigne tirauano a basso che le strade ne restorno piene insino al tetto delle case; sì che le porte delle case ne furono coperte et le stesse case impiute. Alcune case di notte caderono, et la gente ch'in esse staua, fu dalla uehementia dell'acque un gran pezzo lontano dalle loro case portata, senza morte però di nissuno.

Per molti giorni auanti sempre pioue, et doi o trei giorni doppoi manco si fermorono l'acque, et insieme si sentiuano truoni spauentosi et saette terribile, ita ut metuerent omnes ne diluuio nouo absorberemur. La madre chiesa era piena d'acqua che s'haueria potuto in essa natare. Per questa cagione hanno abundato le confessioni. Sia il tutto a gloria di Dio et nostra emendatione.

2. Si a hauuto cura delli incarcerati per mezzo d'elemosine ricercate: et di molte altre persone bisognose, ita ut benedicerent Dominum qui animas esurientes satiat bonis [1].

3. Li scholari benchè non faccino quel profitto nelle lettere che uorressimo, per non continoare le lettioni et non hauer libri (sunt enim pauperes, quibus neque ad panem quotidianum coëmendum suppetunt nummi), nondimeno nelli costumi et [uita] [a] christiana s'aiutano assai.

4. La gente, gratia di Dio, è ben affettionata alla nostra Compagnia et ua crescendo la bona reputatione ch'hanno di quella: sì che li stessi religiosi di santo Benedetto, li quali per le constitutioni che fece V. R. non secondo li loro disegni [2] s'erano molto alterati contra della Compagnia,

---

[a] *Abscissa charta.*

---

[1] Luc., I, 53.

[2] P. Lainez, anno 1549-1550 ab Alexandro Farnesio, cardinali, visitator archiepiscopatus Montis Regalis institutus, litem composuerat inter monachos O. S. B. et ecclesiae metropolitanae canonicos, qui eodem templo utebantur. Cf. *Lainii Monum.,* I, 108, 113, 115, 131-132, 138, etc.

adesso si sonno fatto amici, beneuoli, sì che ogni giorno di quelli alcuni preghino nelli loro sacrificii Iddio per essa. [*Preces rogat.*]

Di Monreale, ut supra.

Di V. R. P. figliuolo in X.°,

Eleuterio Pontano [1].

Inscriptio: Al molto R. in Chro. P., il P. don Jacomo Laynez, generale [*sic*] della Compagnia di Jesù a Roma.

106

P. PETRUS SPIGA

CALARI 13 OCTOBRIS 1557 [2].

1. *Quid in navigatione acciderit; de propriis miseriis lamentatur.*— 2. *De Fontana, Societatis amico.*—3. *Quam necesse sit alios Societatis operarios in Sardiniam mitti, quos eleemosynis a se quaesitis sustentare, paratum se esse dicit.*—4. *De Michaële quodam de Si, valentino.*

1. † Jhs. Pax Chri., etc. Muy R. P. mío en Jhu. X.° El Espíritu Santo sea siempre en nuestro fauor. Son ya quatro meses y algunos días más que llegué aquí, de donde ya tengo escrito a V. R. algunas vezes, por las quales mis cartes sabe que mandado por la santa obediencia me enbarqué en Lliorna. Fuymos muy trabajados en la mar no pudiendo caminar. Estando junto a Bonifacio y muy cerca de la armada francesa confessáronse comigo todos, y dende a pocos días desembarcamos en Posada los passajeros. Dempués fué aquí la nao salua. En la nauigatión y dempués por tierra viniendo aquí, y aquí parado, siempre, como deuemos, yo vilíssimo guzano he procurado la salud del próximo tratando y conuersando con diuersos; y a otros que no están en mi presentia, siruo con cartas; pero en todo esso y si más dixiere o hay, muy vergonzoso siempre estoy de mí

---

[1] Collegii rector.

[2] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* ff. 177-178; prius 148-149.

mezmo por satishazer tan mal a mi vocatión, desseando y proponiendo cada día de ser mejor, y me hallo siempre pegado al suelo, de lo que tengo continuamente muy grande enojo. Me conosco muy colérico, soberuio, impatiente, allega ignorantia, imprudensia, y plega a N. S. Jesú X.º que no también malitia.

2. Nuestro amigo Fontana [1] desembarcó en Posada, y de allá se fué a su tierra, Sasser. Aquí avn no ha venido; es ético, según dizen, y lo creo; ha estado tan malo, que los phísigos le dieron solos 4 días de vida. Dempués hoý que ya era muerto. Pero como esto vltimo no se declaró mucho ni muy de cierto, confío en Dios que no será. Si a esse pudiéramos tener aquí en Cáller sano algún tiempo, tratáramos de la venida de nuestra santa Compañía aquí, lo que es summamente necessario; lo que como es obra de N. S., a Él lo encomendemos, qui disponit omnia suauiter [2].

3. Yo me afflijo de no poder dar recado a todas partes, porque si estoy para predicar, no veo quien oyga confessiones; si me tomo vn rato para estudiar, estoy desconsolado no viendo aquí a nuestros hermanos tratando los negocios del hospedal, de los encarcerados, visitando algunos enfermos de la tierra, y deudos de los que mueren, y procurando todas las demás obras pías, según se occupa la Compañía, ques largo de contar; o a lo menos fuesse yo digno de hazer algo bien. Solas dos vezes he predicado, y paresce que muchos se consolaron. Las confessiones avn no he empessado de oýr; es necessario para vna cosa tan nueua como esta para aquí, aguardar muy buena sazón, y con ella cogerle al próximo de suerte que se haga fruto et fructus noster maneat [3]. Amén. Dos vezes me he pensado morir después que soy aquí. La flaquesa de mi cuerpo es

[1] Alexius Fontana, Societatis amicus, de quo saepe in POLANCI *Chron.* Obiit non multo post, magnamque bonorum partem sassaritano collegio aedificando reliquit. Cf. *Lainii Monum.*, IV, 309.

[2] SAP., VIII, 1.

[3] JOAN., XV, 16.

mucha; plega a la summa y eterna sapientia engordarme mi alma más de cada día. Amén. Esta gente nada es cuydadosa de la salud de su alma; su mayor y mejor exercitio está en las dansas y en la escuela de dansar. A algunos paresce que al maestro de las dansas no se le deue dar la absolución, si pretende perseuerar en el officio. Si a la santa obediencia plaze enbiarme algunos de la Compañía, plaziendo a N. S., yo solo yría de buena gana con vn sacco o alforjas a pedir por Dios para todos con visto [?] [a] de la santa obediencia.

4. Aquí ha llegado vn mancebo, Miguel de Si, que estudió en Valencia algún tiempo, del qual me habló en Boloña M. Tarquinio nuestro, romano [1]; yo le tengo por buen mosso; solo dos vezes le fuy a ver. Del successo habrá V. R. auiso D. V. Es hijo de vn hombre muy honrrado, boticario. A las oraciones del P. Ribadeneira, etc., m'encomiendo. Nuestro Señor sea con todos. De Cáller a 13 de Octubre 1557.

Seruus tuus in X.º,

P. Spiga [2].

Inscriptio. † Al muy Rdo. en X.º P.e, el P.e M.ro Juan de Polanco de la Compañía de Jesú. En Roma.

---

[a] v.º *ms.*

---

[1] Tarquinius Raynaldi.

[2] Vide Polancum, *Chron.*, II, 289; III, 277; VI, 428.

107

P. JOANNES DE LEON

CONCHA 1 NOVEMBRIS 1557 [1].

1. *Litterarum commercium bello impediri.*—2. *De numero sociorum, de PP. Tablares et Santander, de aucta Societatis aestimatione.* 3. *De Societatis fautoribus.*—4. *De cursu artium et de fructu in litteris et in virtute.*—5. *De jubilaeo.*—6. *Salutationes.*—7. *Petri de Falces vita functi laudes.*

1. ✠ Ihs. Muy R.do Padre nuestro. Pax Chri. Aunque conozco aver auido alguna falta en no escreuir tan a menudo a V. P. de las cosas de este collegio, en parte lo ha causado la poca esperança que teníamos de auer de llegar las cartas, con estas guerras y trabajos, no cesando con todo eso de hazer perpetua oración y sacrificios por el buen suceso de la paz, la qual ay nueua por acá que ha dado Nro. S.or entre su santidad y su magestad; a quien plega de augmentarla dándola tanbién entre los christianos príncipes.

2. Por la quadrimestre pasada [2] daua qüenta, como lo manda la obediencia, de las cosas deste collegio; las quales después acá siempre han ydo en más augmento. Estamos en esta casa 15 ó 16, entre los quales el P.e Tablares, que V. P. bien conoce; que es ydo agora vn poco de camino a instancia del S.or don Juan de Torres, señor de Retortillo, que a muchos tiempos pide al P.e Francisco [3] le embíe allá para comunicar cosas de su conciencia, y dar los exercicios a toda aquella casa, que es vna gente principal, y deuota mucho de la Compañía. Sin él estamos quatro o cinco Padres de missa; entre los quales el P.e Santander se exercita en predicar domingos y fiestas en esta ciudad, donde es muy seguido y pedido de la ygle

[1] Ex originali in codice *Hisp. 96,* 2 ff., nn. 16, 17; prius 318.
[2] Vide supra, pag. 116 sqq.
[3] Stus. Franciscus Borgia.

sia mayor y de todas las parrochias. Tiene mucha accepción, y es seguido; porque a la verdad tiene talento y muchas fuerças para sin cansarse mucho, praedicar domingos y fiestas. Los demás Padres se exercitan en confessar; y viene de ordinario tanta gente que no podemos valernos. Parece que de poco acá es aquí muy conocida y querida la Compañía, que hasta agora casi no era conocida, por estar pocos, y en casa muy pobre; y así aora somos llamados para muchas obras de charidad en que se muestra la misericordia del Señor para con la Compañía.

3. Estos días el S.or don Pero Gonçález, chantre desta iglesia, cuya deuoción con la Compañía es mucha, juntamente con el canónigo Pozo [1] y Heruias [2] nos han ayudado a labrar vn pedaço de casa, para que pudiese aquí aber más cómmoda habitación, porque hasta agora avía alguna estrechura en casa. Y no sólo esto, mas de ordinario el S.or don P.o Gonçález nos prouee la mayor parte de nuestras necesidades, y ha muchos tiempos que dessea y praetende que su S.t traspase a la Compañía vn préstamo de más de 800 ducados que ogaño ha valido más de myll y quinientos, como el P.e Nadal sabe, y nunca ha podido alcançarlo, aunque ha embiado para ello persona propria a Roma. Esta casa hasta agora no tiene ninguna renta situad[a] [a], mas por la bondad del Señor no falta para 15 que aquí de ordinario estamos, la necesaria sustentación.

4. Ya escrebí la otra vez cómo su R.a del P.e Francisco quiso que se leyese en esta ciudad vn curso de artes a instancia de algunas personas principales; el qual ha sucedido muy bien, como suelen todas las cosas que su R.a intenta. El año pasado se leyeron súmmulas y lógica con mucho cuydado y studio, porque nunca dexó de auer dos lectio-

[a] *Abscissa charta.*

[1] Petrus del Pozo. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 599, 603, 604.

[2] Canonicus Joannes Hervias (Ervias). ANTONIO, *Historia ms. de la Provincia de Toledo*, cap. 31.

nes y dos reparaciones, y así antes sobró tiempo, y se leyó harto cumplidamente, más que en las vniuersidades de Salamanca y Alcalá suelen; y ogaño se lee phísica y se acabará con el diuino fauor todo lo natural, y con esto el curso. Y creo saldrán de aquí algunos buenos estudiantes. Tiénense grandes exercicios de conclusiones y passar lectiones, de manera que espero en nuestro Señor, que aunque en poco tiempo se aya leýdo, saldrán tan bien con él, como en muchas partes en más tiempo. Ay de casa siete o ocho estudiantes, y de fuera nueve o diez, aunque hasta aora auía muchos más, pero hanse ydo a Alcalá, por poderse graduar de bachilleres, de lo qual aquí no tenían sperança. Házese fructo en los studiantes de fuera, no solo con enseñarles, sino con ayudarles a sus ánimas en quanto se puede; y así algunos se confiesan a menudo y son muy recogidos. De las cosas deste collegio, estas son las que ordinariamente se pueden escrevir de edificaçión; porque de las cosas menudas y particulares de confessiones, por no cansar a V. P. se dexan, solamente diziendo que por medio dellas se haze mucho prouecho, y ay mucha gente que viene a nuestra casa.

5. Oy se gana vn jubileo, del qual nos ha cabido tanta parte, que estos días nos ha harto embaraçado y cansado en confessiones. De todo sean dadas infinitas gracias al Señor de cuya mano viene.

6. A mi P.e Nadal, si está aý, me encomiendo mucho; y el Sor. doctor Vergara embía muchas encomiendas a su R.a y al Padre doctor Manuel [1] con todos los demás Padres y hermanos dese collegio.

7. El hermano Falces [2], después de seys años que estaua en la Compañía, los cinco con perpetuas enfermedades de tísico y éthico, se a venido a acabar. Y así le lleuó nuestro Señor día de S.t Symón y Judas; y aunque no es

---

[1] Videtur indicari P. Emmanuel de Saa Romae degens.

[2] Petrus Falces. ALCAZAR, *Chrono-historia,* I, 204.

esto cosa nueua en la Compañía, lo escriuo porque la consolación que nos dexó, fué muy grande. Ha estado en la cama desde pascua de resurectión en este collegio, y con suma obediencia y paciencia, que admiraua a todos; y finalmente hauiendo recebido los s.[tos] sacramentos, y el día antes la eucharistía, falleció sin sentirse, con gran suauidad, quedando solamente con los huessos y el pellejo, por la gran flaqueza a que auía venido. Hallamos [a] entre sus papeles vn quadernito muy cerrado que dezía encima: ninguno lo lea sin licencia del superior. Y dentro ponía los beneficios que nuestro Señor le auía hecho, entre los quales auía cosas tan señaladas que nos ha puesto deuoción; y a lo que podemos de allí entre otras mill cosas collegir, murió virgen, con aver 29 años. Otras cosas tenía de gran admiración y confusión nuestra. Por tòdo lo qual se den infinitas gracias al author de todo bien.

De Cuenca, día de todos S.[tos], 1.º de Nobienbre 1557.

D. V. P. obediente hijo y sieruo en Chro.,

† Juan de León [1].

---

[a] Hamos *ms*.

---

[1] Antonio, loc. cit. dicit P. Joannem de Leon successisse in munere rectoris collegii conchensis P. Alphonso Lopez, qui, ut habetur apud Polancum, loc. cit., 672, sub autumnum anni 1556 translatus est ex collegio conchensi in cordubense. Alcazar, loc. cit. (ad finem vol.), in catalogo praepositorum, rectorum, etc. facit P. Joannem de Leon rectorem collegii conchensis ab anno 1557 ad annum 1560. Nos catalogum hujus collegii anni 1557 nullum vidimus; in folio vero cui titulus est «Memoria de los P.[es] y hrnos. deste collegio de la Comp.[ia] de Jesús de Cuenca, fecha 10 días del mes de Febrero de 1558» (in cod. *Tolet. 12. a*, fol. 157; prius 165), ponitur primo loco P. Tablares sine ullo munere; secundo autem loco P. Leon salmanticensis, aetatis viginti quinque annorum, Societatis quatuor cum dimidio, ministri munere fungens. Hic P. Leon idem est qui Joannes de Leon, citatus apud Polancum, loc. cit., IV, 374, ut ex patria, aetate, tempore quod in Societate egit, constat. Illum fuisse per aliquod tempus rectorem collegii conchensis constat ex catalogo collegii segobiensis anni 1565 (in cod. *Cast. 13*, fol. 147; alias 304) ubi de hoc Patre inter alia dicitur: ... «ha hecho oficio de ministro en Valladolid, Salamanca, Segobia, y de rector en Cuenca».

Inscriptio. Ihs. Al muy R.do P.e nro. en Chro., el P.e M.o Laínez, vicario general de la Compañía de Jesús, en S.ta María de la Estrada. A S.t Marco. En Roma.

Pro toto.

Alia manu... R.ta 14 de Henero 1558.

108

CAROLUS SAGERIUS

PARISIIS 6 NOVEMBRIS 1557 [1].

1. *In proximorum salutem P. Nicolaus Bellefille alacriter incumbit.*—2. *Reliqui litteris virtutique colendae dant operam.*—3. *De spe futuri collegii.*

1. Jesus. Gratia, misericordia et pax nobis a Deo Patre et Xpo. Jesu, domino nostro. Amen. [*Multis amplificat, non referre quantum, sed quanto ex animo faciamus.*]

Atque vt ad rem veniam, et que reuolutis non ita pridem quatuor mensibus a nobis gesta fuerint, in pauca conferam, Pater noster [2] ad charitatem, confessionem ac frequentem dominici corporis receptionem multós certe inflammat. Idemque visitandis, eadem opera consolandis egrotantibus magno studio vigilat, vel etiam saepius pernoctat, nusquam consuetum dominicis ac festis diebus in audiendis confessionibus administrandique officio apud D. Germani aedes, morem intermittens; caeteris vero diebus in aedibus D. Cosmae ac D. Geruasii eadem munera exercens; quae omnia cum Dei honore, tum proximi magna vtilitate ab eo praestantur.

2. De nobis vero nihil tua dignum expectatione referre me posse prope video; qui tamen in studiis nostris simul cum morum informatione vtiliter, quoad possumus, versamur. Alii enim fratrum nostrorum in sacrarum literarum mysteria et secreta foeliciter incumbunt, alii philosophiae

---

[1] Ex autographo in codice *Gal. 79,* ff. 7-8; prius 25.

[2] P. Nicolaus Bellefille, qui solus sacerdos in parisiensi collegio remanserat post P. Paschasii Broët discessum. Vide superius, pag. 265 sqq.

aristotelicae excolendae sese exhibuerunt, reliqui Ciceronem dicendo imitandum sibi proposuerunt. Quorum omnium vberior fructus percipietur, si ex hac domestica vmbratilique exercitatione in propatulum prodeamus. Preterea ita se quisque nostrum gerit, vt omnes ad obedientiam paratissimos se significent.

3. Sed copiosior ex nobis in proximum fructus, cum erimus collegium consequuti, auspicante Christo, existet: quod effici posse non aliter putamus, quam si tu pro tua in filios in Xpo. tuos charitate ad Deum preces fundas, quod humanissime etiam atque etiam a te exoramus. Cuius rei mentionem quidem facere coëgit me nostri summa, quam apud se clari in vrbe nostra viri concitarunt, expectatio; qui vim magnam auri et argenti, si nacti opportunitatem essent, in extruendo nobis collegio rependere minime differrent. Interea vero dum sensim tempus fluit, ex iis qui in ea spe erant, nonnulli sua decepti opinione in coelos migrarunt. At vtinam reliquorum in posterum bene quidem in nos affectorum non desimus, ne tacite quidem, eorum expectationi, quam si expleuerimus, incredibilem in omnem posteritatem incomparabilemque fructum percepturam imprimis iuuentutem, atque adeo genus omne hominum speramus.

Bene sit tibi, P. R., ceterisque Patribus quorum precibus associari omnes desideramus, tibi illisque plurimum a Deo salutis optantes. Lutetie Parisiorum sexto die Nouembris.

T. P. R. indignissimus filius,

Carolus Sagerius [1].

Inscriptio. Rdo. in Xpo. Pri. Dno. Jacobo Laynez, vicario generali Societatis nominis Jesu, in aede Beatae Mariae della Strada. Romae.

Alia manu. S. A. 1557.

---

[1] Vide Fouqueray, *Histoire de la Compagnie de Jésus en France*, I, 521, 522, 527, 553; II, 273 sqq.

109

P. ALPHONSUS ROMAN

CAESARAUGUSTA 7 NOVEMBRIS 1557 [1].

1. *De nostrorum valetudine ac de P. Mauritii morte.*—2. *De sociorum numero et ministeriis, nominatim de Patris Estrada provincialis concionibus.*—3. *De templi aedificio.*—4. *De pecunia accepta ad solvendum pro domo.*

1. † Ihs. Muy Rdo. Padre nro. en Xpo. Gratia et pax Christi Jesu sit semper nobiscum. Amen. Lo que se offreçe que screuir a V. P. deste collegio, es que por la diuina bondad nos da el Señor a todos corporal salud; plega a Él posseamos con ella la spiritual. Hanos dado nro. Señor munchas enfermedades el verano, y lleuónos al P.e Mauriçio [2], de vna dichosa muerte para darle el pago de sus munchos y bien fructuosos [a] trabajos, que ha quasi siempre tenido en ser muy continuo en confessar y ayudar a bien morir, en que muncho obraua el Señor por él. Sea Él alabado por siempre, y seruido de tenerle con sus sanctos. Amén.

2. Proçédese en casa bien, por la misericordia del Señor, en la obediençia y obseruançia de reglas y otras virtudes y edificaçión, etc. Está aquí el Padre prouinçial M.º Estrada, y somos con él otros tres saçerdotes y tres hermanos. El Padre ha dexado de predicar ordinario, algún tiempo; y hagora ha començado. Confío en el Señor,

[a] fuctuosos *ms.*

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 95*, ff. 197, 199; prius 238.

[2] P. Mauritius Viñes (seu Viñas) de quo in catalogo defunctorum collegii caesaraugustani, anno 1564, ut videtur, scripto, dicitur: «El P.e Mauricio Vinies, natural del reyno de Cataluña. Hauiendo estado algunos años en la Compañía, vino a este collegio del de Alcalá de Castilla; y hauiendo estado en este collegio dando mucha edificación y exercitándose mucho en confessar por spacio de seis o ocho meses, le llevó el Señor a su gloria en el mes de Agosto o Septiembre de 1557 años. Tuuo mucha paciencia con trauajosa enfermedad, y murió muy conforme a la diuina voluntad.» In codice *Aragon. 15*, fol. 83; prius 40.

si prosigue, será muncho el fructo, porque es aquí muy acepto, y la gente está bien dispuesta, porque, a gloria del Señor, en nuestras cosas hay gran quietud en lo commún, ya que queden algunos particulares duros; pero el Señor los ablandará, siendo seruido, como a otros munchos ha hecho. Attendemos los tres a munchas y muy freqüentes confessiones y communiones en nuestra capilla, y vemos que creçe siempre el número. En fiestas prinçipales es para alabar al Señor los munchos que confiessan y commulgan en nuestra capilla, y entrellos viene muncha gente prinçipal. Llámannos muchos a confessar enfermos, y ayudar a bien morir; y siempre se procura acudir con diligençia. Véese en esto la gran mudança de los ánimos, porque después de la proçella passada se passó harto tiempo que no fuymos llamados para este ministerio [1]. Attiéndese esso mismo a la visita del ospital tres días en la semana, y en la cárçel se haze una plática a los presos cada ocho días, donde se confiessan algunos que lo piden; y la doctrina christiana se enseña, como se suele, domingos y fiestas post prandium. Attiéndese tanbién a otras diuersas cosas que la charidad offreçe, y la neçessidad de los próximos suele pedir. Confiamos en el Señor se sirue en todo. Él nos haga sus fieles ministros.

3. Tenemos aquí vna pequeña capilla en que exerçitamos nuestros ministerios, y tenemos neçessidad particular de vna yglesia capaz, para que la gente se affiçione más en vniuersal en las cosas de la Compañía, y entiendan sus ministerios, y se approuechen dellos, y salgan algunos de las miserias que en tiempos passados conçibieron; y por otros buenos respectos; y hanos offreçido nuestro Señor vn patio, que era sinagoga antes, junto a nuestra casa, pared en medio; y viendo la grande comodidad, nos lo ha compra-

[1] De procella qua caesaraugustanum collegium jactatum fuit, multa exstant in *Litt. Quadrim.*, IV, 282 sqq.; 460 sqq.; Polanci *Chron.*, V, 391 sqq.; VI, 531 sqq.

do vn deuoto nuestro [1], y hemos edificado una yglesia muy cómmoda y capaz, y en lugar quieto. Están muy consolados nuestros deuotos; y creo que munchos de los contrarios (que pensauan aún que no hauíamos de permanesçer) pierden el ánimo, y ansí lo han mostrado algunos. No se acaba del todo el edifiçio, porque no conuiene hasta que el Señor apazigüe los rastros que quedaron de los enbaraços passados, de que en otra se dará a V. P. relaçión [2].

4. Haurá tres o quatro días nos ha dado la çiudad mill libras, que nos hauían mandado, y en el tiempo de los albórotos passados, contrarios nuestros induzieron [a] nos fuessen quitadas, y se hizo cierta reuocaçión, aunque inuálida, por no hauer consentimiento de todos los que deuían tener boz en ello. Son estas 1 U libras para pagar la casa que habitamos, que aun no está pagada. Pareçe en esto y en el feruor que muchos muestran en nuestras cosas, y en el número de deuotos que de cada día el Señor augmenta, que quiere ya su Magestad hazer el edificio sobre el fundamento de cruz que su prouidençia puso. Plega a Él buelua los ojos de su misericordia sobre todos. [*Preces postulat.*]

De Çaragoça 7 de Nouiembre de 1557.

De V. P. indigno hijo y sieruo en el Señor,

†
ROMÁN [3].

Inscriptio. † Jhs. Al muy Rdo. P.e nro. en Chro., el P.e M.o Laýnez, vicario general de la Compañía de [Jesús, en] Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu... R.ta 13 de Gennaro 1558.

---

[a] *Obscure exaratum.*

---

[1] Fuit is Jacobus Morlanes, ut asserit P. Alvarez in *Histor. ms. Provinciae Arag. Soc. Jesu,* tom. I, cap. 71; ubi etiam ampliorem hujus synagogae descriptionem affert.

[2] Videtur alludi ad epistolium quod huic epistolae insertum invenitur in eodem codice.

[3] P. Alphonsus Roman, collegii rector, cujus examen (notas) vide in *Epist. P. Nadal,* II, 583.

110

P. JOANNES RETHIUS

COLONIA 19 NOVEMBRIS 1557 [1].

1. *Singulorum sociorum labores exponuntur.*—2. *Eorum laborum fructus.*—3-5. *De convictoribus, eorumque numero et qualitate, exercitationibus, miro studio virtutis.*—6. *De duplici collegio Coloniae statuendo.*—7-8. *Coloniensium omnium et praesertim senatus benevolentiae signa.*—9. *Senatus decernit, haereticos Colonia pellendos.*—10. *Etiam in oppidis prope Coloniam Societas innotescit et defenditur.*—11. *Testimonium Bredenbachii de Canisii catechismo transcribitur; filios suos Bredenbachius Societati instituendos tradit.*—12. *Notat, haec facta esse primo collegii anno, additque de morte fr. Stephani Caroli.*- 13. *Petrus Canisius, e wormatiensi colloquio redux, quanta praestiterit.*—14. *De adventu fratrum quorumdam et de catalogo librorum explicandorum Romam mittendo.*

1. IHS. Pax Christi, etc. Vt ea quae pridem ni occupationes obstitissent, scripsisse oportuit, Rde. Pater, certo noto quodam ordine ac methodo perscribamus; exponemus breuiter primum Patrum ac fratrum studia et labores, deinde vtilitatem quae ex eis mense Octobri emanasse uidetur. R. igitur P. Leonardus [2] rursum in se domus curam suscepit, et corpori animoque necessaria diligenter nobis procurat. Hunc in istis M. Henricus Dionysius adiuuat, externorum confessiones audit, sacra in collegio docet, euangelium scilicet, epistolam ac regium catechismum [3]; et denique se ad lectiones publicas in schola theologorum prosequendas orandumque in quotlubeticis disputationibus diligenter parauit. At M. Franciscus Costerus etiam Patris Leonardi adiutor est, vt tyrones nostri in pietatis studio recte officium faciant; discipulos praeterea exteros pec-

[1] Ex autographo in codice *Germ. 185,* ff. 255-258; prius 156-162. Excerpta ex hac epistola extant in ff. 259-260; 261-262.

[2] P. Leonardus Kessel, collegii rector, Roma redux.

[3] Catechismus a P. Petro Canisio compositus et auctoritate Ferdinandi, romanorum regis, editus. Vide inferius in hac eadem epistola.

cata confitentes audit, atque Aristotelis dialecticam domi absoluit. Foris uero propemodum Magistrum Sententiarum et D. Ioannis apostoli epistolas. Verum reliqui praeceptores non etiam sine labore fuerunt. Nam M. Ioannes Bercelius, nobilis buschoducensis, in inferiori grammaticorum schola laborauit plurimum, adolescens ad multa aptus; et [a] M. Gregorius Fabius, dionantensis, superiori grammaticorum scholae praefuit.

2. His autem istorum laboribus, et inprimis Dei Opti. Max. gratia, permultum hoc mense Societatis promotum est negotium: quod ita paulatim, spero, incrementum capiet, donec perfectum fiat. Et quanto tardius ac difficilius perficitur, tanto post maius et firmius, credo, erit. Certe auditorum numerus non parum creuit et crescit in dies magis. Hactenus inferiores potissimum uenerunt germani, nunc et superiores gregatim uenire incipiunt, ex remotissimis etiam prouinciis, vt comitatu tyrolensi, episcopatu eistadiensi et herbipolensi. At diligentia discipulorum non minus quoque aucta est. Nam quinque nostrorum dialecticorum digni inuenti fuerunt qui a tota facultate artium baccalaureatu honorarentur. Inter quos tres nostri fuerunt fratres: Henricus Somalius, dionantensis, Petrus Hophtius, coloniensis, et Franciscus Emerulus, buschoducensis. Ex classe uero rhetorica 14 produximus dialecticos; et ex superiori classe grammatica 15 eduximus rhetores; et ex infima grammaticorum schola ad superiorem 20 ascenderunt; fratrum rhetores facti sunt duo, dialectici autem tres. Porro hic ascensus non est factus nisi diligenti admodum praemisso examine. Preceptores omnes ordine sedebant, discipuli 6, plures aut pauciores, stabant, et ad quaesita respondebant, post, accepto themate, pene ex tempore orationem aut epistolam scribebant. Denique pro meritis in suis classibus singuli publice ordine sunt collocati.

3. Haec de schola, nunc de conuictu. Dum Deus Pa-

---

[a] *Prius* sed.

trum ac fratrum aspirat laboribus, conuictorum multiplicatur numerus. In mensa nunc hic sumus 33, et plures expectamus. In his autem duobus, schola et conuictoribus, bonam messis nostrae partem sitam esse credimus. Nam in nullis Deus misericordius nobis adest, quam in istis; ob id fortassis quod nihil utilius et maiori cum aedificatione Coloniae a Societate praestari potest, quam ut iuuentus in schola et domi recte iuuetur, vt bona et docta fiat. Habemus profecto iuuentutem numerosam in scholis, bonam atque selectam. In conuictu uero non habemus nisi nobilium et optimatum filios. Quorundam parentes magnae autoritatis sunt apud uicinos principes: et quod mirum est, quidam ad nos missi sunt ab ipsis haereticis. Et tamen conuictores omnes natura boni sunt, tractabiles, morigeri et optime spei iuuenes. Quidam adolescens, haeretici filius, iuuenis quidem admodum aetate, sed statura me maior, licet breui tantum tempore apud nos fuerit, caligis tamen dissectis, quas secum attulit, amplius uti non uult, et rosarium secum fert (quod inter studiosos hactenus nimis inusitatum fuit) et nihil magis timet, quam quod ne per patrem a nobis auocetur.

4. Hos conuictores R. P. Leonardus et M. Franciscus Costerus non secus in pietate exercent quam nouitii nostri exerceri solent in Italiae collegiis. Dextre tamen id faciunt: ut non tanquam religiosos, sed tanquam bonos adolescentes et christianos tractare eos uideantur. Hocque agunt, vt existiment conuictores leniter admodum secum agi, quod poenitentia tantum more Societatis iis iniungitur; et non caeduntur uirgis, vt in scholis triuialibus fieri consueuit. Nunc ita poenitentiis istis assueti sunt, vt libenter eas agant. Imo coquus noster aliquando ingreditur et reprehendit eos acriter, vt frater noster Antonius Reonus [1],

---

[1] Ad fratrem Antonium Rion pluries allusio fit in nostris Monumentis. Cfr. e. g. Polancum, *Chron.*, II, 163; *Monum. Ignat.* ser. 4.^{a}, I, 205, 518, 633.

dum fratres nostri in parua mensa comedunt, facere consueuit.

5. Neque istis scandalizantur, qui eos ad nos adduxerunt, et iuuenes mortificantur, humiles fiunt, et in spiritu proficiunt plurimum. Coepimus iis etiam quasdam regulas praescribere. Vtinam ita conuictorum excresceret numerus, ut iis peculiare constitueretur collegium, in quo 100 aut 200 egregii uiuerent adolescentes sub Patrum nostrorum cura. Id quod intra annum medium omnino futurum confido. Et nostri soli habitabunt, non admixti, ut modo, conuictoribus. Tunc etiam senatus toti Societati collegium dabit, non uni personae tantum, ut hactenus. Verum hucusque in eadem cum conuictoribus domo necessario habitandum fui. Et non existimo ullum conuictorem fuisse cuius conuersatio fratribus nostris uel minima ex parte nocuerit; imo cuius non multum profuerit. Nam conuictores nostri non secus se habent, quam si tyrones Societatis essent. Qui plerumque feruidi esse consueuerunt, quo feruore excitant quoque caeteros. Nihil nobis molestiae aut oneris afferunt, sed multum uoluptatis, dum eos in litteris et pietate progredi conspicimus. Nos eos uenientes tamquam a Deo missos suscipimus, ipsique eos commendamus, ut faciat quod bonum est, et Patrum opera utatur tanquam instrumento. Id quod hactenus tam probe fecit, quod nullum malum conuictorem habuimus, et omnes Patres esse putant in statu gratiae. Haec multis forte incredibilia erunt. Nec mirum: nam et nobis incredibilia essent, nisi oculis propriis conspiceremus. Puto istud singulare esse Dei beneficium et quodammodo miraculum. Nostri non faciunt quod tam boni sunt; imo nisi Deus peculiari quodam modo in cordibus ipsorum operaretur, non uideo qui fieri possit vt mortificationes ferant.

6. Sed uult hoc Deus, credo, ostendere: in sancta hac ciuitate, quae non immerito metropolis totius Germaniae et medium dicitur, duo magna erigenda esse collegia ex quibus tota iuuetur Germania; quorum unum sit Societatis,

alterum uero conuictorum. Et haec duo fortassis primum in uno coniungenda erunt, vt modo conspicimus, post uero disiungenda. Id quod idem auguror, quod tot Deus dat fratres, quot conuictores. Numero enim propemodum pares sunt. Et ut nonnullis conuictoribus locum paramus, ita ex discipulis egregii adolescentes plures quam paratissimi essent ad Societatem uenire, si uel uno uerbo eos recipiendos ostenderemus. Quare libere D. Canisius [1] (de quo post plura) fatebatur se non uidisse Societatis collegium ubi magis fratres proficerent, et credebat ex hoc paulatim posse educi collegia in superiorem etiam Germaniam. Non autem, arbitror, hinc Societatis solum collegia educentur; sed et multi alii hinc prodibunt qui Germaniam in senatu, apud principes et in concione iuuent. Et dabimus operam ut haec duo collegia, quae nunc in hac bursa [2] coniuncta sunt, ubi primum fieri poterit, disiungantur. Id quod breui futurum arbitramur.

7. Colonienses namque in dies magis ac magis amorem suum erga nos manifeste ostendunt. In multis monasteriis nostrorum expetunt conciones, et M. Henricus in aliquot concionatus est. Plures etiam externi confitentur, quam solebant; et in festo omnium sanctorum laurentiani etiam atque montani [3] nostris confessi sunt. Vniuersitas quoque nos charos modo habet, et facultas artium quendam nostrorum decanum constituit [4], M. Franciscum et me in consiliarios assumpsit; examinatores praeterea creauit, nostros dialecticos ad examen admisit, examinauit, dignos baccalaureatu iudicauit, et primos omnium in actu publico laurea decorauit. Rector uero vniuersitatis totius [5] ita nos

---

[1] B. Petrus Canisius.

[2] Bursa in Germaniae universitatibus erat genus quoddam collegii seu convictus.

[3] Intellige alumnos collegiorum (bursarum) laurentiani et montani.

[4] Ipsum P. Joannem Rethium. Cf. HANSEN, *Rheinische Akten...*, 788.

[5] Philippus Mylander. Id., loc. cit., 300.

amat, ut nuper in actu publico suadens adolescentibus diligenter circunspiciendum quos sibi eligerent praeceptores, eos dixerit eligendos qui pietatem cum eruditione coniungunt, quales, addens, pridem huc uenisse scio, qui non minori cura hoc agunt, vt discipuli boni sint atque ut docti.

8. Ad haec senatus ipse maioris in dies nos facit. Illi etiam qui suspecti admodum sunt haereseos, tanto nos honore afficiunt, vt miremur plurimum. Imo senatus iam in iis quae ad uniuersitatem pertinent, nostro uti coepit consilio. Et licet id semel tantum factum sit, magnum quoddam tamen puto quod nobis tantum confidit. Denique omnes hic feruentiores fiunt; nam cum antea examinatores raro omnes et in tempore adessent, in postremo hoc examine semper omnes et a principio ad finem usque fere adfuerunt. Cum ante in imperfectis actibus, quando bacalaurei sine magistris promouebantur, pauci praeceptorum adesse consueuerint; hoc autumno affuerunt examinatores omnes. Quae mutatio in facultate theologica facta sit, alias scripsimus [1]. Magna etiam breui, spero, fiet in facultate artium.

9. A senatu his diebus quoddam factum est, multum quidem desideratum, sed minime expectatum. Senatus consultum de haereticis expellendis factum est. Duo senatores haereticorum inquisitores, uel potius expulsores constituti sunt. Hi cum inuentis non multum disputant, sed quamcumque opinionem habent, et quamuis optime eam defendere possint, si tamen nostri non sunt, id est, catholici, constituunt illis tempus intra quod ciuitate excedant, quod ni faciant, in uincula coniiciunt. Faxit Deus ut id foelicem sucessum habeat. Quod si fiat, Colonia semper manebit fidelis romanae Ecclesiae filia.

10. Praeterea uicinis populis paulatim magis innotescit Societas; in conuiuiis de ea loquuntur, unus laudat, alter uituperat. Cum quarumdam ciuitatum Hansae legati Colo-

---

[1] Vide superius, pag. 138, 184, 234-235.

niam uocati uenissent, et quidam in conuiuio in Societatem debaccharetur; coss. ciuitatis suollensis [1], quem ne de facie quidem nos nouimus, ita contra Societatem defendit, vt alterum obmutescere faceret.

11. Matthias Bredenbachius, rector scholae embricanae [2], catechismum P. Canisii libro aedito laudat his uerbis: «Plurimum momenti est in repurgandis scholis. Nam hae sunt ueluti fontes e quibus omnia uel bona uel mala promanant. Et quod ecclesiae passim aut nullos habent pastores, aut pro pastoribus lupos, hoc inde potissimum accidit, quod hac horum dissidiorum tempestate iuuentus in plerisque scholis pestiferis illis opinionibus initiata est et perdita. Vnaquaeque schola suum habet cathechismum, suam grammaticam, suam dialecticam. Serenissimus romanorum, Hungariae, Bohemiae, etc., rex, et Ecclesiae catholicae fortissimus propugnator, Ferdinandus, superioribus annis fecit publicari catechismum continentem summam doctrinae christianae. Vtinam ita inter illius serenissimam maiestatem et omnes sacri imperii principes illustrissimos conueniat, vt per totum imperium ille catechismus et nullus alius praelegatur iuuentuti; nisi quod in inferioribus illis et minutioribus scholis, necnon in inferioribus classibus maiorum scholarum uidetur utile fore, vt pauciora quaedam et breuiora huius doctrinae rudimenta, quorum illi puelli sint capaces, ex eodem illo catechismo extracta, illis praelegantur; prouectioribus autem catechismus totus. Nequaquam quod caeteros catechismos omnes damnem (sunt nonnulli inter eos etiam ualde pii et commodi), sed ut inter nos omnes doctrinae concordia sit: qua neque Deo quidquam gratius, neque nobis, qui docemus, honestius, neque pueris quos docemus vtilius, neque ad aedificationem Ecclesiae efficatius fuerit. Et excluderetur hac ratione occasio tenellis illis corruptae doctrinae uenena instil-

[1] Videtur indicari urbs Zwolle in hodierna Neerlandia.
[2] Emmerich.

landi; unde incredibile dictu est quantum malorum in Ecclesiam redundet.» Haec ille qui etiam duos suos filios, optimae spei adolescentes, nostros uoluit esse discipulos, et gaudet sibi oblatam occasionem plures ad nos ablegandi. Caeteri enim sui discipuli libenter ad illud se conferent collegium in quo proprii student filii. Huius uiri amicitiam magni facimus. Et non uideo cum quibus potius in Germania amicitiam contrahere debeamus, quam cum principibus, et in liberis ciuitatibus cum senatoribus (ab illis enim totus dependet populus), et cum ludimagistris, vt quia per scholas subueniri potest afflictae Germaniae, illi primum iuuentutem recte instituant, et post ad nos trasmittant.

12. Haec sunt. Rde. Pater, quae Deus Coloniae hoc mense operari dignatus est: quae parua et pauca sunt, si cum iis quae alibi fiunt conferantur; sed magna si consideretur quod Coloniae facta sunt, et primo collegii anno. Et nisi R. P. Leonardus tot iam annis in iaciendo collegii fundamento occupatus fuisset, timere inciperem ne subitum istud incrementum quid mali praesagiret; paruum scilicet coloniense futurum collegium, in cuius principio non magis laboraretur. Sed Deus, T. R. commotus precibus, nos, spero, adiuuabit, ut et fundamentum bene iaciatur, et firmum collegium extruatur. Finem nunc facerem nisi et mors fratris nostri Stephani Caroli, et aduentus R. P. Canisii ampliorem scribendi materiam praeberet. Ipsis idibus Octobris circa horam 10 ante prandium migrauit iste frater ad Dominum: qui dum uiueret singulari patientiae et obedientiae exemplum fuit, et bonorum desideriorum plenus. Nunc confido in caelo pro nobis, Colonia totaque Germania Deum orat.

13. R. autem P. Canisius 4 calendas Nouembris [a] ad nos expectatissimus uenit ex vormatiensi colloquio, et permultum nos sua praesentia adiuuit. Conciliauit etiam no-

---

a *In margine alia manu*: Canisii gesta Coloniae.

bis archiepiscopi vicarium ac cancellarium [1]. Effecit praeterea vt nostri ad concionandum sint uocandi in templo ad fructum proferendum accomodatissimo [2]. Concionatus est ipse in summo templo in festo omnium sanctorum non sine magno fructu. In concione fuerunt millia aliquot hominum, archiepiscopi nostri vicarius, officialis, sigillifer [3], senatores, doctores, primarii concionatores, bursarum lectores, et innumera studiosorum multitudo. Cum egrederetur, non secus populus properabat ad uidendum eum, quam si rex aut imperator quispiam fuisset. Concionatus etiam latine est in nostro collegio, ad quam concionem doctissimi uiri conuenerunt et selectissimi adolescentes. Miror quis omnibus indicauerit. Concionatus quoque est in aliis locis. Senatus denique eum uino honorauit, vt principis alicuius legatum. Plura de eo essent scribenda, sed quia in prioribus nimis prolixus fui, finem nunc faciam et me, Patres ac fratres omnes, totum collegium, uniuersam Coloniam, omnemque Germaniam commendo sanctissimis R. T. et Patrum ac fratrum orationibus, quo sic Coloniae laboremus vt uerum Societatis erigatur collegium ex quo tota iuuetur Germania, uel saltem Saxonia, et ciuitates maris baltici cum quibus coloniensibus mutua sunt commercia.

14. Aduenerunt diu multumque expectati fratres nostri M. Balduinus Angelus et M. Andreas Frisius. Vtinam cum iis uenisset M. Theodorus Canisius; sed et eum aliquando uenturum speramus [1]. Hi nunc docent: uerum de eorum lectionibus et studiis, vt et de tota instauratione studiorum multa scribemus in literis mensis Nouembris, ad quem mensem ea pertinent. Nunc tantum librorum catalogum

---

[1] Franciscus Burcardus. HANSEN, loc. cit., 292.

[2] Templum S.tae Ursulae. Id., ibid.

[3] Archiepiscopi coloniensis vicarius videtur fuisse tunc temporis Joannes Gebhardus, comes de Mansfelt; officialis vero Dr. Joannes Kempis; sigillifer, Dr. Ludgerius Heresbach. Id., loc. cit.

[4] Vide superius pag. 297, annot. 3.

mittimus, qui hoc anno in singulis classibus exponendi erunt. Oret T. R. vt Deus in his et omnibus nobis adesse uelit. Bene vale. Coloniae 13 calend. Decembris 1557.

Ex mandato R. P. Leonardi, indignus V. R. filius,

IOANNES RETHIUS [1].

Inscriptio. † Rdo. in Christo Patri Jacobo Laynezio, generali Societatis vicario. Romae.

Alia manu... Rtae. 23 Decembris.

111

P. JOANNES FRANCISCUS ARALDUS

NEAPOLI 20 NOVEMBRIS 1557 [2].

1. *Acceptas non esse res quasdam pietatem foventes, quas «giesù» vocabant.* — **2.** *M. Antonii Gaggiani vota.* — **3-4.** *Magnam esse alumnorum frequentiam, crescere civium studium erga Societatem et numerum eorum qui ad sacramenta accedunt; praesertim, vero mirabile sodalitatis cujusdam studium sanctitatis.* — **5.** *De templi aedificatione, et de fructu quem scholae artium et theologiae ferrent, si adessent.*

1. † Ihs. Pax Xi. Molto Rdo. Pre. V. R. scrisse che si mandauano li giesù, ma non sono uenuti altrimente. Di gratia se si può, mi facci gratia di mandarmeli, perchè saranno distribuiti a persone che ne cauaranno assai frutto et diuotione.

2. Alli 29 del presente farà l'anno che M. Antonio Gaggiano, napolitano, entrò nella Compagnia, doue per gratia del Signor ha molto profittato in spirito et lettere, et nel mese di Settembre fece i suoi uoti, quali si mandano con questa a V. R. Nostro Sr. lo conserui et aumenti sempre più nel suo santo seruitio.

3. Habbiamo gran concorso di scholari, et in questo si fa molto frutto in questo collegio. Similmente ogni dì più ua crescendo la diuotione di questa città uerso della Compa-

[1] Vide pag. 237, annot. 1.

[2] Ex autographo in codice *Ital. 110,* ff. 199-200; prius 340-344.

gnia, et il concorso delle confessioni et communioni è molto grande. Gran frutto si caua, Padre mio, di quella buona et santa compagnia instituita delli huomini in questa città et in questo collegio al tempo di quel benedetto et santo Padre nostro M. Ignatio [1], buona et santa memoria; et ui sono buonissimi soggetti et fanno molto frutto, essercitandosi oltre la comunione di otto giorni et più spesso alcuni, in molte et sante operationi. Et certo che N. Sr. di questa opera uuol fare qualche buona cosa. Faccia pur la Maestà sua quel che torni a gloria sua. Ui saranno di già da 50 huomini, id est, dottori, sacerdoti dotti et zelosi delle anime in gran maniera et molti altri de diuersi arti, scielti tutti et oro di questa città et gemme del Signore nostro per quella città di sopra. Siane laudato et benedetto sempre il Sr.

4. Haurei caro che sapendo bene questo a V. R., l'auisassi al Pre. Gio. Cola, rettor' del collegio di Perugia [2], che fu uno delli primi di questa compagnia quando si principiò; di questi tali (essendouene molti non maritati tra studenti et mercanti et nobili) molti entrano in religione, et ua tanto secreta l'opera et le cose che tra loro per seruitio et gloria di Dio fanno, che niuno sen'accorgi quasi niente. Et certo che di qua N. Sr. ha cauato molta diuotione et augmento in questo collegio, essendo tutti diuoti della Compagnia, che il medesmo fanno per Napoli che fariano li proprii nostri fratelli. Uederli è una marauiglia; tanto stanno modesti. Sentirli parlare delle cose di Dio et considerarli in tutte le cose loro fanno laudar' Iddio. Et che potrei dire delle case loro, che sono a simiglianza di quelle della primitiua chiesa! V. R. mi faccia gratia di celebrar' una mattina, quando le parerà, una messa per loro, acciò il Signor si degni conseruarli et augmentarli. Questi hanno cura de tutti li hospitali, de tutti i luoghi pii; de quelli che escano di reli-

[1] De hac congregatione cf. *Litt. Quadrim.*, II, 668; III, 154; Polancum, *Chron*, IV, 174.

[2] P. Joannes Nicolaus de Notariis.

gioni, a farli ritornare; de quelli che non ui sono, a farli entrare, a tirar alla confessioni, a riprender li uitii, et alcuna uolta rileuandone parole aspre et simile ingiurie con gran patientia; benchè non manca grand'altra moltitudine la quale con questi fa il medesmo, et insegnano et imparano la dottrina xna.

5. La fabrica ua inanzi della nostra chiesa, et speramo augmentarsi l'opra del Signore fra poco tempo in questo collegio, sì del spirituale com'anco del temporale; et prometto a V. R. (il che dico così semplicemente a V. R. et senza alcuna passione) che se ci fosse lettura in questo collegio dell'arti et di teologia insieme con questo che hora ui è, non so se in altro luogo d'Italia et forse molti altri, si facesse tanto frutto, et che si guadagnasse tanti operarii.

Il Signore faccia questo quando sarà a sua gloria.

Tutti stamo sani et contenti nel Sr. Et tutti occupati in nostri essercitii et ci raccomandiamo all'orationi di V. R. Non altro. Sia Jesù sempre nelli cuori nostri. Amen. Di Napoli alli 20 di Nouembre 1557.

D. V. R. seruo in X.°,

GIO. FRANCESCO [1].

Inscriptio. † Al molto Rdo. Pre. in Iesù X.°, il Pre. M.° Joa. di Polanco della Compagnia di Jesù, etc.

Sigilli vestigium.

Alia manu ... Rta. 25 d'Ott. [*sic*].

---

[1] Vide pag, 255, annot. 1.

112

P. HURTADUS PEREZ

praga 20 novembris 1557 [1].

1. *Proponit quibus de causis, qua lingua, quibus de rebus sibi scribendum; et primum quidem de sociorum valetudine.*—2. *De numero nostrorum.*—3. *Qua ratione litteris opera detur, nulla schola frequentata.*—4. *De proxima studiorum publica instauratione.*—5. *Singulorum sociorum, in collegio praesertim, occupationes.*—6. *Ministeria in templo et pietatis progressus; dicta quaedam contra Societatem et romanam fidem.*—7. *Princeps domum nostram invisit; quam difficile homines illi pecuniam largiantur; locum deesse domi convictoribus excipiendis.*—8. *Zitavienses male affectos erga Societatem.*

1. † Jhs. Molto Reuedo. Padre in Chro. La gratia di N. Signore sia sempre con essi noi. Amen. M'ha commandato il nostro P. rectore [2], che di quà inanzi habia da scriuere a V. R. ogni mese vna volta, per non poter esso cossì commodamente fare per molte sue occupationi, et acciò non fussero duoi trauagli, vno di scriuere, altro d'interpretare, si scriuessi in spagnolo, scriuerò in italiano, se non paresse a V. R. esser meglio scriuere latino, del che in risposta di questa ne potrà dar' auiso. Dirò dunque prima delli nostri fratelli et suoi essercitii, dopo de altre cose che apertengono alla casa nostra et quelli di fuori. Quanto al primo, nostri fratelli, per bontà di Dio, stanno sani nel corpo; benchè li dì passati siamo stati alcuni amalati, tra i qualli, D. Enrriquo [3], di suoi denti, et mastro Gerardo [4] d'vn forte catarro patirno più; tutti però siamo a sanità

[1] Ex autographo, ut videtur, in codice *Germ. 185,* 2 ff., nn. 263, 264; prius 427. Responsum huic epistolae datum invenies apud *Lainii Monum.,* III, 51.

[2] Ursmarus Goyssonius.

[3] Henricus Blissemius (Blissem), theologiae lector. *Lainii Monum.,* II, 277.

[4] Gerardus Wertenus (Werdenus) ex inferiori Germania, tunc nondum sacerdos. Cf. *Monum. Ignat.,* ser. 1.ª, XI, 254.

restituiti per gratia di nostro Signore. Anchora nel spirito tutti trauagliano crescere.

2. Il numero di quelli che siamo qui è 18, con dui nouitii che non fecero uoti et vn piciolo commensale, figliolo del sartore del rè, il qualle anche dice uoler essere della Compagnia; uoleua andar a Roma quando andorno quelli altri nouitii, ciò è Vitto et suoi compagni [1].

3. Li studii di nostri fratelli, tutti sono domestici, per ciochè niuno va alle schole per sentire. L'essercitio domestico è questo, che adesso per ordine del P. Victoria [2] è constituito, cioè sonno fatte tre classi di nostri fratelli, et in chiascheduna sonno tre, i qualli per uolte sonno mastri et discepoli et presidi. Tiene ogniuno vna lettione designata, la qualle legerà ogni tre giorni, et li altri duoi giorni sentirà suoi compagni. Leggeranno per meza hora, et disputeranno per altra mezza contra quel che lege li altri duoi auditori, secondo harà dato ordine quel ch'è preside. Quel anche ch'è preside tre uolte nella settimana darà thema per comporre, il che li daranno composto l'altro giorno, et quello conferendo con mastro Gerardo emmendarà vna volta anche la settimana; in altra hora repeteranno la grammatica, cominciando dalla prima parte, et detto il senso delle regole et exceptione, argumenteranno medesimamente, come nell'altre lettioni. Metterò anche qui le classi et lettioni. Prima classe: Thoma, schiauone [3], legerà rhetori-

---

[1] De horum novitiorum adventu Romam scribit Polancus ad Lanojum die 13 hujus mensis et anni. *Lainii Monum.*, II, 544-545.

[2] Creatus a Lainio viceprovincialis Germaniae superioris. BRAUNSBERGER, *P. Petri Canisii epistulae et acta*, II, 107, annot. 2.

[3] Thomas hic slavonius fuisse videtur Thomas Zdelaritius, quem laudibus efferunt SACCHINUS, *Historia Soc. Jesu*, part. III, lib. VIII, n. 200; et ROSTOWSKI, *Lituanicarum Societatis Jesu historiarum libri decem*, p. 46. Nam in statu collegii pragensis mensis Augusti 1557 (in cod. *Germ. 131,* fol. 298) dicitur venturos ex Vienna Wolfgangum maximum pro cursu philosophiae loco Floriani, et Thomam. In catalogo vero collegii viennensis ineuntis anni 1560 (ibid. fol. 207) dicuntur inter alia de Thoma Zdelaritio: «Pragae etiam per annum integrum legendo in classe iuuit...»

ca ad Herennium, o altra di Cicerone, perchè non habiamo commentarii assai; Balthasar [1] copia d'Erasmo [2], Bartholomeo [3] l'Aeneida di Vergilio. 2.ª classe: Stephano [4], Wolfgango [5] et Vrbano Zipfil [6] haueranno le medesime lettioni che quelli della prima. Nella tertia classe sonno Gaspar [7], et legerà l'epistole familiari di Cicerone, Laurentio [8], et legerà la syntaxi di Despauterio [9], Pietro schiauone [10], et legerà Despauterio dalla prima parte. Di questo modo s'esserciteranno nelle lettere quel che potranno per questa inuernata, finchè veneranno nostri fratelli di

---

[1] Balthasar Sammerayr (Sarum). Vide BRAUNSBERGER, *Canisii Epist.*, II, 58.

[2] Erasmus Roterodamus (1466-1536) scripsit *De duplici rerum et verborum copia.*

[3] Hic Bartholomaeus ille idem esse videtur qui inter primos socios, anno 1556 Pragam missus est. Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, X, 684. In catalogo collegii viennensis anni 1559 (in cod. *Germ. 131*, fol. 215) legimus: «Bartholomeus Bedula natus est 23 an., ex quibus sex in Societate egit. Prefectus est collegii novi et studiosus rhetoricae. Bragae [*sic*] uero quandiu illic fuit, ferme domesticis rebus fuit intentus, aut alicui scholae praefuit, quantum scimus, ut operam dare literis non plane potuerit. Audivit tamen aliquid ex dialecticis praeter rhetoricam...»

[4] Stephanus Liberius. In catalogo pragensi anni 1561 (in codice *Bohem. 89*, fol. 1) de eo dicitur: «Brevi iturus Romam»; quo eodem anno pervenit. Cf. *Lainii Monum.*, VI, 53, 211.

[5] Wolfgangus Faber, qui hoc anno ex Vienna Pragam venit, ubi sequenti anno diem supremum obiit. Paulo inferius dicitur monacensis; KROESS vero in *Geschichte der boemischen Provinz...*, pag. 164, eum facit ex Pfarrkirchen.

[6] Ille esse videtur cujus examen invenitur apud *Epist. P. Nadal,* II, 588.

[7] Gasparus Crieger, alias Griger, qui biennio post «in Aegyptum rediit» inquit Canisius. Cf. BRAUNSBERGER, loc. cit., II, 391.

[8] Is fuisse videtur Laurentius Hermanus, cujus non vulgare elogium habetur in catalogo collegii viennensis anni 1559 (in cod. *Germ. 131*, fol. 216).

[9] Despauterius (Joannes van Pauteren) grammaticus flander celeberrimus (1460-1520).

[10] In Societatem receptus anno 1554. BRAUNSBERGER, loc. cit., II, 468, annot. 2.

Roma [1]. Che si ordine tutto a magior gloria di Dio et profito de nostri fratelli et prossimo.

4. In sin adesso era differita la renouatione di studii per aspettare i nostri fratelli, di qualli era detto al principe [2] et suoi baroni, et molti altri huomini et alcuni studiosi; ma adesso faremo quel che potremo, fin che Iddio ne mandarà agiuto, satisfacendo alla expettatione del principe et baroni a chi l'hauemo affirmato per P. Victoria [a]; però adesso il lunedi prossimo, pensiamo con gratia di nostro Signore far rinouatione delle lettioni et mutatione delli scholari et classi. Si sonno fin adesso essaminati per promouerli, et si son trouati alcuni di buon profitto, perchè sanno la grammatica, essendo venuti senza saper niente. Li uuole nostro Padre rettore promouere con solennità, fin a tre d'ogni classe. Si reciteranno alcuni uersi che fece Thoma nostro fratello [3], et mastro Gerardo farà vna oratione: il numero de puti sarà da [b].

5. Mastro Gerardo lege la rethorica et Luciano in graeco; anche lui ha cura sopra tutti li studii de' fratelli, et è syndico generale et curerà ch'ogni 15 dì si facia qualche oratione di nostri, o di quelli di fuori; anche che in suo tempo si facia alcun dialogo. Il dottor Enrriquo perseuera in sua lettione del Mastro delle Sententie, et in sue prediche inanzi al principe. Mastro Gerardo non legerà più per questa inuernata il catechismo nel castello per causa del freddo [c]; io, per ordine del Padre Vittoria, hauea lassata tutte due lettioni, cioè quella de logica et quella del catechismo che in schola nostra legeuo le feste, per occuparmi nel ministe-

[a] *15 vv. praeced. addita sunt alia manu in ima pag.* —[b] *Lacuna in ms.* —[c] *4 vv. praeced. addita alia manu (eadem quae supra) in marg.*

[1] Hos fratres promiserat Lainius regi romanorum Ferdinando. Cf. *Lainii Monum.*, II, 269.

[2] Intellige Ferdinandum, regis romanorum filium, qui Bohemiam gubernabat.

[3] Vide superius, pag. 432, annot. 3.

rio di casa con quelli altri uffitii ch'hauea prima. La lettione del catechismo pigliò il Padre rettore, et in quella adesso perseuera. Quella de logica m'ha fatto repigliar per hauer in schola nostra poche lettioni, la qualle acciò potessi fare Bartholomeo, lassata sua clase, et congionta con quella di Gasparo, è fatto sotoministro. Potrà ben Gasparo gouernare tutti, per non esser molti. Restarà nientedimeno il numero delle classe intiero, imperochè sopra quella di Balthasaro per quelli ch'ascenderanno, è fatta vna nuoua classe, la qualle legerà Thoma, sopra detto. Delle lettioni di queste classi et ordine per non esser anchora assai determinato, nel altra auiserò V. R.

6. Nella chiesa nostra predica adesso [a] Wolgango, monacense [1], nostro fratello, ch'anchora non ha fatto uoti. Sodisfà assai, perchè essercitato nella scrittura. Cresce il numero dell'uditori; questo anchora si uede nelle messe doue intendiamo molti hauerci meglior affetto che prima. Sonno nientedimeno molti sempre latratori, il che il nostro fratello Andrea, compratore, uede et sente, al qualle disse vno noi esser modesti di fuori, ma seduttori di dentro, et vno anche andando nella strada li butò da se quasi l'hauerebbe fatto dar nel muro, et molte minacie; et al nostro Padre rettore che domandaua certo debito al monacho che prima era in questo monasterio, li disse noi uoler riformar tutti, et altre parole molte contro al P.[e] Canisio; ma quando l'hebbe risposto il Padre mansuetamente et sodisfatto alle sue obiettioni, lui li domandò perdonanza, ma non li dette i danari hauendoli. S'hè detto ch'il fiume Teuere è cresciuto tanto, ch'ha soffocato molti migliara di huomini et sette cardinali, et ch'il pontefice è liberato fugendo [2], il che è per la

[a] predica adesso predica *ms.*

[1] Wolfgangus Faber, qui supra.
[2] Vide responsum in *Lainii Monum.*, III, 51; exundasse quidem Tiberim, nullum vero cardinalem, de plebe paucos Romae, multo plures Florentiae et Panormi periisse.

fede romana non esser uera; questo riferì vno al nostro Pr. rettor che hauea sentito dire.

7. Il dì di santo Luca la mattina venne il prencipe nella nostra chiesa, et sentite messa dal dottor Henrriquo, et dopo uisitò nostra casa, perchè li era stato cossì commesso dal re per vedere che cose bisognaua riparare, et comandò che si restaurasse presto il nostro dormitorio; certo è molto incommodo; et anche vn'altra casa che serà per commensali; questa si fa già de danari della camera. Aprendo le camere nel nostro dormitorio, trouò vna testa d'vn morto; et disse: io non vorrei habitar qui. Ci mostrò certo molta humanità et benignità, et la mostra quando li nostri Padri li van' a parlare; anche a questa prouisione del collegio nostro per il uitto mostra buona uolontà, benchè fin adesso non sapiamo sia fatto niente, se non ch' son tre dì rispose al dottor Henrriquo che li domandaua risposta d'vn memoriale che l'hauea datto, ch'il sequente giorno si congregarebono li baroni et si determinarebbe di ciò: questi signori son tardi a dar danari. Il mariscalco ch'è vno delli nostri più amici, domandò al Padre rettore, che douea dar conto in che hauea speso li danari che l'anno passato hauea riceuuto. Il Padre rettore tiene fatto il suo conto, et è aparechiato, s'il P. Vittoria li parerà, darli conto; è questo della camera, et quel che si fa, in parte si fa per esso. Haueressimo molti commensali s'hauessimo luogo, imperochè l'hanno molti domandato, ma dandogli speranza son mandatti ad tempus.

8. Li citauiensi si dimostrano molto male affetti inuersi di noi [1], et non uorrebon ueder gli nostri in Oibin, et procurano che li nostri stian lì come si uede; imperochè li rustici di quel pago, doue douea star il P. Luca [2], dicon esser

---

6. Auiéndose aprouechado vna persona de calidad de vna donzella, auiéndola tenido muchos años por amiga públicamente, tuuo modo vn Padre de casa para hablarle vna uez, y la persuadió a que dexase el peccado. Y como el cauallero después [a] no pudo por ninguna vía auer ac-

---

[a] depués *ms.*

ción della, procuró el mismo Padre hazer que la doctase para que se pudiese collocar. Dióle seis mill sueldos, y ella, como cuerda, elligió por esposo a Iesuchristo en vna buena religión. Por todo se glorifique Dios.

7. Dos personas nobles y de mucho arte auían estado hartos años amigados públicamente. Vn Padre deste collegio les habló vn día puniéndoles delante el peligro grande en que estauan, el mal odor y exemplo que dauan de sí. Dexaron el peccado y se casaron entramos luego. Biuen ahora en seruicio de nuestro Señor. Bendito sea Él. Amén.

8. Házense por los nuestros muchas amistades. Especialmente se puso a hazer vnas el Padre rector de aquí muy inportantes, donde se euitaron no pocos trabajos, vandos y aun escándalos hartos. Resultó paz y tranquilidad en los caualleros dichos [a], y gloria a nuestro Señor. Sit per omnia benedictus.

9. Los hermanos de casa salen los domingos y fiestas por los lugares comarcanos a dezir la doctrina christiana a los niños. Házese mucho fruto con élla por la bondad de nuestro Señor, no solo en los chicos, pero en los grandes, que siendo muchos casados y con hartos hijos, no saben el Credo ni lo demás que deuen saber.

10. Piden muchos la Compañía, buenos subiectos. Especialmente la pide ahora vn buen estudiante rectórico y lógico. Este creo se rrecebirá, porque parece con él se siruirá nuestro Señor en la Compañía.

11. Los Padres de casa se exercitan en obras de charidad, en uisitar y consolar enfermos confessándolos y aiudándoles a bien morir. Y a nuestra yglesia acuden algunos enfermos heridos de peste, que a las vezes por no hallar quien los confiesse, otras por no ser descubiertos y aborrecidos, vienen aquí, a do los Padres con la charidad a ellos possible les administran los sacramentos, y los embían muy consolados en el Señor. En este collegio tene-

---

[a] *Lectio dubia.*

mos todos salud, gloria a la summa bondad, que en tantas occasiones nos conserua, auiendo ouido ocho meses ha peste en esta ciudad, y al presente la ay, aunque no tanta como hastaquí. A puesto esta pestilencia mal año en esta tierra, carestía en las cosas y muy grande trabajo y necessidad a los pobres.

12. Nuestro P.e Mirón, que al presente es rector deste collegio, a hecho vn buen negocio con el arçobispo de aquí [1], que vltra de la limosna hordinaria que él da cada día a los pobres enfermos de Valencia, a hecho dar mill escudos otros que estauan en vn cierto depósito, y con esto le pidió otras ciertas prouisiones para que ocho theólogos fuesen por los lugares comarcanos a do los caualleros y poderosos están recojidos, a pedir para los pobres. Allegarse ha con el diuino auxilio mucho dinero, y proueherse an muchas necessidades, a gloria y alabança de Iesús. [*Preces postulat.*]

De Valencia y de Enero 6 días 1558.

De V. R.a hijo indigno en el Señor,

PARRA [2].

Inscriptio. † Ihs. Al muy R.do Padre en Chro. nro. Señor, el Padre M.o Laínez, prepósito vicario general de la Compañía de Iesús en Roma.

---

[1] Archiepiscopus valentinus erat Franciscus de Navarra. EUBEL, *Hierarchia*, III, 346.

[2] Vide superius, pag. 341, annot. 2.

131

ANTONIUS TURRES

BURGIS 7 JANUARII 1558 [1].

1. *Fausta quaeque Lainio adprecatur.*—2. *Cardinalis in dioecesim adventu omnia illucescere incipiunt. Qui etiam nostris maxime benevolum se praebet.*—3. *Spes affulget ex maximis domus angustiis emergendi.*—4. *Disciplina domestica et nostrorum studia vigent; non ita scholasticorum externorum.*—5. *Pater et frater in montana mittuntur. Crassa illorum hominum ignorantia describitur.*—6. *Cuncti socii post aliquos leves morbos bene valent.*

1. † Ihs. Perquam Rde. Pr. in Chro. Pax Christi, etc. Deus omnipotens qui hoc salutis nostrae tempore nobis paruulus nasci et infantilibus inuolui crepundiis dignatus est: hunc annum T. P. Spiritus Sancti et gratia et donis foecundissimum esse velit, ac semper foecundiorem uberioremque reddere, uti si qua superioribus temporibus gratiae sterilitas et fames fuit in terra Aegipti (eramus enim aliquando tenebrae) foelici huius et reliquorum (qui Tuae Paternitati [a] diuina liberalitate acceserint) prouentu pensetur.

2. De solitis Societatis spiritualibus exercitiis, confessione, communione, etc., quod tuae P. impertiam praeter solitum habeo nihil. Maiora enim incrementa et quasi nouas uires in dies accipere uidentur, multoque auctiora processu temporis futura speramus aduentu praesertim Rmi. cardinalis eiusdemque huius insignis urbis episcopi [2], qui tam ardenter et cupide ouium suarum commodis consulere

[a] P. aetati *ms.*

[1] Ex originali, fortasse autographo, in codice *Hisp. 96,* ff. 25-26; prius 359, 360. In ff. 27-28 est aliud exemplum, etiam originale, in quo aliqua castigata sunt, alia cancellata, ut paragraphi prima et ultima. Orthographiae menda lectori corrigenda relinquimus.

[2] Franciscus de Mendoza, episcopus burgensis, et S. R. E. cardinalis, qui paulo ante ex Italia in Hispaniam venerat. Vide pag. 368.

incipit, tamque et eleaemosynis et aliis piis operibus habenas remittit, ut quasi quaedam noua lux huic afflictae diocaesi affulsisse repente uideatur. Se praesente sacris initiandos explorari jubet; ordinibus proximis ipse praefuit, nec ad eos quoslibet citra delectum (quemadmodum fieri antea solitum erat), sed in litteris prouectos admittit. Itaque multos qui facilius et nullo negotio ab eo sacros ordines impetrare sperabant, qua de causa eos in ejus aduentum distulerant, spes haec lusit, cum turpi repulsa fuerint notati. Quae res non mediocriter conferet litterarum studiis promouendis, quae sic ante jacebant. Iis rebus sumam de se existimationem concitauit, quam faxit diuina benignitas, ut sustinere et tueri possit. In nos autem sic est affectus, ut omnia ad praescriptum Patris rectoris facere uideatur, quem ad se in negotiis arduis admittit, eundemque adesse uoluit in decessu cognati cujusdam sui, qua[e] [a] res ualde aedificatum ipsum reddidit, id quod elaeaemosyna hoc pascha ultra solitam in nos collata declaratum est.

3. In eam autem sumus spem erecti, superis annuentibus, nisi fato fuerit interceptus, daturum nobis domum ubi commodius nostrae Societatis mini[s]teriis uacare possimus; nam cum ad uiginti hic commoremur, adeo domus angustiis premimur, ut multae cellulae binos, nonnullae ternos accipiant; quibus rebus est effectum, ut gymnasium unum in triclinii, triclinium autem pristinum in cellarum usus sint conuersa. Nam de sacelli exigua capacitate nihil est quod dicam, cum sacrificum ipsum sacro altari assistentem confussa foeminarum turba circunstet. Quarum accessus cancellis si uellis arcere, ubi consistant profecto loci nihil erit. Itaque uiuimus ut quimus, quando ut uolumus non licet. Uerum profecto cur conqueramur causae nihil est, si ad semirutum illud behtlemithicum stabulum, cunctis regum aulis jure praeferendum, mentis aciem conuertere uelimus. Sed nescio quo pacto pietatis obtentu,

---

[a] *Abscisa charta hic et inferius.*

dum non tam quae nostra sunt, quam quae Christi, nos nobismetipsis querere persuademus, multoties animos tacita quaedam subit philautia, studio nos id facere dictitans cultus diuini amplificandi. Sed de his hactenus.

4. Fratres in obeundis sibi quisque commissis officiis nihil ad maximam diligentiam sibi reliquum faciunt, districta ab omnibus regularum obseruatio geritur, mortificationis atque seipsos uincendi et in dies seipsis meliores euadendi maximus in omnibus relucet ardor. Ex his quinque dialecticae (quae hoc anno in nostro collegio tradi coepta est) ad multum laborem desudant, quibus se socios addiderunt septem aut ad summum octo ex nostrae scholae scholasticis. Tres alii grammaticae incumbunt, nullus est cui uel modica cura uel negligentiae aliquid possit exprobrari. Reliquorum auditorum numerus non augetur, consulente hac in parte diuina bonitate nostris commodis; namque si pauci tantum facessunt negotii, tantusque cursitantium, ascendentium et descendentium concitatur strepitus, ut credam id multis aditum sacelli nostri intercludere, quid si plures essent? Satis equidem multi essent, si satis boni, juxta uetus prouerbium. Nec hoc dixerim quod quippiam sinistrum de eorum moribus suspicer; sed quod uiuidus ille puerorum in studiis capessendis uigor in eis non uigere admodum uideatur.

5. Illud autem in calce epistolae non praetermittendum duxi, quod pene memoria excesserat, proximo autumno cum fratre Patrem ex nostris in montana hujus diocesis euangelii praedicandi gratia atque alia ministeria Societatis illius regionis hominibus administrandi causa, missum. Maximam ibi sementem pro temporis breuitate (nec enim duobus amplius mensibus propter ejus terre frigoris rigorem ibi detineri potuerunt), in gente illa, negligentia pastorum nihil pene aliud quam christianorum nomen retinente, fecerunt; idonea tamen, ut experimento cognitum est, et disposita ad cultum diuinum, si Dominus in uineam suam operarios mittere dignetur. Nec est profecto quare alias

remotas a nostro orbe oras queramus, aut alios indos quos in fide docere et instruere possimus, cum in Hispania nec id quidem in gente ab humanitate et comercio amplissimarum urbium posita [*sic*], plures reperiantur, qui ultro dicant nescire se quid sit Trinitas, aut quae Trinitatis persona mortali pro nobis carne circundari dignata sit; et alii diuam Uirginem, alii Petrum et Paulum Trinitatem esse asserant; et alia multa quae consulto, ne epistolaris uidear angustias uoluminis excedere, praetereo. Spes est tamen, si uotis Rmi. cardinalis dextra aspirauerint numina, resarciendum maximo cum lucro, quod hactenus pastorum incuria cessatum est. Summopere enim efflagitat sibi concedi Patres, quos in eas partes mittat. Cujus tam piis postulationibus nihil quicquam opinor denegari posse, quarum rerum euentum in proximi quadrimestris litteras reseruo.

6. Ad praesens, diuina id benignitate largiente, prospera omnes salute fruimur, preter fratrem unum, qui leuiculis laborat febribus. Contingit tamen elapsis diebus septemdecim simul Patres et fratres catharro quodam febrim adducente laborare; omnium autem tam subita fuit ualetudo, quam ipse morbus repentinus.

Quod amplius addam nihil inpraesentiarum occurrit. P. T. Opt. Max. et mitissimus Iesus uniuersae Societati seruet sospitem; eo enim magis propitio Deo uti speramus, si nostris praeculis P. tua adjutrix accesserit. Cujus orationibus nec non reliquorum omnium Patrum fratrumque isthic manentium juuari obni[xe] petimus, ut quid a nobis diuina Magestas requirat, et intelligere et implere possimus. Datae Burgis septimo idus Ianuarii anno a Christo nato 1558.

Ex mandato Patris rectoris [1], P. tuae indignus in Chro. filius,

† ANTONIUS TURRES † [2].

---

[1] Gaspar de Acebedo. *Lainii Monum.*, III, 237.

[2] Vide superius, pag. 70, annot. 2.

Suasu Patris rectoris grandem pecuniae summam quidam qui ad hanc diem mala fide retinebat restituit, alius autem eam uxorem duxit, qua ut meretrice multo tempore fuerat usus.

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Chro. P.[e], el Padre M.[o] Laínez, vicario general de la Compañía de Iesús. En Santa María del Estrada. En Roma.

Sigilli vestigium.

132

PETRUS ALVARADUS

GENUA 7 JANUARII 1558 [1].

1. *Confessiones et communiones crebriores quam unquam fuere. Mulieres velato capite incedunt.*—2. *De Patris rectoris aliorumque contionibus.*—3. *De adolescentium societate, cui praesunt seniores. Multi ex his adolescentibus religiosos ordines sunt ingressi.*—4. *De libello a P. Gaspare Loarte in lucem edito.*—5. *De re familiari et quanti Societas a primoribus civitatis fiat.*—6. *De studiorum instauratione. Discipulorum numerus.*—7. *De chartarum ludo.*

1. † Jhus. Admodum R.[de] in X.[o] Pr. Gratia et pax X.[i] Quae in hoc nostro etsi exiguo collegio genuensi his quatuor proximis mensibus diuino opitulante numine acta sint, R.[de] Pater, in pauca conferam [a]. [*Addit, pauca haec oportere cognosci a Lainio nec esse contemnenda.*] Confessiones et communiones crebriores quam unquam fuere; non in nostro solum collegio, sed et in tota ciuitate, nostrorum (ni fallor) imitatione, passim cernuntur; praecipue tamen in templis iis in quibus nostri concionantur, cum maxima contritione et deuotione cernere est. De nostris enim hoc affir-

[a] *Sequitur longum exordium cancellatum quod nos contraximus.*

[1] Ex autographo, ut videtur, in codice *Med. 75*, 2 ff., nn. 3, 4; prius 365-367. Secundum HANSEN, *Rheinische Akten...*, 766, est apographum in archivo civitatis coloniensis. Deleta, addita aut mutata a Polanco, suis locis consueto modo indicamus.

mare ausim; me et vidisse saepe, saepius etiam audiuisse, quosdam Patres in nostro sacello quinque horas confessiones sine intermisione audiuisse; et has quidem virorum tantum; nam foeminis non adhuc patet aditus ad nostrum sacellum propter honestatem et paruam domus capacitatem; quibus, si libere ingredi liceret, non dubium est quin nos e domo (ut ita loquar) eiicerent; tanta esset frequentia *et ad nos venientium multitudo*. Confitentur tamen in templo diuae Mariae a gratiis nuncupatae, quod non longe *(ut certe nouit Paternitas tua)* a nobis distat; et a nostris Patribus diuinis imbuuntur admonitionibus, saluberrimisque praeceptis; nec id sine multo et magno animarum lucro. Multae enim velato capite (ut Apostolus iubet [1]) rebus sacris et concionibus intersunt; ex his etiam nonnullae, quae mundum et carnis illecebras pessundedisse videntur, cooperto capite domum [*sic*] exeunt et reuertuntur. Quae etsi pro nihilo haberi debeant, quae leuia nimirum sint, et nullius fere momenti; tamen, mihi credas velim, non minoris fortitudinis esse hac in urbe velato capite mulieres incedere, quam si tortoribus se dilaniandas dederent. Deridentur namque, et digito tanquam monstrum aut prodigium aliquod a reliquis monstrantur; increpantur etiam grauiter ni ab incepto desistant, a viris et parentibus. *Sed de his, quia Paternitas tua plura nouit et aliquando praesens coarguit* [2], *quam a me recenseri possunt, nihil aliud dicam.*

2. Reuerendus Pr. rector toto hoc aduentu in templo diuae Magdalenae summo omnium applausu, et auditorum consolatione, rogatus, concionatus est. Quantum inde fructus *Dominus caperet*, frequentes confessiones et communiones quae eodem in templo tum temporis fiebant, perspicuum omnibus reddebant. Concionantur et alii duo publice post vespertinas preces dominicis diebus et festiuis; quanto

---

[1] Cf. I CORINTH., XI, 13.

[2] Annis 1553 et 1554 fuit Lainius Genuae ubi saepius contionem ad populum habuit. Cf. *Lainii Monum.*, I, 236 sqq.; POLANCUM, *Chron.*, III, 73, sqq.

cum animarum lucro multis in rebus perspicimus et frequentia aperte declarat. Itemque quamplurimis qui se domum nostram absolutis sacris recipiunt, singulis diebus dominicis et festis exhortatio habetur, modusque perscribitur a quodam ex nostris Patribus ad recte beateque viuendum; qui aliis piis charitatisque operibus occupati publicis concionibus interesse plerunque nequeant. Nec hoc quidem sine magna satisfatione animarumque profectu fit.

3. Est praeterea adolescentium quaedam societas, cui Patris rectoris ordine praesunt quidam cordati seniores, ut eos ab omni vanitate, quae illius aetatis propria est, alienos in viam salutis dirigant. Hi igitur cum primum illuxit dominicus festusque dies, sese in vnam nostrarum classium omnes conferunt; ubi genibus flexis mira quadam deuotione et spiritualis vitae gustu preces beatissimae Virginis Mariae invicem sibi respondendo peragunt; quibus peractis, se ad sanctissimam communionem praeparant. Sacrum deinde audiunt, quo audito, sacraque sumpta synaxi, postquam deuote vnusquisque gratias Deo immortali egit, se domum quisque suam recipit. A prandio uero pro voluntate praesidis, quini aut seni ad ea se conferunt templa ubi doctrinam xpianam. pueri docentur, ibique officio pietatis functi, in praedictam classem rursus conueniunt; *et quod supererat precum, hoc est* [a] vespertinas horas, absoluunt, reliquum diei in spiritualibus consumentes coloquiis. Quid plura? Vix dici potest quantum in spiritualibus profecerint cuncti, qui hanc nostram frequentant domunculam. Sed hoc certe memoratu dignum, multos ex his adolescentibus iam religionem ingressos esse, alios ut admittantur *in dies* ardenter expectare; animosque ad nostram Societatem non paucos applicuisse; verum cum non facile admitterentur, in diesque eorum differretur ingressus (ut Societatis moris est), in alias religiones admissos, vitam monasticam degere. Sunt

---

[a] vt.

tamen ex his qui perseuerent adhuc, et in Societatem recipi contendant.

4. Illud etiam addidero, non parum utilitatis multis atulisse libellum, quem Pater rector nuper in lucem aedidit [1]. Inter quos quendam nobilem ciuem, iamque grandiorem natu plurimum adiuuit; qui cum illum attenta animi consideratione perlegisset, vehementer commotus est, seseque ad Patrem recepit, multa errata velle corrigere, ad bonamque frugem se recipere ostendens. Deo optimo, maximo, sit laus et gloria.

5. Res familiaris huius collegii prospere sese habet, et in dies augeri videtur. Quanti uero nos tota ciuitas faciat *(ut multa alia omittam)* hoc sit argumento *Paternitati tuae,* quod ad eas deliberationes quas de republica ordinanda primores ciuitatis habent, Patrem nostrum rectorem adhibere plerunque solent. Sed in primis reuerendissimus episcopus [2], qui non solum Patris consilium benigne suscipit atque miratur, sed et nostra minima exercitia intimo quodam et ardentissimo amore prosequitur, facileque et verbo et opere indicat qualem de nobis imbiberit opinionem, *quidue sentiat.* Adde [a] sanctae inquisitionis *magistratum, vel ut hi dicunt*, officium, nihil plerumque agere, nihil sancire, in rebus praesertim arduis, quin nostri Patris consilium sententiaque accesserit; et quod non minoris ponderis est, reuerendissimum episcopum et ipsum inquisitorem ad nos ventitare domum, et visendi nos causa, et, ut ea de quibus ambigunt, cum Patre conferant; ut omittam quam plurimos ad ipsum deferri libros, ut perlectis, quod falsum aut erroneum videbitur, notet et corrigat. Ex quo, R.de Pater,

---

[a] *Sequitur 1 v. oblitt.*

---

[1] Vide superius, pag. 366, annot. 3.

[2] Archiepiscopi genuensis, Hieronymi de Saulis, legationibus a summo pontifice occupati, vicarius erat Genuae anno 1553, Aegidius Falcetta, episcopus caprulanus (Caorle), de quo forsan hic agitur. Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.a, VI, 52, 54.

facile est coniectura assequi quantum eius doctrina et authoritas apud omnes valeat.

6. Die dominico, qui fuit septimus mensis Nouembris, adolescentulus quidam nobilis, qui sub nostra disciplina literis operam dabat, habuit luculentam orationem de republica ordinanda ad illustrissimum ducem et senatores omnes vniuersamque ciuitatem in templo diui Laurentii. Carmina deinde a puero non maiore quam septem annorum decantata sunt, tanta vocis suauitate, et venustate gestus, ut tota ciuitas miraretur, praeque gaudio gestiret. Die sequenti nostrorum studiorum restauratio acta est, solemni sacro cantato, et oratione de laudibus studiorum prius habita in templo Beatae Mariae. Preceptores deinde nouas aggressi lectiones, tanto studio et diligentia in erudiendos discipulos incumbunt, ut in illis satis superque appareat tantorum laborum fructus. Numerus discipulorum est 236, et maior quidem futurus, si plures classes capere possent. His itaque ut cum literis pietatem coniungant, singulis diebus veneris [a] lectionem doctrinae xpianae. reuerendus noster Pater perlegit, cui etiam et alii intersunt plerique homines; decimo quoque quinto die eodem loco habetur oratio ab vno ex discipulis suo ipsius marte composita, ut coeterorum animos ad id ipsum agendum accendat. *Quod quidem fit.* Sunt etenim laudis cupidi [b].

7. Hoc non silentio praetereundum duxi, tanto corripi plerunque timore lusores cum aliquem ex nostris prospexerint, ut sese in pedes quantum queant, dare non dubitent; imo optime secum agi existiment, si locus fugae relinquatur. Nonnulli vero chartas lusorias [c] tesserasque celantes prae verecundia, nostrorum fratrum aduentum facilius tolerant. Edocti denique quantis sese implicuerint malis, conscientiaque conuicti chartas in medium lacerandas proferunt, fratrumque admonitu domum nostram venire non dubitant, ubi sarcina peccatorum (et non sine lachrimis plo-

---

a vt alibi scripsimus. —b percupidi. —c *Prius* pictas.

ratuque) deposita, deprauatos mores corrigere student.

Haec sunt, R.de Pater, quae Dominus noster his quatuor mensibus per hos indignos seruulos operari dignatus est: *non fortassis ea, quae opinionem quam de nobis conceperas, aequare videantur. Reliquum est, ut nos omnes in tuis sanctis sacrificiis, Patrum fratrumque orationibus commendatos habeas, et operarios in hanc latissimam Domini messem fortiores mittas qui uberiores fructus reddant in tempore suo.* Genuae VII Idus [a] Ianuarii 1558.

Ex jussu R.di Patris rectoris, Gasparis de Loarte.

Tuus indignissimus seruus in X.°,

ALUARADUS [1].

Inscriptio. † Jhus. Al molto Rdo. in X.° Padre, il P. Mtro. Laynez, vicario general della Compagnia di Jesù, in Roma. A S.ta Maria della Strada, apresso S.to Marco.

Alia manu. Mandata a Napoli, Sicilia, Vienna, Spagna, Francia, Fiandra.

---

a *Prius* Calen.

---

1 Epistolae auctor, ut colligitur ex his quae habentur in *Lainii Monum.*, II, 329, 643; III, 179, nondum sacerdos erat, et humaniores litteras in collegio docebat. Praenomen omittitur omnibus his locis, at nobis videtur ille esse Petrus de Alvarado, qui inter studiorum humanitatis promotores laudatur ab ASTRAIN, *Historia de la Compañía...*, IV, 109, 110; De eo in catalogo collegii vallisoletani anni 1577 aut 1578, ut videtur (in codice *Cast. 13*, f. 52), haec leguntur: «P.e P.° de Aluarado, de 46 años. [recibido en la Compañía] en Roma a 4 de Octubre 1553. Hizo los votos a 7 de Marzo de 1554. [Estudió] letras humanas y leiólas mucho tiempo, con muy grande progreso. Sacerdote. Arzobispado de Burgos. Lector de 2.a classe. [Salud] buena, aunque cansada. [Ingenio y juizio] bueno. [Talento] para leer latín y rethórica y griego.»

133

ANDREAS CAPILLA

COMPLUTO 11 JANUARII 1558 [1].

1. *Ob frequentes gravesque morbos plures in urbe moriuntur, in quibus frater Laurentius Padilla.*—2. *Major in dies sacramentorum frequentia.*—3. *Nostri ad graviter aegrotantes juvandos frequenter vocantur. Mira viri equitis clericique divitis conversio et mors.*—4. *Exercitia spiritualia aliquibus cum fructu tradita. Contiones in proximis locis habitae.*—5. *Studia et religiosae virtutes domi florent.*

1. † Jesús. Muy Rdo. en Chro. Padre. Pax Chri., etc. Con la breuedad que pudiere diré lo que por esta quadrimestre ay de que dar aviso a V. R. de las cosas deste collegio. Y lo que primero se ofresçe, es cómo estos días ha avido muchas y graues enfermedades en esta villa y vniuersidad; tanto que a sido cosa notable la gente que nuestro Señor se a lleuado desta vida, y no a dexado de caber parte dellas a nuestro collegio, porque todos los que en él han estado, an caýdo enfermos, avnque nuestro Señor los a querido guardar a todos, bendito sea Él por todo. Solo vn hermano, que se llamaua don Lorenço Padilla, se quiso lleuar, de cuya muerte más paresce se deue tener embidia que pena, si della juzgamos según su vida, la qual fué de mucha edificación.

2. Después que los Padres y hermanos con el fauor de Dios cobraron salud, començó cada vno de entender en su oficio, y así lo an hecho y hazen hasta agora. Los que vienen a confesarse y recebir el sanctísimo sacramento a nuestro collegio, así de los estudiantes como de otra gente del pueblo, son cada día más; entre los quales, muchos cargados de muchos y grandes peccados, tocados de la

[1] Ex originali in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 31, 32; prius 332. In eodem codice, fol. 33, est exemplum latinum Romae castigatum, in cujus fine adnotatum fuit: emendata. Spedita per tutto. Secundum Hansen, *Rheinische Akten...*, 767, est apographum in archivo coloniensi.

mano de Dios, se han confesado con mucho dolor dellos, y ayudados por los Padres tratan de enmendar su vida. Otros que solían gastar el tiempo y hazienda en juegos con no poco detrimento de su familia, viniéndose a confessar, se han apartado deste vicio con propósito, según paresce, de apartarse de aquí adelante. Algunos tanbién, que se hauían antes visto en honrra, y agora están trabajados y pobres, que estauan medio desesperados, con ayuda de algunos Padres, con quien se han confesado, çufren ya con pacientia sus trabajos, conformes con la diuina voluntad.

3. Son tanbién llamados muchas vezes los Padres para que vayan a visitar los enfermos, y consuélanse mucho con su visita. Entre otros vn cauallero deste pueblo trataua vn negocio muy escandaloso, y trahía pleyto contra muchas personas de aquí, de donde se esperauan muchas enemistades y avn muertes; éste estando enfermo pidió que le llamasen a vno de la Compañía, teniendo gran confiança que si le visitaua, estaría luego bueno, y esto sin hauernos antes tratado: fué allá vn Padre y confesóle, y determinó por consejo del Padre de no pasar adelante en el pleyto, con lo qual, bendito el Señor, se han estorbado muchos males. Otra persona ecclesiática docta, y que tenía mucha hazienda, estando enfermo no avía quien le pudiese hazer confesar, lo qual más era de tentación que de esperança de biuir. El señor obispo de León [1], que estaua entonçes en nuestro collegio, rogó al Padre rector que fuse alla, y fué y dióse tan buena maña con la gracia del Señor que le dexó confesado, y luego al otro día se murió.

4. Hanse dado tanbién a algunos los exercicios y se han aprouechado en ellos. Algunos Padres an predicado en algunos lugares cerca de aquí. En la vniuersidad no se

[1] Mense Decembri 1557 creatus est episcopus legionensis dominus Andreas Cuesta.

a hecho hasta agora por las enfermedades; pero de aquí adelante se començará a hazer.

5. Acerca de las cosas de casa no tengo que dezir sino cómo todos trabajan en sus oficios con la sólita obediencia y edificación; y los estudiantes se aprouechan en sus estudios. Finalmente tratan todos de la obediencia y mortificación de sí mismos y de toda virtud. Plega al Señor nos sepamos todos aprouechar con tantos exemplos. Esto es, Padre, lo que ay de que dar aviso a V. R. Deseamos todos ser encomendados en los sacrificios y orationes de V. R., lo qual todos húmilmente pedimos, y su bendición. Deste collegio de Alcalá a 11 de Enero 1558.

De V. R. indigno hijo y sieruo en el Señor, por comissión del P.e Manuel [1],

†

Andrés Capilla [2].

Inscriptio. † Jesús. Al muy Rdo. en Chro. P.e, el P.e M.o Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús. En Roma.

Alia manu... Rta. a 14 d'Aprile credo.

---

[1] P. Emmanuel Lopez, lusitanus, collegii rector, post provincialis. De quo haec habentur in catalogo collegii complutensis hujus anni: «El P.e Manuel, rector. Sacerdote. Vezino de la ciudad del Puerto. Acabada la thelogía. Treinta y quatro años. Quatorze años de Compañía. Ocúpase en ser rector y en predicar.» In codice *Tolet. 12.a*, fol. 84.

[2] De hoc haec habentur in eodem catalogo: «El hro. Capilla, natural de Valencia. Quatro años y tres meses de theología. Dezinueve años y tres meses de edad. Ha quatro años y vn mes que es de la Comp.a Studia.» Alcazar, *Chrono-historia*, ad annum 1558 (pag. 352) ait: ... «después pasó a la religión de la Cartuxa, y fué obispo de Urgel [1588-1609], donde fundó el collegio que allí tiene la Compañía».

134

JOANNES BTA. CARMINATA

PANORMO 12 JANUARII 1558 [1].

1. *Epistolae ratio*—2. *Fructus ex frequenti ministerio verbi et sacramentorum administratione perceptus. Charitatis officia in magno urbis periculo ob irruentes pluvias.*—3. *Scholasticorum exercitationes moresque. Sollemnis studiorum instauratio, magno senatus et clarissimorum virorum plausu.*

1. Ihus. Pax Xi. Rdo. in X.° Padre. *Non posso non confessare quel che interiormente sento, che mai tanto allegro mi ritroui che quando mi è imposto dallà obedientia che scriua a V. R. Imperochè quel che per la distantia del luogo ci è negato, mi è concesso dopo non senza grande mia utilità et consolatione dell'anima per queste lettere.* Con questa *dunque breuemente, secondo la nostra consuetudine,* potrà la R. V. P. intendere quanto il Signore qui habbia operato in questi quattro mesi già passati per mezo della Compagnia, acciochè ci raccomandi più spesso al Signore nelle sue orationi et sacrificii.

2. Prima dunque quanto al frutto il quale qui si caua dalla amministratione della parola di Dio et degli altri sacramenti, V. R. P. saprà che ogni giorno più si aumenta il numero di quelli che sogliono frequentare la confessione et il sacramento dell'altare, talmente che non solamente alle prediche nelle domeniche et feste principali uengono molti, ma ancora alla lettione di S. Paolo una uolta la settimana. Non mancano di quelli i quali, abbandonati i lor uitii et scelerate opere, si dànno alle opere della misericordia, frequentano la confessione, *et quel che dà più stupore, non solamente a noi, ma ancora a gli altri i quali*

[1] Ex apographo coaevo in codice *Sic. 181-Sic. 182,* 3 ff., nn. 49-51; prius 199 sqq. Est exemplum latinum in ff. 52-53. Exstat etiam apographum in archivo coloniensi, secundum HANSEN, *Rheinische Akten...,* 767.

prima quelli conosceuano, si sogliono spesse uolte communicare et spingere gli altri a fare il simile. Il cui numero, benchè pel passato sia stato grande, nientedimanco questi dì si ha moltiplicato tanto, che in uero ci dà grande consolatione et animo di seruire al Signore con più feruore. Imperochè hauendo entrato una grande copia d'acque in questa città, *come penso che V. R. P. habbia inteso per altre lettere,* et mandato a terra molte case in tal modo che non ui è rimasto pur un uestigio di quelle, et insieme hauendo molti figliuoli, femine et huomini sommersi, molti atterriti pel grande spauento et nouità della cosa, temendo il diuino giudicio, son uenuti nella nostra chiesa, et non solamente si son confessati con molte lagrime et sospiri et desiderio di mutar vita, ma ancora con grande deuotione hanno preso il santissimo sacramento. Nè tacerò qui come il Reuerendissimo cardinal di Palermo [1] per zelo della salute delle anime, dimandò dalla Compagnia alcuni confessori, i quali udissero confessioni nella madre chiesa, benchè questo non habbiam potuto fare per la inopia c'habbiamo de' sacerdoti. Saprà ancora V. R. P. come il Signore ha operato grandemente per la Compagnia in questo dilluuio, poichè molti predicano publicamente la Compagnia, dicendo che molto più grande numero di persone si haurebbe sommerso, se non fosse stato l'aiuto d'alcuni Padri et fratelli della Compagnia. Et certo, Padre, penso, che se'l Signore si ha seruito alcuna uolta dell'istrumento della Compagnia, credo che in quella notte questo molto più habbia fatto. Perchè molti de' nostri con alcuni lumi accese per la grande oscurità della notte, andauano per la città liberando molti fanciulli dal mezo del fiume, aiutando ancora molti vecchi infermi et altri simili persone, le quali altrimente non sarebbe stato possibile a potersi liberare, talmente che la nostra chiesa pareua in quella notte et nel giorno seguente un' hospitale, doue non s'udiuano se non

[1] Petrus Tagliavia de Aragon.

clamori et strida di madri, figliuoli, padri et altri strepiti. La onde può pensare V. R. P. quanto necessario era allora usare l'opere della misericordia in dar da mangiare et uestire molti di quei poueretti, i quali gnudi usciuano dal fiume. Nè solo questo, ma ancora dopo molti giorni fu necessario dar alcun luogo da dormire a molti di quelli, i quali destrutte le lor case non sapeuano doue andare. Sia benedetto il Signore, il quale sà bene ammonire i peccatori, acciò si emendino dalli lor peccati et seruirsi de' suoi serui.

3. Quanto al frutto degli scholari *penso che non sarà necessario dir altro se non quello che habbiamo già per altre nostre scritto a V. R. P.*, *cioè che* si essercitano continouamente nei soliti essercitii di componere orationi, uersi, epistole, et altri essercitii secondo la capacità di ciascuno. Sopra tutto si attende alli buoni costumi; si confessano spesso, uengono uolentieri alla parola di Dio, et quelli che sono d'età, si communicano con grande deuotione. *Et acciò non taccia quello che forse nel principio doueua più commodamente porre* [a], saprà V. R. P. come si son mutati gli studii molto più felicemente che non pensauamo. Si è recitata vna oratione nella nostra chiesa, latina secondo il costume nostro. Alcuni figliuoli han recitati molti uersi hebrei, greci et latini non senza grande gratia et sodisfattion di tutti. Si è trouato presente il Rmo. cardinal di Palermo, Monsignor di Siragosa [1], il senato, molti altri nobili et insieme molti studiosi et molto versati nelle scientie, alli quali tutti grandemente piacquero i nostri essercitii, *sicome habbiam potuto conoscere dalli gesti; et ancora come congratulandoci loro stessi diceuano apertamente hauersi grandemente compiaciuti in tutto quello ch'era stato fat-*

[a] Di piu.

[1] Hieronymus de Bononia.

to. Al Signore sia la lode di queste cose, come autore et principio d'ogni bene. [*Preces postulat.*]

Di Palermo a XII di Gennaio 1558.

Di V. Rda. P. seruo in X.°,

Joan Battista Carminata [1].

Inscriptio. Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. Mro. Jacomo Laynez, vicario generale della Compagnia. A Roma.

Sigilli vestigium.

135

P. PETRUS SPIGA

calari 13 januarii 1558 [2].

1. *Opera erga carceribus detentos.*—2. *Operarios exposcit.*—3. *Graviter aegrotantes illum quaerunt.*—4. *Caute se gerit.*—5. *Sacrilegium a multis annis publicum tollit.*—6. *Ad praesides montis pietatis quintodecimo quoque die verba facit.*—7. *Clericis comitantibus eleemosynam pro pauperibus et infirmis petit.*—8. *Publica vitia emendanda et pauperes in xenodochio colligendos curabit.*—9. *De Alexio Fontana Societatis amico.*—10. *Tum episcopus calaritanus, tum prorex eum diligunt.*—11. *Frequens confessio ut novum quid in civitate habetur.*—12. *Iterum sodales, maxime contionatores, postulat.*—13. *De negotio M. Villasclaras.*

1. Jhus. Muy R. P. nuestro en Jhu. X.° El Spíritu Santo sea en nuestro continuo fauor. Vna de V. P. de 10 de Setiembre [3] resciuí el postrero del pasado con mucha consolación. Con dos palabras diré mis occupationes. A los encarcelados digo missa cada domingo, hóygolos de confessión, hágoles algunos razonamientos, consuélolos, hablo con los juezes y con otros por la despedición dellos; a la hambre, sed, frío y nudez que padescen les doy remedio

---

[1] Vide pag. 55, annot. 2.

[2] Ex autographo in codice *Sardin. 13*, 3 ff., nn. 5-7; prius 499-503.

[3] Eam vide, sis, apud *Lainii Monum.*, II, 427 sqq.

con las lymosnas que les pido por la tierra; y quando voy para tal, escojo para my compañía algún clérigo honesto, como el capellán del visorrey o del regente. Quando los encarcelados me veen, alégranse como si vieren su ángel, y ruéganme que no los desampare, y antes me oluidaría de mí mesmo que dellos. Voy corrigiendo algunas faltas que hay allá, y ya por ello hablé ayer con el procurador real.

2. Ya con otras dixe que aquí son menester muchos operarios; yo ni soy tan bueno ni tengo tanta gracia que lo pueda hazer todo (y supplico a nuestro Señor Jhu. X.º que me perdone los tantos pecados y faltas que cometo en esto que paresco hazer), y ansí quando no trato de exercitios diuersos, acuérdense que no hay otro que yo pobrete, de la Compañía; porque si no bienen operarios de los nuestros, tarde llegaremos al cabo. Pienso que N. S. me ha embiado a aderessar la vía para los sanctos que vernán de la Compañía, empessando yo agora en esto que veen, que no se puede dexar por otra cosa. Los nuestros dempués descansaránse vnos a otros, y habrá quien tenga vagar de recogerse a vezes para predicar altos sermones, de lo que aquí los míos gozan mucho.

3. Aquí me conoscen harto ya, y de cada día más veen mi voluntad grande de seruir al próximo en todas sus necessidades, por donde dempués que algunos meses atrás fuy visto andar con diligentia sin ser llamado a ayudar a bien morir a los que aquí entonces murieron muy de prissa, no ay quien tenga alguno muy malo, que no embíe por mí. Faltan operarios.

4. En todo lo que toca al prouecho del próximo en cuerpo y spiritu, y más para lo que más vale, yo me meto con el miramiento deuido; porque las cosas de mucho tomo que me muestran mal que me procurarían viciosos y obstinados, si me conosciessen autor dellas, hago cautamente y encubierto.

5. Vn sacrilegio duraua en cierta parte de Sardeña muchos años; ya se va quitando, laus Deo. Era summamente

malo y público; ha sido admiratión; no soy por ello conoscido, avnque bien creo que sospechado de algunos de mis deudos y amigos cordiales, que va seguro.

Todo el mundo es nuestra patria y todos son nuestros hermanos, no se oluiden desta ysla con ruegos por amor de Dios, y suppliquen al Señor que me dé mayor copia de su gracia para bien hazer todo.

6. Los del monte de la piedad muestran tenerme gran affición; yo desseo seruirlos en todo quanto fuere al seruicio del Señor. Hanme rogado que cada 15 días que se hallan a la congregación en la yglesia de Santa †, les haga vn razonamiento, y házese a gloria del Señor con prouecho de todos.

7. Pienso de perseuerar en andar con algunos clérigos honestos a pedir lymosna en la ciudad en subuentión de los que lo huuieren menester más. Son pobres encarcelados, pobres vergonzosos, hospedal, huérphanas a maridar.

8. Hoy procuraré con quanta diligentia pudiere que dentro pocos días nengún concubinario se halle aquí. Harélo con el artificio que Dios me enseñare. Bien llorarán todos ellos y no me conoscerán.

En el hospedal son pocos enfermos, a vezes boy allá; quando no puedo yr a todas partes y hazerlo todo, hago lo que es más vrgente.

Al hospedal ya residen semaneros de la tierra que proueheen lo que es menester, do procuraré que se haga vna buena fábrica que sea capás de mucha gente, y luego entenderé en que ningún pobre pida lymosna por la tierra ny en yglesias, y que sean sustentados allá; quitaránse desta arte abusos muchos, que los veo con dolor.

9. Fontana es en su patria, Sácer: bien será que a vezes sea de Roma uisitado con cartas: ya no está tan malo como antes [1]: aquí le ternemos, pienso, en breue. Trataremos que sea la Compañía en Sardegna.

---

[1] Vide supra, pag. 408, annot. 1.

10. Mi Sor. Rmo. de Cáller [1] me tiene buena voluntad, yo lé desseo seruir en todo a gloria del Señor Jesu X.°

El visorrey [2] se siruió de mí por confessor, ahora por nauidad; pienso que perseuerará.

Dél y de todas las cabeças soy conoscido y querido; yo les seruiré según nuestra professión, y les andaré siempre diziendo lo que fuere menester para bien del reyno, y lo demás a gloria del Señor.

Lo que V. P. me manda que aduierta para que pueda emplearme más a la larga en el seruicio diuino, haré con la gracia del Señor.

11. Es en gran manera nuebo aquí la freqüente confessión. Bendito sea el Señor que ha benido el santo jubileo. Ahora se confessarán muchos comigo, y exhortarélos a la vida santa y a la freqüentia de los sacramentos.

12. Falta ay aquí de todo bien, no hay quien predique a my gusto, y ansí no se haze nada. Ocupado yo de la suerte que arriba digo, no puedo predicar muy a menudo, lo que sería menester para hazer los hombres santos, vltra que según la buena costumbre de la Compañía es menester y decente empesar ansí do somos nueuos.

Embíeme V. P. por amor de Jesu X.° algunos hermanos y Padres a esta viña del Señor, y yo me offresco con el fauor de Jesu X.° de hauer lymosnas por nosotros.

13. El negocio de M. Villasclaras [3], sardo, nuestro charísimo in Domino, he tratado con cartas muy bien. Espero de cada día la respuesta y auisaré. Confío que yrá ansí bien como queremos.

Sea por amor de Dios las cartas de las Indias.

V. P. por amor del Señor nos ayude con sus ruegos y diga al P. Adrián Adriani que por amor de Dios me perdone mis peccados; y a todos N. S. nos dé muy grande augmen-

---

[1] Baltasar de Heredia, O. P.

[2] Alvarus de Madrigal. Vico, *Historia de Cerdeña,* part. I, cap. 17.

[3] Cf. *Lainii Monum.*, II, 429.

to de su gracia. Amén. De Cáller a 13 de Henero 1558.

De V. P. sieruo en Jhu. X.°,

P. Spiga [1].

Quiçá escriuiré algunas uezes a algunos collegios de la Compañía vezinos a Cáller. V. P. por amor de Jhu. X.° me conseje siempre y reprehenda en lo que falto, quanto le plaze.

Inscriptio. † Al muy R. P. N. en Jhu. X.°, el P. M. Diego Laýnes, vicario general de la Compañía de Jesús. En Roma.

Sigilli vestigium.

136

P. JOANNES RETHIUS

COLONIA 16 JANUARII 1558 [2].

1-2. *De florenti statu studiorum, tam theologiae, quam artium.*— 3-4. *De frequentia scholasticorum et de eorumdem in litteris et bonis moribus progressu.*— 5-6. *Ministeria erga proximos. Senatorum et aliorum benevolentia.*—7. *De mediis ad Germaniam juvandam.*—8. *Salutationes.*

1. † IHS. Pax Christi, etc. Sancta obedientia, R. P., et tempus ipsum *satis superque* nos admonet ut ea quae superiori quadrimestri per Dei gratiam hic gesta sunt, paucis nunc exponamus. Sciat itaque R. T. P. superiori anno lectionem theologicam a nostris uix unquam intermissam esse; et in ea perpetuo plurimos fuisse auditores. Enarrarunt autem *Mag. Petrum Lombardum, quem* Magistrum Sententiarum *nominant*, Genesim, Abdiam, partem magnam psalmorum dauidicorum, et omnes epistolas canonicas. Constituti sunt etiam duo professores ordinarii [a], et

[a] ordinarii ex vniuersitate coloniensi.

[1] Vide pag. 409, annot. 2.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 139*, 3 ff., nn. 5-7; prius 514-517. Polanci emendationes consueto modo indicabimus.

utrique donatus canonicatus [1]. Vnius est sententiarum libros explicare, alterius uero paulinas epistolas. Vterque autem uir doctus est et bene in linguis uersatus. Sunt praeterea institutae disputationes hebdomadales in quibus baccalaureis ordine respondendum est. Quibus omnibus fit ut multi sese ad theologiam conferant atque in ea promotiones sumant. Superiori anno tam multi baccalaurei facti sunt, ut mirari satis nequeam. Omnes docti adolescentes sunt, et bene in literis humanioribus uersati. Atque hac instauratione studii theologici, quod nimium collapsum erat, supra modum roboramur aduersus haereticos.

2. Studia artium et linguarum tametsi hactenus bene floruerant, florebunt tamen deinceps, spero, magis. Omnes enim professores diligentiores paulatim efficiuntur, et *recens* [a] regens collegii montani [2] (pro antiquo *autem superioribus septimanis* uita defuncto et bene de nobis merito [3], tanquam pro benefactore, rogo, Deum orate) magnam de se spem praebet cuiusdam instaurationis *propter insignem eruditionem*. Apud hos et totam artium facultatem non parum Societas potest. Duos enim nostrorum ad consilium suum admiserunt, eisque decanatum et alium magistratum detulerunt [4]; eosdem examinatores constituerunt; *quinque discipulorum ad examen et baccalaureatum admiserunt et eis promotionem* [?] *factam* [?] *contulerunt*. M. Balduinum [b] et M. Andream [5] magistris huius vniuersitatis aequarunt, et M. Ioannem Berkelium et M. Gregorium Fabium laurea magistrati [*sic*] ornarunt. Verum non parum omnes

[a] nouus. —[b] Nostros M. Balduinum...

[1] Theologiae professores erant Joannes Geffen Schlottanus, et Gottifredus Rhedanus. Cf. HANSEN, *Rheinische Akten*..., 309.

[2] Gerardus Mathisius. Ibid.

[3] Mathias Kremer. Ibid., 275.

[4] Ad consilium admissi sunt P. Joannes Rethius, et P. Franciscus Costerus. P. Joannes Rethius fuit decanus facultatis artium ab anno 1557 ad 1558. Ibid. 287, 788.

[5] Andreas Boccatius, frisius.

etiam excitari puto a collegio nostro, in quo professores sunt septem: M. Henricus Dionysius noster est theologus, M. Franciscus Costerus physicus, M. Balduinus Angelus logicus: reliqui uero rhetoricam et grammaticam *cum Cicerone* docent. At haec rectius ex lectionum catalogo cognosci potuerunt.

3. Discipuli plurimi sunt et ex uariis prouinciis, cum catholicorum, tum haereticorum, et omnes fere boni et magnae spei adolescentes, qui in literis pariter ac pietate proficiunt. Quantum in literis progressum faciant, ostendunt eorum disputationes, declamationes et epistolae. Quantum in pietate promoueant, facile ex hoc liquet, quod sacrum quotidie flexis genibus audiunt, templa deuote uisitant, rosariis et Gersone [1] utuntur, frequenter confitentur et communicant, et montanos ac laurentianos ad eadem frequentanda sacramenta inducunt, et quod ualde multi ex iis ad Societatem aspirant. Conuictores sunt plurimi, nobiles et magnorum uirorum filii. Sumus domi 39 [a]. De horum bonitate multa dicenda forent. Omnes peculiari quodam modo a Deo ad nos missos arbitror. Ne unus quidem eorum malus est: non aliter uiuunt et in prauarum affectionum mortificationibus se exercent quam si iam Societat*is* [b] essent.

4. D. Andreas, concionator menningensis [?] quem R. P. Leonardus in itinere suo romano lucratus est Deo, *qui eum Coloniam subsecutus est, qui hic optime exercitia fecit, hic* in die circumcisionis Domini, in festo nominis Iesu, in principio noui anni, nouum se fecit discipulum dulcissimi Iesu. Primum Societatis uotum tum nobis omnibus nescientibus uouit; sicque fratrum nostrorum numerus

---

[a] *Seqq. aliqua vv. ab auctore, ut videtur, plane deleta.* — [b] de Societate nostra.

---

[1] Indicari videtur liber «De imitatione Christi», Joanni Gersoni olim adjudicatus.

auctus est [1]. Aspirant praeterea ad Societatem plurimi. Et si omnes admitterentur, iam solius Societatis plures essent hic quam triginta. Omnes docti sunt et multis donis naturalibus exornati a Deo. Augeat in eis Deus bonam uoluntatem et per eos *noua* [a] aliquando in Germania [b] erigantur collegia.

5. *Atque* [c] eos iuuant Patres qui nunc sunt Coloniae. Nam hi praeterquamquod in collegio docent et conuictorum curam habent, in hoc etiam agunt ut discipuli in spiritu proficiant, confessiones audiunt, ad quas quoque multi externi conueniunt. Concionandi uero occasio tanta offertur, cum per alios, tum per Ill. comitem de Mansfelt, Ressi. archiepiscopi nostri quasi vicarium, ut si sex hic Patres essent, qui nulla re nisi concionibus occuparentur, non eis locus *deesset* [d]. Paulatim, spero, Deus dabit operarios: messis certe multa est et ingens hic bonum fieri potest, quod post in totam emanabit Germaniam.

6. Apud ipsum quoque senatum non parum bonum fieri potest. Nam plurimi in eo Societatem multum diligunt; eius consilium petunt et libenter exequuntur. Quidam instinctu Societatis et cuiusdam nostri discipuli in senatu nuper effecit, *ut* [e] quidam uendens libros haereticos caperetur, utque uisitandae sint officinae librariae et malorum librorum conficiendus sit catalogus. Animaduertit praeterea senatus noster in haereticos eos expellendo. Faxit Deus ut ab hac fera purgetur ciuitas. Bene etiam nobis fauere uidetur mihi in uicinis ditionibus, et collegium nostrum promouent. Imo tot habet amicos hoc collegium tum Coloniae tum extra Coloniam, ut iam catalogi lectionum ad omnes fere

---

[a] varia. —[b] *Praec. v. supra versum script. est, deleto alio, quod legi nequit.* —[c] Multum. —[d] esset defuturus. —[e] vt; *deleto* ut *obscure exarato.*

---

[1] In catalogo collegii coloniensis mensis Februarii 1559 (in codice *Germ. 131*, fol. 36v) recensetur inter sacerdotes D. Andreas Aquensis, de quo agi videtur.

scholas et haereticorum et catholicorum mittantur; et ad plurimas modo peruenient. Hocque agunt multi ut quamplurimi adolescentes ad scholam et mensam nostram ueniant, etiam Vittemberga, Lipsia et aliis locis haereticorum. Vt quemadmodum ab ipsis nostrorum ciuium filii peruertuntur, et reuersi ad nos [a] multa bona impediunt et mala faciunt, ita ipsorum filii hic recte instituantur et reuersi in patriam eam conuertant, aut saltem multa bona promoueant et mala impediant. In quo tantum, spero, ualebunt ipsorum filii recte instituti, atque ualent nostrorum ab ipsis haeresi imbuti. Vbi multi ex iis uenerint, dabit, spero, Deus domum ampliorem vt recipi queant.

7. Iam hoc agunt amici nostri, ut collegio coniungantur aliquot uicinae domus. Et tantum, spero, aliquando loci adiungetur, vt quatuor illa multum desiderata erigantur collegia: vnum Societatis cum adiuncta domo probationis; alterum conuictorum; tertium eorum qui propria uiuunt quadra *et porcionistarum* [b]; quartum pauperum. Quos [c] commendatione iuuabimus et iuuamus, ut uitae necessaria habeant. Nam ad hoc multi hic procliues sunt, imo plures sunt qui uolunt dare, quam ego habeam quos uelim commendare. Hec de superioribus germanis dico, nam uicini nostri licet pauperes sint, facile ex patria aliquid conquirere possunt. Hac ratione, spero, haereticorum labefactabimus potentiam. Et quoniam haeretici multos libris suis seducunt, eosque mirum in modum per Germaniam dispergunt, curabimus ut catholicorum libri pari modo dispergantur. Sed utinam catholici tot eiusmodi libros conficerent et in eis ita se ad captum uulgi accommodarent atque haeretici. Per utrumque catechismum P. Canisii multum hic fit boni. Paruus hic secundo nunc imprimetur; maior iam pridem hic impressus esset, ni regis priuilegium obstitisset: impressus tamen est Leodii et Louanii. Gratissimum est

---

a *Dubia lectio.* — b seu conuictorum. — c *Hoc v. positum est pro alio, quod legi non potest.*

opus multis. Iuuet nos orationibus V. R. ut iisdem aut melioribus mediis Colon*iam* conserue*mus* et German*iam* ad Ecclesiam reduca*mus* [a], quibus eam aduersarii ab Ecclesia abduxerunt. Plura scriberem, sed futura concio id modo prohibet.

2. Primum igitur a sacramentorum ac verbi ministerio auspicabimur; quo quidem longe lateque lucis suae radios Societas nostra spargit. Itaque a mense Februario superioris anni rector collegii, D. Hieronymus, euangelistam indefessum se gessit cum bona populi gratia. Diebus sacris quadragesimae superioris euangelii munere Biliomi functus, ac integrum aduentum diebus singulis concionatus, Claromonte atque in aliquot aliis oppidis ac pagis bonum Societatis odorem suis concionibus spargens aliquoties, Biliomi vero frequentius. D. Nicolaus itidemque D. Jacobus [2] Biliomi aliisque in locis ecclesiastae officio ad Christi animorumque lucrum functi sunt. Ego vero superiorem quadragesimam apud issiodorenses, proxime elapsum aduentum apud ryomenses, proposita auditoribus D. Jacobi epistola, concionatus sum. Extra vtriusque temporis periodum Biliomi frequentissime ac maxime diebus solennibus; Claromonte feriis sacrae eucharistiae, Ryomi feriis S. Amabilis, vrbis patroni; itidemque festo omnium sanctorum; denique in aliis quamplurimis et oppidis et pagis verbum Dei hoc anno disseminaui. Euangelii fructum, con-

---

[1] PP. Paschasius Broët et Baptista Viola qui praecedenti anno Romam ad congregationem generalem profecti fuerant. Cf. *Lainii Monum.* II, 246.

[2] PP. Nicolaus Lietard Paradensis et Jacobus Morellus. Vide pag. 108, et *Lainii Monum.*, III, 134.

fitentium et communionem frequentantium turba, preces, vota et obsequia nos inuitantium, animarum denique conuersio, consolatio, promotio commonstrant. Obruimur interdum ad verbi ministerium nos vocantium votis, adeo vt in ferias sacramenti a claromontensibus, ryomensibus, montiferranaeis et aliorum oppidorum ciuibus desiderati fuerimus; sed claromontanis ac biliomaeis ministerium nostrum dumtaxat impendere potuimus. In aduentum et quadragesimam potissimum huius anni multorum precibus hinc inde strenue certatum est. Ryomenses ac bryoudenses literis ad episcopum claromontensem missis operam meam proxima quadragesima expetierunt; sed episcopus ryomensibus magis fauit, quippe qui suae dioeceseos sunt; atque illustrissimi nominis apud aruernos ob magistratus, eruditionis atque diuitiarum praestantiam.

3. Pater vero Hieronymus biliomensibus hanc quadragesimam euangelium ministrabit, Christi fauore propitio; quo quidem aspirante, tum Magdalenae tum Marthae gemino officio dextre supra omnem spem fungitur.

4. Quantum vero ad sacramentorum administrationem attinet, aegre credas, Pater, quam toto anno occupati fuerimus, potissimum Biliomi; vbi praeter vtriusque sexus ciuium infinitum pene numerum, singulis mensibus scholastici, modo quingenti, modo septingenti, modo nongenti confessi sunt. Accedunt enim ad millenarium numerum, si alphabetariorum (quorum erudiendorum cura paedagogis priuatim incumbit) cateruam, classicis auditoribus annumeres. Benignissime Jesu, quantus orthodoxae religionis fructus e confessionis frequentatione tibi accessit!

5. Infirmorum aedes accersiti frequentamus poenitentiae alexipharmacum expetentium, quibus vberrima consolatio suauissimo Christi spiritu subministratur. Quoties solennes imminent feriae, obruimur ad confessionis antidotum concurrentium affluxu. Superiori hebdomade ob jubilaei indulgentiam quinque domus nostrae sacerdotes confessionibus audiendis occupatissimi fuimus, in quorum numero

D. Petrus Canalis strenuum Christi athletam se gessit. Sacra communio magis magisque et Biliomi et alibi frequentatur. Supremo die dominico supra ducentos ad altare nostrum eucharistiae conuiuio salutari recreati fuere. Feriis omnium sanctorum atque dominicae natiuitatis confertissima hominum turba eucharistiae ambrosiam simul atque nectar, vt mihi tum absenti fide fratrum relatum est, sumpsit. Quis laetitiae lachrymas continere queat, quoties numerosum illum conuiuarum coetum coelestis mensae deliciis frui conspicit? Certe funduntur lachrymae, erumpunt suspiria, vota precesque offeruntur a piis in hoc conuiuio cum humili reuerentia ac filiali plane timore.

6. Jam scholae nostrae, quin potius academiae florentissimae, ordinem atque exercitium describamus, quae nouo quotidie augescit incremento, cum maximo studiosorum profectu. Sex professores classici probe suo funguntur munere in erudienda juuentute tum in moribus tum in literis, idque indefesso prorsus labore. Ego vero prouectioribus psalterium dauidicum enarro diebus profanis. Ordo is seruatur qui imperio praepositi Baptistae constitutus est, tum in praelectionum functione, tum in morum castigatione. Diebus singulis sacrum auditur, mensibus singulis confessionis sacramentum a discipulis nostris frequentatur. Miraculum est stupendum exteris millenarium prope discipulorum numerum circumquaque altari imminentem cernere. Decreto quoque sancitum est, vt vniuersi concionibus intersint haud oscitanter nec somnolenter. Correctio morum obseruatur quam religiosissime. Exercitia scholastica ac dissertationes publicae atque priuatae habitae sunt habenturque statis diebus, primario professore praeside. Decimo septimo Augusti in aula canonicorum habitae sunt disputationes solennes theologicae, depromptae ex obseruationibus in euangelium (quod ad decimum vsque caput tum temporis prosecutus eram) D. Lucae adnotatis, habitae sunt [a], ad

[a] *Sic ms., nulla re deleta.*

quas ludi claromontensis moderatores et amici religiosi confluxerunt. Postridie vero dialecticae atque adeo rhetoricae concertationes, non sine applausu auditorum subsecutae sunt. Declamationes frequentissimae varii argumenti hoc anno a discipulis nostris aeditae sunt. Graece quoque declamatum est a quodam. Carmina latina et graeca a discipulis, auctoribus magistris Leonardo et Ludouico [1], pronunciata sunt cum insigni Societatis honore, et juuenilis ingenii exercitatione perquam vtili. Comoediae et latinae et gallicae metrica lege conscriptae, auctoribus Ludouico et Roberto Lanoys, exhibitae sunt aliquoties cum insigni gratia et laude.

7. Feriis aestiuo tempore hic D. Nicolao consecratis, habita est aeigloga [*sic*] de laudibus domini claromontani antistitis [2], maecenatis Societatis nostrae apud aruernos. Eodemque die pronunciata est oratio carmine conscripta, in patrocinium atque encomium poëtarum. Feriis augustissimo altaris sacramento dicatis exhibita est aegloga de dignitate et necessitate eucharistiae; itidemque eiusdem argumenti comoedia gallica, rythmice conscripta, interlocutoribus christiano, pagano, sacra scriptura, fide, humilitate, magistro gentium Paulo, quatuor euangelistis, Abrahamo, Mose et Elia prophetis. Festo assumptionis Beatae Mariae de eiusdem Virginis assumptione exhibita est comoedia gallica, interlocutoribus collegio duodecim apostolorum, impiorum judaeorum tandem resipiscentium caterua, virgine Maria, Dno. Jesu, et angelis numero tribus. Itidemque acta est comoedia latina (cui titulus erat «Dę oue perdita»), actoribus Philochristo, Eutropo, Oephilo, seruo, atque vicinis. Decimo octauo Augusti exhibita est comoedia gallico sermone, cuius symbolum erat «Reformamini»; in qua nimirum de reformatione omnium statuum tractabatur, interlocutoribus arbitro aequissimo cum suis officia-

---

[1] Leonardus Masserus et Ludovicus Gerardinus.
[2] Gulielmus a Prato.

riis, monacho, canonico, jurisconsulto, medico, nobili, mercatore, agricola. Feriis D. Catharinae ac D. Nicolao sacratis, admodum scholasticorum obseruationi solennibus, olim choreis, poculis, lusibus, profane celebratis, superiori vero atque praesenti anno pie religioseque obseruatis; juuentus vt a profanis negotiis arceretur, sacris ac seriis huiuscemodi ludis occupanda nobis videbatur. Itaque feriis D. Catharinae oratio peruenusta in sanctae martyris encomium, quae et panegyrica erat ad persuadendum alacre literarum studium, habita est; quam subsecuta est eiusdem argumenti comoedia latina, interlocutoribus Eupethe ad Christi obsequium pia persuasione reuocato, et Theophilo, Dei amantissimo; qui quidem dialogus, pius iuxta ac eruditus est. Festo postmodum Sti. Nicolai acta est comoedia latina, quae inscribitur «Nicophorus», agens nimirum de christiani militis victoria contra aduersarios, quam Nicophorus obtinet ab angelo ad sacerdotem missus, a quo primum armatus lorica justitiae, caligis atque calceis, quibus ad omne opus bonum fit agilior, contectus, galea salutis scuto fidei, denique gladio spiritus munitus, omnia tela ignea hostium retundit irritatque. Cum Nicophoro enim certant bini teterrimi daemones, Misotheus et Psicharpax nuncupati, quos animorum helluones fame furientes remittit ille delusos.

8. Feriis D. Stephani acta est historia eius martyrii rhythmo gallico, interlocutoribus christifidelibus, incredulis judaeis, D. Stephano, judice, testibus. Latinas comoedias exametro carmine vniuersas magister Ludouicus aedidit; gallicas vero rhythmico genere omnes magister Robertus Lanoys conscripsit. Quoque anno decreuimus huiusmodi spectaculis ac ludis et discipulos nostros et ciues semel saltem atque iterum Christi fauore recreare, quin etiam instituere; non enim haec aguntur absque animorum commotione et spiritali fructu, interdum haud impari concionis prouentui. Mirum etiam est quam hisce sacri argumenti ludis Societatis nomen ad Christi honorem diuulge-

tur. Quum igitur disciplinarum et artium professione, facili methodo, adeo alacri exercitatione, declamationum atque comoediarum frequentia schola nostra coruscanti lumine fulgeat; quid mirum si nobiles liberos suos hinc inde ex aliis vrbibus et academiis reuocent, vt nostrae fidei erudiendos eos tradant? Quid mirum si paedagogi cum suis discipulis ad hanc scholam confluant? Quis denique mirabitur si non modo e vicinis locis, verum etiam e remotissimis scholis ad hanc academiam cumulatim conuolent? Quid tandem fore speramus, vbi collegium nostrum erectum erit? Sed hactenus de studiorum prospero successu; nunc ad domus nostrae penetralia progrediamur interius.

9. Ex quo quidem Patres nostri hinc profecti sunt, Rdus. P. Hieronymus pondus diei sustinens, laborem vtriusque hominis subiit grauissimum, fratrum aduersa valetudine assidue prope exercitatus; quorum e numero vnus ac solus magister Antonius Monachi, natione picardus, bis terue cum febri conflictatus, iterumque ad valetudinem prosperam conuersus, tandem in Domino obdormiuit decimo tertio Januarii, nocte media transacta. Qui insigni obedientia patientiaque nos plurimum consolatus est. Cui defuncto domini canonici atque ciues plurimum honoris exhibuerunt, tota ciuitate ad funus ipsius honorandum concurrente. Eius animam Paternitati tuae et fratrum omnium orationibus ac Patrum sacrificiis humiliter per Jesum Christum commendamus. Hic quidem quum sextae classi praefectus fuerit, alterum expectat successorem, cuius vice hactenus fungitur D. Morellus, frater noster. D. Petrus Canalis interea strenue confessarii munere fungitur, quod ante D. Jacobus [1] obibat; Dei enim gratia prosperae iam valetudinis est, nec cerebri aegritudinem amplius queritur. Magister Leonardus ac D. Nicolaus grauissimo morbo vexati praelectiones suas intermittere coacti fuerunt; qui qui-

[1] P. Jacobus Morellus.

dem nunc recte se habent. Magister. Oliuerius[1] febrim quartanam iam supra sex menses patitur, nec speramus morbi remedium ante vernum tempus. Nemo nostrum extitit qui morbi nuncium non viderit, aliisque metum non incusserit. Quantum vero ad animorum conditionem attinet, vniuersi fraternae charitatis ac pacis inuiolabili societate coniuncti, humilis obedientiae studioso obsequio talentum suae fidei concreditum cum vberrimo foenore Domino reddere laborant obnixe.

10. Si collegii erigendi dotandique spem non modo conceptam, verum et prope enatam spectemus, est quod abunde benignissimum Christi fauorem per D. episcopi beneficentiam coeptis nostris aspirantem gratulemur. Posteaquam solum collegio extruendo destinatum impensis episcopi redemptum, in nostram potestatem cessit, cumulatissimi lapidum iaciendo fundamento acerui congesti sunt; quin etiam quamplurimi lapides mole ingentes, ac saxa molaria permagnis impendiis quotidie aduehuntur structurae aedificii perpolienda. Si Patrum nostrorum reditus foret maturior, tantum negotium inchoatum promoueretur quam ocyssime: quos quidem incolumes proximo Mayo anhelo spiritu praestolamur. Rdus. Dns. episcopus aequo animo tulit ipsorum adeo diuturnam absentiam, quorum tamen haud mediocri tangitur desiderio. Morbi discrimine laborauit periculosissimo cum exigua prolixioris vitae fiducia; qui tandem ad pristinam valetudinem conualuit. Ex fratris Dni. de Nantoillet morte haud leuem aegritudinem animi corporisque conceperat, quam paulatim remisit ac mitigauit. Expectatur a nobis proximo vere, diu desideratus. Nuperrime per literas insignem erga Societatem affectum exhibentes, mihi iniunxit, vt proximam quadragesimam apud ryomenses transigerem, verbo Dei praedicando; cuius auctoritate ciuium eius vrbis petitioni obtemperare debeo ac volo. Non desunt in ea vrbe qui collegii Societa-

[1] P. Oliverius Du Hamel.

tis dumtaxat ad sacramentorum et euangelii ministerium erectionem centum coronatorum priuato impendio se promoturos testati sunt praeterito aduentu.

11. Demiramur Christi Jesu gratiam, qua Societatem suam prosequi dignatur ad animarum passim conuersionem consolationemque. Nobiles permulti mox nos accersunt, quoties morbus ipsis grauius minatur periculum. Quin et canonici in sinum nostrum conscientiae arcanum deponere gaudent. Dns. vicarius generalis Rdi. episcopi, Boutinellus, sub mortis diem, nobis accersitis, nostro ministerio poenitentiae simul et eucharistiae sacramenta percepit cum vberrima astantium consolatione, et perfecta sui in meam fidem resignatione. Pudebat me meae superbiae, dum obseruarem in venerando sene, prope octogenario, tantam humilitatem et obedientiam. Sat scio animam ipsius vestrae erga eum charitati commendatissimam fore. Certe si quando vllum vrget periculum mox ad Societatis praesidium, consilii auxiliique gratia, tanquam ad asylum recurritur, non modo Biliomi, sed et in celeberrimis vrbibus ac castellis nobilium, si quando nostri copia illis detur; quin et frequentissime aut hinc alio accersimur, et aliunde huc ad nos alii conuolant. Societatis armis spiritalibus, sacrificiis nimirum atque orationibus plurimum fidunt infirmi, et graui impedimento alicui intricati, e quo commode se expedire nequeunt. Viget denique ac floret Societatis Jesu nomen vbique in hac aruernorum regione ac vicinis locis. Certe oratio in synodo pastorum Claromonte post ferias Diui Lucae iterum a me habita, quemadmodum ea quae secundo abhinc anno a me habita erat; maxime vero oratio illa insignis a praeposito nostro, Dno. Baptista, superiori anno declamata, haud vulgarem Societatis famam sparsit ad Christi Jesu honorem. Doctrinae christianae praelectio juuentutem ad pietatis incrementum hoc anno multum promouit; quam aduentu proxime praeterito Pater rector in suis concionibus auditoribus enarrauit. Faxit Christus vt minima sua Societas caelo terraque crescat in

milia milium. Fratres vniuersi quam humillime sacrificiis et orationibus Ptis. tuae ac Patrum omnium fratrumque orationibus se commendatos percupiunt. Quinto Februarii 1557 juxta subputationem gallicanam. Ex oppido Biliomaeo.

Imperio rectoris nostri P. Hieronymi Bassii, Rdae. Ptis. tuae minimus filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS [1].

Inscriptio. Rdo. in Christo Patri, Dno. vicario generali Societatis Jesu. Romae.

Sigilli vestigium.

144

VINCENTIUS ROMENA

BIVONA 22 FEBRUARII 1558 [2].

1. *Litterarum tarditatem excusat. Epistolae ratio.*—**2-3.** *Fructus ex Patris rectoris concionibus et ex doctrinae christianae explicatione.*—**4-7.** *Apostolici labores Patris rectoris in urbe Calatabellota et in urbe Xacca, ubi ducissae Bivonae morienti adest: hujus elogium.*—**8.** *In aliis etiam oppidis nostri concionantur.*—**9.** *Scholasticorum institutio; boni eorum mores.*—**10-11.** *Sociorum numerus; valetudo; mors fratris Herculis. In gravi periculo a carmelitanis et aliis juvantur.*—**12.** *Novae aedificationes. Templi structura progreditur. Ducis et ducissae de Bivona pretiosa munera.*

1. † Jhus. M.ª La gratia et pace del N. S. Jesù Chro. sia sempre in noi et in tutti. R.do in Chr.o P.e Io penso che V. R. grandissimamente si sarà marauigliata, che nesuna, già quasi un' anno fa, litera quadrimestre di questo col-

---

[1] Vide superius, pag. 111, annot. 1.

[2] Ex originali in codice *Sic. 181-Sic. 182.*, 3 ff., nn. 18, 19, 20; prius 317, 318, 319. Praecedit exemplum latinum in ff. 16-17. Secundum HANSEN, *Rheinische Akten...* 767 est apographum in archivo coloniensi. Aliqua verba deleta, aut subducta linea notata sunt, et earum loco alia supra versum scripta. Priora in textu italicis litteris indicamus, posteriora in annotationibus.

legio, secondo l'usanza dell'altri, riceuto habia. Di questo, parte, anzi specialmente (per confessare la uerità) deue esser incolpata la nostra negligentia; parte perchè già molto tempo fa pensauamo che V. R. delle cose che qui per noi intra questo tempo sono fatte, dal rectore di Palermo [1] esser stata auisata. Ma adesso tanto per commandamento del nostro prouinciale [2], quanto per il felice passagio di questa uita della signora duchessa di Biuona, dona [a] Isabella di Vega et Luna, alcune cose, le quali la diuina bontà per noi fare si è degnata, breuemente dirò (perchè ogni cosa racontare, così saria forse a V. R. molesto, come a me difficile). Adunque prima dirò quel che tocha alla salute dell'anime delli forestieri; dipoi, quel che si appartiene al profitto delli discepoli; finalmente, quel che alle cose domestiche conuiene.

2. Il R.do P. rettore di questo collegio [3], la quadragesima passata predichò ogni giorno nella principale chiesa, alla città; il quale quanto a questi bibonesi habbi satisfatto, et alle loro anime aiutato, essi tanto con parole quanto con fatti, assai bene dimostrato l'hanno. Alcuni delli quali publicamente diceuano, già molti anni fa non hauere udito un' altro predicatore così a loro grato et utile, come il nostro rettore; altri anchora, et specialmente delli principali, alla casa nostra uenero a ralegrarsi con noi, perchè tutti dalle prediche del nostro rettore sodisfatti restati erano. Molti anchora, per le prediche di quello mossi, la spada et altre armi, che qua a la magiore parte come naturale portare è, si leuorno. Oltra di questo, per essortatione di quello, assai danari et grano si racolse, et dipoi alli poueri si dispensò. Tanti anchora, così nella quadragesima come dipoi la pascha della resurretione, a confessarsi alli nostri

---

[a] don *ms.*

---

[1] P. Paulus Achilles.
[2] P. Hieronymus Domenech.
[3] P. Petrus Venustus. Cf. *Lainii Monum.*, III, 159, 405.

Padri concorserono, che a tutti marauiglia fu, sì perchè continuamente et senza niente confessauano (perchè questo qua è nuouo et inusitato), sì perchè in tanto il modo et maniera del confessare delli nostri Padri alli stessi penitenti piaceua, che mai tanto frutto et tanta cognitione delle cose spirituali, quanto confessandosi con li nostri, delle suoi confessioni auanti auer pigliato, chiaramente testificassino. Lascierò da parte quelli li quali già alcuni anni fa mai si erano confessati; et quelli li quali confessione generale fecerono, acciò non sia più longo di quel che ho promesso.

3. Dipoi le feste della resurretione, il nostro rettore comminciò secondo l'usanza della Compagnia, nella nostra chies*etta* [a] a predichare, doue il più delle uolte il gouernatore della città con molti dell'altri officiali, altri anchor principali, et grande multitudine di donne, ueniuano; donde assai utilità et edificatione ne piliauano. Oltra di questo multi ueniuano a intendere la dottrina christiana, la quale ogni uenerdì con *assai* [b] contenteza et frutto delli ascoltatori, il Padre ministro dichiaraua.

4. Et perchè le cose che in altre terre per il nostro rettore ad edificatione et aiuto delli prossimi fatte sono, non sone forse molto [c] minore che queste che qui si sono fatte, pertanto quelle anchora legiermente tocherò. Lui la state passata dal ducha [1] et dalla duchessa di Biuona fu chiamato a Calatabellotta, doue (anchorchè alcuna uolta ci uisitasse) circa tre mesi dimorò; et ibi ogni dì di festa, essendo presente il ducha et la duchessa, et li più della terra con *assai* [d] edificatione et frutto dell'anime predicò. Parimente per suoi ammonitioni, grande limosina per alcune done religiose ragunata fu, et tanto amore et beneuolentia inuerso la nostra religione nelli calatabellotensi escitò quello tempo, che nesuno altro predicatore per l'auenire uolere hanno

---

[a] chiesa. —[b] buona. —[c] *Hoc v. videtur additum extra versum.* [d] buona.

---

[1] Petrus de Luna.

determinato, *che* [a] alcuno della Compagnia; et ogni sforzo hanno fatto acciò il nostro rettore a predicare là andassi. Grandamente [b] anchora alcuni della Compagnia hauere desiderano, et per questo effetto già 60 scudi per ogni anno hanno promesso. E, certo, una terra sana, et fertile, et alli nostri molto conueniente; la gente semplice et diuota è. Se hauessi piacuto a Dio che la signora duchessa hauessi alquanto più uiuuto, già forse un collegietto iui fondato saria. Imperochè così essa, come il ducha, in gran maniera questo desiderauano, et il uitto anno per anno promettevano, et il loro palazo accomodauano, insin' a tanto che una casa per la Compagnia da principio si edificassi [c], nè mancho insino adesso il ducha ha mutato parere [1].

5. Oltra di questo, quello che il nostro rettore in Xacca ha fatto, non tacerò. Questa hinuernata andò a Xacca in compagnia del ducha et duchessa (a li quali per li loro *smisurati* [d] beneficii et amore, che sempre portono a la Compagnia, et per commandamento dell'obedientia, niente negare possiamo) doue con ardentissime preghiere delli principali et preti, et richiesta del ducha et duchessa, nelle domeniche del auento nel sommo tempio manifestare la parola de Dio sforzato fu. Per le cui prediche li xacchetani non poco edificati et adiutati fvrnoro. Dipoi nel medessimo luogo instantemente pregato a quatro monasterii predichò, delli quali uno che già longo tempo senza ordine et modo di religione uiueua, subito che esso P.[e] intesse, ritornare al suo primo et honesto modo di uiuere deliberò. Et per questo subito per il loro confessore instantemente al P.[e] domandorno, chè se esso non potessi, curassi almancho che alcuno de' nostri fussi mandato a riformarle. Fece anchora una predicha in Xacca nelle essequie della

---

[a] se non. —[b] *Hoc v. scriptum alia manu supra vers., alio deleto quod legi non potest.* —[c] edifificassi *ms.* —[d] grandi.

---

[1] Paucis post mensibus inchoatum est collegium Calatabellotae. Cf. *Lainii Monum.*, III, 405.

duchessa sopra la sua uita et uirtù, la quale tanto in quelli pianti fu grata et ioconda, che insin' qua il buono rumore di quela sparto fu. Li xachetani grandemente il P.e in Xacca predichare questa quaresima desiderauano, se non auanti hauessino conuenuto con uno carmelitano. Mentre che stette in Xacca, molte confessioni udì, et specialmente del ducha, il quale nel natale del Signore si communicò (la qual cosa fu assai consolatione et edificatione). Duoi anchora merchatanti con esso si confessorono, li quali di continente entrare in alcuna religione fermamente deliberorno.

6. Anchora ogni 15 dì la duchessa con tutte le sue compagne et serue confessaua et comunicaua, perchè così acostumata essa era. La stessa anchora duchessa nessuna delle sue prediche mai perdeua, et tanto alla nostra religione era affectionata [a], che solo li nostri bene predichare li pareua, et per amore della Compagnia nessuno trauaglio, o spessa quanto si uolessi grande, mai haueria et ha ricusato. Il nostro rettore et molti giorni auanti, et alla sua morte si trouò presente, et li feci scriuere il testamento, che senza alcuno della Compagnia uno giorno passare non sapeua. Onde la diuina bontà li concesse gratia, che anchora quando staua per morire, il P.e nostro li fussi appresso. Sì che il rettore non solo alla stessa duchessa con la sua presentia et essortatione (non certamente honesto ci pare il felice transito di tanto santa donna et tanto inuerso charitatiua, del in tutto con silentio passarlo), non solo dico a essa aiuto fu, la quale in tutta la sua uita honestamente, santamente, et pudicamente uiuendo a bene morire si apparechiò, ma anchora lo stesso ducha marauigliosamente consolò, qui per tale caso così non sperato d'animo quasi perso, d'esser soleuato et consolato bisogno haueua. La duchessa si partì di queste miserie al'eterno riposo (come piamente crediamo) alegra, con tutte l'arme della

---

[a] affettiona *ms.*

chiesa fortificata, alli tre di Genaro 1558, l'ottauo giorno dipoi il suo parto. Et tanto di se così desiderio, come opinione a tutti in Sicilia meritamente a lasciato, che quasi tutti la sua morte d'una parte pianghino, dal'altra beata la predicano.

7. In Xacca anchora (per tornare al proposito) specialmente per trauaglio del nostro rettore in questa carestia 250 scudi di elemosine racolti si sono, con li quali si è comprato frumento, et ogni dì di porta in porta alli più poueri si distribuisce, la quale cosa non poco certo di aiuto alli bisognossi, et alli richi di consolatione diede et da. Anchora lo medessimo P.[e] quando a Xacca staua, per tali domandaua la lemosina, et acompagnaua quelli che la dispensauano. Il medessimo anchora di Xacca ritornato qui fece. Anchora in Xacca alcuni pacificò. Qua anchora per l'industria et admonitione del P.[e] rettore un monasterio di monache di Sto. Benedetto secondo le antique sue regole si sono riformate, et hora ha buona fama, et di giorno in giorno pare uadino auanti nelle uirtù, et tutte quasi con li nostri confessarsi desiderano. Questo anchora li più di questa cità desiderano, le confessioni delli quali et il P.[e] rettore et il ministro udire sogliano, perchè non ci fu altri qua, che potessino confessare, delli nostri.

8. Oltra di questo, un fratello la quadragesima, et in altri tempi spesse uolte in uno castello, chiamato Sto. Stephano, predichò, il quale molto la gente a sequitare la uirtù [a] incitò, et infiammò. Il rettore similmente andò in un'altro castello detto Borgo, et iui predichò con assai edificatione et utilità. In fine, così li bibonesi, come li xachetani, et calatabelottensi, mirabile di noi opinione han [b] pigliato, et grandissima charità et beneuolentia, non modo inuerso di noi, ma anchora inuerso tutta la nostra Compagnia dimostrano; la quale cosa anchora et con bocca et con opere, quando è necessario, lo dechiarano et proua-

[a] *Obscure exaratum in ms.* —[b] ha *ms.*

no. Et marauigliosa fama della Compagnia per le uicine terre si è sparsa. Della quale cosa non a noi, ma alla diuina bontà ogni gloria et honore sia, la quale per noi indegni suoi ministri tali cose operare si degna. Et questo inquanto al frutto dell'anime, che in predichare et confessare, qua si è fatto, basti: hora quel che si appartiene alle schuole, breuemente lo spedirò.

9. Qua li scholari per hora non sono molti; la causa è, parte la carestia del uiuere, parte perchè la gente qua non è datta alle letere, ma li più a seminare frumento. Molto anchora le nostre schuole impedirono le malatie della state passata, imperochè al'ora fu del in tutto necessario chiudere le schuole. Ma quelli che alle nostre schuole uengono, non mediocre profitto nelli costumi fano. Ogni mese al costume della Compagnia si confessano: li magiori anchora riceuano la eucharestia: molti parimente ogni settimana si confessono, più anchora (si alli nostri Patri fussi commodità) più spesso frequenteriano la penitentia. Alcuni anchora giouanetti di buona creanza instantemente cerchano di esser fatti della Compagnia: altri anchora in altre religioni ire han determinato. Nelli studii anchora fanno frutto; alcuni delle uicine terre qua [a] per studiare uengono. Et così molto si marauigliano della sufficientia delli maestri, et della magniera d'insegnare. Sono in tre classe diuisi, nella prima si insegnano la humanità et greca lingua, nell'altre due la grammatica. Et ogni uno delli maestri si sforza perfetamente fare il suo officio. Et questo anchora inquanto alli scholari a bastanza sia.

10. Adesso quello che si appartiene alli di casa, anchora breuemente dirò. In questo collegio adesso siamo 10, alcuna uolta 11, alli più 12: tre sacerdoti, tre maestri, et 4 che si essercitano circa le facende della casa. Tutti per Dio gratia, fanno molto [b] bene quello che da l'obedientia

---

[a] *Prius* alcuni delle uicine della per studiare... —[b] molte *ms.*

loro imposto è. Et *pare che habino* [a] grande desiderio prima d'aiutare se, dipoi li prossimi. Et al presente del corpo anchora tutti stanno bene, anchorchè l'Agosto passato tutti infuor d'uno o duoi insino alla morte si ammalassino. Ma pur uno solamente, chiamato Hercole Perugino, il quale pochi pochi mesi auanti di Roma qua mandato fu, al celo (come speriamo) se ne andò. Era giouane assai sincero, et molto amatore del'obedientia, et disprezatore di sè, et come uno essempio et spechio di uirtù. Io certamente credo, che, se non fussimo iti ad habitare altroue, più ne sariano morti.

11. Li carmelitani ci accommodorno d'una parte de loro conuento, et tutto quello che ci fu necessario, uolentieri et benignamente ci accommodorno. Anzi tutti insino al priore per loro charità giorno et notte a noi in tanta necessità posti ci seruirno et aiuturno. Molti anchora delli citadini così officiali come priuati, li preti anchora, ma specialmente il vicario, il quale tutti noi *incredibilmente* [b] ama, et è come uno delli nostri, per loro humanità dolendosi del nostro caso, noi in qualsiuoglio modo aiutorno et fauorirno, a tutti li quali grandissimamente in uerità obligati siamo. Questa generale a noi malatia in grandissima magniera li nostri sueti officii et essercitii, et specialmente il profitto delli scolari impedì et ritardò. Pur in ogni cosa sia laudato et ringratiato sua diuina Maiestà, la quale ogni cosa in melio conuerte.

12. Dipoi il mese d'Ottobre ritornassimo al nostro collegio più forti et sani, nientedimeno non del tutto liberi et sani, et li nostri soliti essercitii ripigliare comminciamo, et le schuole, che circa tre mensi auanti chiuse furono, di nuouo aprire incomminciamo; li deboli a pocho a pocho guarirno, sì che tutti che stiamo hora qua, siamo in tutto sani. Et habbiamo speranza che con il diuino fauore da qui auanti in simile caso non caderemo. Imperochè pochi gior-

[a] hanno. — [b] multo.

ni fa habbiamo fatto uno nuouo dormitorio molto certamente accommodato, il quale ogni uno che l'a uisto, iudica che ci tenerà sani, et specialmente se la chiesa si inalzato fussi, perchè ci leuerebbe la uista et adito della tramontana, che qua è molto nociua. Noi pensiamo che la detta chiesa fra pochi mesi si finirà. Imperochè la duchessa per tale effetto ci ha lasciato 500 scudi [1] et ha anchora lasciato che il suo corpo sia in quello sepulto: anzi il ducha, il quale (come dice) nel medessimo luogo uuole esser sotterrato con la sua moglie, afferma che uole et presto et magnificamente quelo edificare con una bella sepultura degna della casata, et già di questo pensare incommincia. Già li fondamenti sono fatti, una buona parte delli muri alzata. Questo anchora aggiunse, cioè, che uole fare che questo collegio sia delli meglio et più accommodati di Sicilia. Pochi giorni fa donò alla nostra chiesa cinque uestimenti delli più belli et richi che la duchessa haueua, et uno dossello assai suntuoso. Anchorchè la sua moglie già molto tempo fa magnifici paramenti per la chiesa nostra dato haueua. Questo certamente che più charo a noi et principali di tutto era, quasi della memoria uscito mi era, cioè, la duchessa li mesi passati in donno a questo collegio diede un thesoro da esser preferito a tutte le richeze di Mida, Creso et Craso, ciò è una bellissima cassa piena di tutte le migliore reliquie, con alcuni uasetti d'argento smaltati, le quali reliquie la sua madre dona Leonora [2], donna deuotissima, quando Giouanni di Vega [a] suo marito era in Roma imbasciatore del'imperatore, con grande diligentia buscò, et alla sua figliuola Isabella lasciò. [*Preces postulat.*]

Di Biuona, alli 22 di Febraro del 1558. Per commissio-

---

[a] Vego *ms.*

---

[1] Cf. *Lainii Monum.*, III, 159.

[2] Eleonora de Ossorio.

ne del R.do P.e nostro rettore, di V. R.da Paternità indignissimo filiolo.

Vincentio Romena [1].

Si sono stato più longo, che haueuo promesso, V. P. perdoni di gratia alla mia imprudenza.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo, il P. Mtro. Jacobo Laynez, vicario generale della Compagnia de Jesù, in Roma.

Sigilli vestigium.

145

P. ALPHONSUS LOPEZ

MONTULIA 28 FEBRUARII 1558 [2].

1. *De primis collegii incolis.*—2. *De ministeriis quibus socii occupantur, et de fundatricis erga socios providentia.*—3. *De P. provincialis valetudine.*

1. † Jhs. Muy Rdo. P.e nro. en Chro. Pax Chri. Porque V. P. estará ya imformado cómo la señora marquesa de Priego [3] tenía hecho en este pueblo de Montilla vn collegio, a cuya petición el Padre provincial vino aquí, y mouido de la deuoción de la señora marquesa, y porque el edificio y dotación del colegio assí lo pidían, determinó se poblase luego; y ansí vinieron de Córdoua dos Padres, y de Granada, de la probación, algunos hermanos. Estamos al presen-

[1] De quo dicitur in catalogo collegii panormitani mensis Augusti 1558: «Mr. Vincentio Romena, fiorentino, di 24 anni, quale ha fatto venir de Bivona; è ministro di casa...» In cod. *Sic. 59*, n. 78. In longiori informatione ejusdem collegii, anni 1565: «Vincenzo Romena, di Fiorenza, sacerdote, di anni 31. Intrò nella Compagnia l'anno 1557; feci li voti il primo anno; fu fatto scholare approbato in Palermo li 10 di Giugno 1560. Auanti che intrassi haueua studiato grammatica; dipoi stete in Roma con uno pannero. Dipoi di esser intrato ha studiato grammatica, rhetorica, greco et logica et vno poco filosofia. Fu mandato a Biuona per legger' nella suprema schola, et in quello collegio dete molto buona edificatione...» *Ibid.* n. 142v.

[2] Ex autographo in codice *Hisp. 95,* 2 ff., nn. 254, 255; prius 120.

[3] Catharina Fernandez de Cordoba.

te con el Padre don Antonio [1] y su compañero cinco Padres y cinco hermanos; cumplirse a el número quatorze, y porque las scripturas de la fundación lleuarán los que fueren a la Congregación, en esta no daré particular relación della. El asunto que por agora en este collegio se toma es de enseñar a los niños leer y escreuir; y esto no se a començado, porque el aposento donde han de estar, no está para ello, por auer pocos días que se acabó; mas presto estará bien seco, y vernán los que esto han de hazer. Espérase en el Señor será este medio para que los niños se críen en virtudes y institución christiana; y para los padres será çebo con que se atrayan a que más siruan y glorifiquen a Dios.

2. Por agora los que aquí están, se ocupan en predicar y confesar. Vn Padre sale a los lugares de la tierra, que los ay aquí muy grandes y en disposición que yendo por la mañana, puede predicar y voluer a la noche al colegio. Otro predica en la iglesia mayor deste lugar por no estar aun acabada de hazer nuestra iglesia; va en tam buenos términos que de aquí a tres meses se podrá predicar en ella. También en tres hermitas [a] se enseña la doctrina christiana cada tarde. Parece que la gente del pueblo va tomando noticia de la Compañía, y se van cada día afficionando. Mucho fructo se espera que se hará en esta tierra, si los que aquí estamos no lo desmereçemos; y el collegio está tam a propósito, que con estar en medio del lugar, está con la quietud que podría tener en el desierto; y assí ay aparejo para nuestro aprouechamiento y para el del pueblo. Y oblíganos mucho a tratar esto muy de veras, ver el ánimo y voluntad con que la señora marquesa trata esto, que no pareçe que tiene otra cosa que tratar, sino es proueernos las cosas necesarias, y mirar no nos falte nada. Bien po-

---

[a] *Prius* parrochias *ab ipso auct. deletum.*

---

[1] P. Antonius de Cordoba, marchionissae filius.

drán dezir a V. [P.] [a] quantos aquí residen tener más que madre en su señoría.

3. El Padre provincial [1] está agora aquí en conualescentia de vna muy rezia enfermedad que le dió en ocho deste mes, a nueue leguas de aquí, yendo a Valladolid; y la emfermedad fué vna ranilla que se le hizo debaxo de la lengua, y le llegó al extremo. Plugo a la diuina bondad dexárnosle acá: meioría tiene, avnque está muy flaco, y tiene algunas llaguillas que le quedaron en la lengua y le impiden el conualescer, por no poder bien comer; y como esto ha uenido sobre tantas emfermedades, tiénele muy flaco. Nuestro Señor dé la salud como más gloria suya sea. No se ofresce otra cosa. Dios nuestro Señor nos dé a cumplir su santa voluntad. De Montilla vltimo de Hebrero 1558.

De Vra. P.[d] indigno hijo y sieruo en Chro.,

ALONSO LÓPEZ [2].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo, P.[e] nro. en Chro., el P.[e] M.[o] Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesús, en Roma.

Alia manu... R.[ta] a 12 di Giugno.

146

ANGELUS XIBILIA

SYRACUSIS 2 MARTII 1558 [3].

1. *Societatem in magna aestimatione esse; hujus rei signa aliqua.* 2. *De fidelium concursu ad confessionem et communionem, cum in nostro templo, tum in nonnullis aliis.*—3. *De concionibus ad moniales deque earum cura.*—4. *Aegroti invisuntur.*—5. *De cultu horarum quadraginta.*—6. *De studiis et de alumnis.*—7. *Multi Societatem ingredi cupiunt, quorum duo admissi sunt.*

1. Ihs. Pax Chri., etc. Molto Rdo. in Chro. Pre. [*Dicit*

[a] *Consumpta charta.*

[1] Bartholomaeus Bustamante.

[2] Primus collegii rector. Cf. *Lainii Monum.*, III, 508.

[3] Ex originali in codice *Sic. 181-Sic. 182,* 2. ff., nn. 100, 101, 102; prius 279, 280, 281. Praecedit exemplum latinum in ff. 98-99.

res narrandas parvi esse momenti]. Si conuiene che grandissime gratiae a Iddio rendiamo perchè qui in molta gratia di tutta la cità siamo, et molto da quella siamo amati; il che molti segni ci dimostrano; et principalmente questo, che sonno qui in Syracusa non pochi, quai humanissamente [*sic*] in ogni cosa s'offeriscono, dai quali molti doni per la nostra chiesa spesso riceuiamo; et specialmente a questi giorni habbiamo apertissimamente cognosciuto il lor buon'animo uerso il colleggio, conciosiachè h*auen*doci [a] stato dato dalla Illma. signora duchessa di Biuona [1] alcune reliquie di Sta. Lvcia syracusana, loro gl'hanno edificato nela nostra chiesa una bellissima cappella. La onde quei che di prima c'furono contrarii, cognoscendo l'amor degl'altri uerso questo colleggio, hora domandandoci perdono del suo fallo si son venuti a confessar humilmente; delle cui certo confessioni che frutto il Signore suol cauare, per le lor proprie parole appare, perchè publicamente dicono che dai nostri Padri si sentono esser grandemente instrutti; onde un' nobil' homo et di grand'authorità chiaramente ha testificato, nella cità di Syracusa auanti che vi fosse fatt'il colleggio il culto diuino in poca veneratione esser stato; sì che se a questa grande messe molti operarii fossero mandati, senza dubio maggior frutto si uederebbe.

2. Quanti homeni al spesso per penuria di sacerdoti son constreti senza confessarsi andarsene. Imperochè sol tre sacerdoti qui habbiamo, un dei quali è il Rdo. P.e rettore [2], quale oltra le domestice occupationi, etiamdio le feste predica. L'altro è mastro di scola et ogni giorno per sei hore insegna li fanciulli; di manera che solo un sacerdote resta

[a] hessendoci.

[1] Elisabeth de Vega. Vide superius, pagg. 556-557.

[2] P. Joannes Philippus Cassini. Ex informatione a P. Cassini Romam missa proxima aestate, tempore nempe congregationis generalis, novimus duos alios sacerdotes collegii fuisse P. Dominicum Collinum, valetudinarium, et P. Michaëlem a Letavalle, primae classis magistrum. Invenitur in codice *Sic. 59*, nn. 209, 210.

qual possa di continuo udir confessioni. Nondimeno con tutti i predetti impedimenti, per l'Iddio gratia si fa frutto, imperochè i confitenti che in diuersi tempi del'anno sogliono confessarsi nella chiesa nostra, sonno circa 400 o più; ogni settimana comunemente si confessano cento; alcuna uolta ducento, et nelle più solenni feste habbiamo anche maggior concorso. Il medesimo possiamo dire in quant'al communicarsi; tra i quali buona parte è dei principali gentil'homeni et baroni. Et perchè com'ho detto, non si po dai nostri a tutti satisfari, s'è incomenciato etiamdio in alcune altre chiese et parochie il medesmo che si fa nella nostra chiesa.

3. Molte uolte son' stati chiamati alcuni del colleggio nei monasterii a predicari, ma perchè pochi ui sonno che possono andare, non se gli è potuto compiacere. Di più il Rmo. episcopo [1] et la cità hanno scritto al Rdo. P.[e] preposito prouinciale [2] che li piacesse dar cura ad alcun Padre del colleggio, di alcune monache di nouo da esso episcopo reformate; il che per la causa che la Rda. Ptà. V. sa [3], non pottero ottenere. Non dico d'alcune figliole che desiderarebbono restare in virginità, et sotto alcuna forma di uiuere, da la nostra Compagnia instituta, ardentemente ricercono a Chro. dedicarsi.

4. Gli nostri sacerdoti frequentamente sonno chiamati a visitar et consolar l'infermi; onde ai giorni passati essendo grauemente infermo un barone, quasi principale di tutta la cità et molto affettionato a la Compagnia, confessatosi da un' de nostri Padri, il pregò che quiui il medesmo giorno [a] dicesse messa; dal qual poi con tanta contritione riceue il santissimo sacramento, chè molti dei circonstanti

[a] giorni *ms.*

[1] Hieronymus de Bononia.
[2] P. Hieronymus Domenech.
[3] Quia id nimirum nostris legibus contrarium erat. Cf. *Lainii Monum.*, III, 216-217.

commossi a lagrime [a]. Pregò anche il medesimo Padre che quella notte, qual pensaua esser l'ultima de la sua vita, seco restasse; il che facendo quel Padre, con tanto pronto et forte animo il detto signore passò di questa vita, che tutti quai estauano presenti desiderorno un simil fine hauere.

5. Oltra di questo, facendosi qui l'oratione delle 40 hore, ui fu bon concurso di donne et huomeni, et anche ui si ritrouò il marchese di Petra Precia [1], il quale all'hora era capitan d'arme di questa cità, et il magistrato; quai tutti con tanto feruore ororno, che essendo finita l'hora, si marauegliauano che troppo presto fosse passata.

6. Ma quanto a gli studii partiene, dirò in doi parole. In questa proxima mutatione dei studii si recitò un'oratione con uersi, quali grandemente piacquero al sopradetto marchese, et uolse anche uenire ad udire alcune lettione nele scole; delle quale molto restò satisfatto. I scolari sonno cento sissanta; i quali con la nobilità del sangue et dottrina da suoi maestri riceuuta hanno etiamdio congiunto li buon' costumi; imperochè secondo il costume della Compagnia ogni mese si confessano, et ogni giorno si ritrouano a la messa; i maggiori ogni otto o quindici giorni si comunicano. Il frutto che nelle lettere facciano, non accade riferire, essendo che gli loro stessi parenti molto con admiratione se ne ralegrino.

7. Di questi molti ardentemente chiedeno esser nella Compagnia riceuuti; onde se in questa cità (come loro instantemente domandano) si potesse fare una casa per li nouitii, non manco di dodeci sarebbono per la sua perseuerantia et buono esempio che di se han dato già, si potrebono riceuere; alcuni ne sonno intrati tra i capucini. Doi il Rdo. P. rettore ha riceuuto, d'i quali habbiamo molto buona speranza. Uno era sacristano de la madre chiesa et ar-

---

[a] allagrime *ms.*

---

[1] Petrus Barrese.

dendo per desiderio d'intrare nella Compagnia (il che non molto piaceua al vicario et altri sacerdoti), fu necessario che andasse al Rmo. episcopo, dal quale (perchè egl'è molto affettionato a la Compagnia) facilmente hebbe licenza. L'altro è molto più atto del sopradetto, perchè non solo po esercitare ufficii temporali, ma anche ha atto ingegno alle lettere; là onde auanti si riceuesse, fo molto pregato dai maestri di San Domenico che si facesse della loro religione, promittendogli che in brieue sarebbe fatto gran theologo et predicatore. Ma il prudente giouane tutti coteste dignità alla nostra cucina pospose, et già attende a gl'humili ufficii del collegio. A Iddio sia lode et gloria, dal quale si qui alcuna cosa di ben si fa, confessiamo procedere. [*Preces postulat.*]

Di Syracusa a li 2 di Marzo 1558.

Per commissione del N. R. P. rettore. D. V. P. Rda. seruo inutile et figliolo indegno,

Angelo Xibilia [1].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo P., il P. Mro. Jacomo Laynez, vicario generale della Compagnia de Jhu., etc. In Roma.

---

[1] Valde laudatur a P. Cassini in informatione paulo superius citata. Vide praeterea quae de illo diximus antea, pag. 523, annot. 3; nam idem utriusque epistolae auctor esse videtur.

147

HENRICUS SOMALIUS

COLONIA 12 MARTII 1558 [1].

1. *Tumultus in universitatis disputationibus ope nostrorum extincti sunt.*—2. *De collegii novi theologici statu et de schola theologica instaurata.*—3. *Suffraganeus, vicecancellarius et senatores nos amore complectuntur; cives nobis aedes ampliores consequi exoptant. Discipulorum accessio.*—4. *Bona de religione spes in posterum. In haereticum animadversio. Dux Juliae e suo ducatu concionatores haereticos exturbasse dicitur.*

1. † Jhs. Pax Christi. *Cum tempus, R.de Pater, nos commonefaciat, ut T. P. certiorem iis de rebus faciamus, quae exacto mense Februario, Christo duce, Societatis opera studioque effectae sunt, ab eo sumam exordium, quod mihi praeclarum, dignumque relatu uidetur* [a]. Equidem nec dicere, nec satis explicare possem, quanto metu sit uniuersitas haec liberata. Annuae enim disputationes, quae quadragesimae initio pugnantibus aduersis gymnasiis fiunt, adeo usque in praesentem annum odiosae, insolentes, ac turbulentae extiterunt, ut inter disputandum non modo aduersa gymnasia conuitiis uerborumque contumeliis sese lacerarent atque proscinderent: sed etiam aperto marte magno cum discrimine adolescentumque pernitie dimicarent. Verum ab hoc *incerto* [b] *ancipitique exitu* [c] adolescentes, Patrum nostrorum industria, labore, curaque liberati sunt. Nunc omne illud tempus, quod huiusmodi disputationibus tributum est, cum fructu atque modestia traducitur: placide, quiete, positisque odiis disserunt, et accurate iuuenes argumentantur [d]: praeceptores nonnulli [e]

[a] Excerpta ex literis Henrrici Somalii. —[b] *10 vv. praeced. desunt in* HANSEN. —[c] malo. —[d] *Desunt in* HANSEN *9 vv. praeced.*
[e] nonnulli externi.

[1] Ex autographo in codice *Germ. 142,* 2 ff., nn. 23, 24; prius 518, 519. Quae Polancus emendavit aut delevit, consueto modo indicamus. Exstat exemplum aliquanto diminutum Coloniae, quod edidit HANSEN, *Rheinische Akten...*, 297 sqq.

adsunt una cum decano facultatis artium ex aerario eiusdem facultatis conducti, ut unumquemque in modestia ac officio contineant; *quae res non antea uisa fuit nedum excogitata.* Cui autem collegio *uictoria palmaque* [a] decernatur, uix in dubium uocatur. Nam omnes fere uno ore et consensu nostrum collegium corona donandum acclamant, idque minime aduersariis inficiantibus.

2. *Postremis ad T. P. literis fidem dederam de collegio nouo theologico me aliquid amplius scripturum, quam quidem hisce literis soluere non possum, cum negotium a nostris R.dis Patribus initum, nondum sit confectum. Id autem quanti sit momenti, et quantopere omnium animi huius rei causa nobis deuinciantur, res ubi expedita fuerit, facile intelliget. Interim curatum est, ut schola theologica ornetur instaureturque R.mi episcopi sumptibus, quae ante ueluti inculta atque neglecta iacuit.*

3. Coloniensis suffraganeus, qui fortasse abhinc mense dimidiatoque fuit inunctus [1], nobis plurimum fauet, *fecit* deditque Societati liberam cum domi, tum foris, communicandi audiendique confessiones potestatem. Item vicecancellarius quo erga nos sit animo aperte eius studium declarat, *siquidem dat operam, ut 12 portiones (cum uulgo ut loquar) in nostrum collegium traducantur.* Praeterea senatores sic nos amore complectuntur, ut non tantum liberos suos [b] nobis erudiendos tradant, sed etiam conuictores eosdem faciant. *Iam adeo creuit numerus eorum, qui collegium nostrum incolunt, ut modo simus 50 et eo amplius. Quam rem postquam intellexerunt plurimi ciues coeperunt comminisci, quonam pacto uel a senatu, uel alia ratione ampliores aedes consequi possemus. Et quia res nondum est perfecta, de ea non conquiescunt* [c]. Singulis fere diebus fit aliqua discipulorum accessio, *quin etiam*

---

[a] palma. —[b] *Sequitur v.* conuictores *deletum ab auctore, ut videtur.* —[c] *Pro* conquiescunt *supplet* amplius Hansen.

---

[1] Is fuisse videtur Joannes Pennar, O. F. M. Cf. Hansen., l. c., 298.

nunc eo rhetorices studios*os impulit ut* [a] bini, tum diebus dominicis, tum festis ac sacris diebus declama*re cogantur* [b]. *Haec sunt profecto foelicia auspicia:* fidelis et aequus Dominus, qui semper iis praesto adest, qui spem omnem in ipso ponunt [c].

4. Non equidem uereor, quin, ut paulatim haeresis succensa est, ita sensim extinguetur. Argumento mihi est, quinto aut sexto abhinc die facta in quendam anabaptistam animaduersio, in qua nulla fuit seditio suborta, nullus tumultus uisus fuit, qui tamen huiuscemodi animaduersionem nonnunquam consequutus est. Praeterea accepimus, quod nos omnes plurimum exhilarauit, ducem Juliae [1] e suo ducato atque imperio concionatores haereticos exturbasse, et catholicos assumpsisse. Dominus Deus exuscitabitur aliquando, et uisitabit uineam suam. *Det nobis ipse clementissimus Deus nos esse posse dignos et accommodos suae uineae operarios. Nos obnixe T. P. precibus omniumque Patrum ac fratrum isthic agentium Coloniamque commendamus.*

Coloniae 1558, 4 idus Martias. Ex mandato R.di Patris D. Leonardi, T. R. P. seruus in Christo,

HENRICUS SOMALIUS [2].

---

a Rhetorices studiosi bini. —b declamant. —c *Desunt in* HANSEN *20 vv. praeced.*

---

1 Gulielmus. Parum tamen ueritati consonum nuntium hoc fuisse asserit HANSEN, loc. cit., 305.

2 Vide superius, pag. 141, annot. 1.

148

TARQUINIUS REYNALDUS

INGOLSTADIO 18 MARTII 1558 [1].

1. *Domestica disciplina, domesticae virtutes.*—2. *Sociorum conciones, praelectiones, litterariae exercitationes.*—3-4. *Puerorum ad scholas accedentium frequens numerus; eorum virtutes; litterariae exercitationes; ludi acti.*—5-9. *Ducis Bavariae erga nostros benevolentia pluribus exemplis confirmata.*—10. *Cardinalis augustani insigne humilitatis exemplum.*—11. *Candidati cujusdam admissio.*

1. Jesvs. Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Ammen. [*Ex obedientia scribere se dicit, et rerum dicendarum ordinem proponit.*]

Quantum igitur ad spiritualem *Patrum ac* fratrum nostrorum profectum attinet, omnes (sui instituti memores) exacte regulas obseruare conantur, munera quaecunque sibi imposita diligenter exequuntur, deuotioni ac mortificationi se dedunt, mutuam charitatem retinent, ac omnes unanimes sese totos in uiuum ac perpetuum holocaustum Deo offerre cupiunt, et (*quantum uirium suarum est*) non solum propriam, uerum etiam proximorum salutem totis uiribus promouere student. Sunt denique omnibus bonorum morum ac religionis exempl*aria* [a], et quamuis obtrectatores et inuidi non desint, quid tamen uere in illis calumnientur non inueniunt.

2. Vnus ex nostris Patribus festiuis diebus germanicas conciones frequenti populi concursu quodam in templo habet. Alii uero tres Patres in noui collegii ecclesia [2], festiuis

[a] exemplo.

[1] Ex originali autographo (?) in codice *Germ. 186*, ff. 39-40; prius 13-15. Deleta a Polanco italicis litteris in textu notamus; his substituta vel addita, suo loco in annotationibus exhibemus.

[2] Intellige seminarium georgianum. Cf. Braunsberger, *Canisii epistulae*, II, 5, 6, 8.

etiam diebus, pomeridianis horis, latine uicissim concionantur. Studiis autem omnes diligentem operam nauant. Sex ex nobis duas lectiones theologicas quottidie audiunt; super quibus quottidie, doctoribus nostris assistentibus, priuatim disputamus, easdemque alia hora semper repetimus. Singulis autem hebdomadibus theologicae assertiones in scholis publice proponuntur, quae, praesentibus etiam huius uniuersitatis magistris ac doctoribus, so*l*le*m*nius [a] quandoque disputantur; atque hisce diebus disputatae sunt. Diebus autem quibus publicas lectiones non audimus, in casibus conscientiae et dialecticis disputationibus uicissim nos exercemus. Institutores autem nostri sunt doctor Couillonius [1], qui sicut eruditissimus est uir, ita omnibus suis auditoribus (quos *plures* [b] habet) mirum in modum satisfacit. Praelegit autem euangelium secundum Mattheum, estque apud omnes magnae auctoritatis *uir; et* doctor Hermannus [2], qui etiam non parum suis auditoribus placet. Praelegit *autem* secundum librum Magistri Sententiarum. Linguas autem graecam et hebraeam Pater Theodorus [3] profitetur, duasque lectiones [c] praelegit. Sex autem alii ex nostris fratribus humanioribus literis operam nauant. Lectiones priuatim audiunt; stylum in componendo exercent, ac puritati linguae latinae assequendae operam sedulam impendunt. In sanctorum autem Chatarinae, Stephani et Johannis celebritatibus earumque honorem tres graues atque elegantes orationes a quibusdam ex nostris fratribus magno auditorum applausu in magna uniuersitatis aula publice sunt habitae. Doctor quoque Couillonius in sacerdotis cuiusdam defuncti honorem, funebrem ad populum orationem quodam in templo habuit. Unde fit, ut nostri non modicae sint apud omnes existimationis. Fa-

---

a solennius. —b non paucos. —c lectiones quotidie.

---

1 P. Joannes Couillonius.
2 P. Hermannus Thyraeus.
3 P. Theodorus Peltanus.

xit Deus ut opinioni, quam de nobis concoeperunt, digne respondeamus.

3. Nunc de domesticis puerorum scholis aliqua breuiter subnectam. Frequens igitur est ad eas puerorum accessio; in tres autem potissimum classes sunt distributae, quarum unaquaeque proprium sibi praeceptorem uendicat. Ea autem *praecipua* [a] est nostrorum circa illos cura, ut *primum* bonis moribus ac catholica religione imbuantur; post uero ut in litteris proficiant. Confitentur igitur mense quolibet, sacrum quottidie reuerenter audiunt, doctrinam xpianam. diligenter perdiscunt, orant quottidie, concioni, quae ad illos hebdomadibus singulis habetur, intersunt; praeceptores autem suos multum reuerentur et diligunt; et quae contra nos heretici effutiunt, illis referunt. In literis autem non modicam nobis de se ipsis spem praebent; ad lectiones enim audiendas assidue conueniunt; disciplinae etiam humiliter subsunt. Diebus autem anteactis non obscura suorum ingeniorum indicia omnibus dederunt; dum post ornatam orationem a quodam ex nostris fratribus *recitatam* [b], graeca et latina carmina pluribus assistentibus in magna uniuersitatis schola, multa uenustate pronunciarunt; etsi eo ex facto tantam sibi magister quidam [c] moeroris occasionem sumpserit, ut usque ad externas lachrimas proruperit, quod uidelicet locum tanta reuerentia dignum, ubi grauissimi homines grauissimas disciplinas profiteri, et in quo celebri doctorum uirorum consessu doctores ac magistri magna cum dignitate creari consueuissent; puerorum nostrorum decantationibus dehonestari arbitraretur. Uerum non diu dolor ille animo eius inhaesit, sed paulo post (ad se reuersus) sedatiorem animum possedit.

4. His etiam bachanalibus comoediam quandam ta*nta dignitate* [d] pueri nostri *pronuntiarunt* [e], ut ad eam iterum referendam in publicam ciuitatis domum fuerint euocati:

---

[a] prima. —[b] pronunciatam. —[c] quidam externus. —[d] tam eleganter. —[e] egerunt.

quod et altera die magna omnium approbatione praestite runt. In quo et illud fuit non parum admirandum, quod breuissimo spatio germani pueri (qui memoria *nulli sunt* [a]) longam *ac elegantem* commoediam memoriae commendarint. Speramus futurum ut ex iis qui pietate ac literis in hac Jesv schola instituuntur, assumantur (cum in uiros adoleuerint), qui rempublicam prudenter administrent, qui principibus salubria consilia praebeant, qui pietatis operibus patrocinentur, qui boni in Dei Ecclesia sacerdotes ac pastores sint futuri, qui denique pietate ac doctrina populos ita erudiant ac ab erroribus reuocent, ut ad meliorem aliquando frugem misera haec Germania reuertatur.

5. Restat modo, P. Rde., ut de nostri principis [1] erga nos fauore ac liberalitate (quod postremo loco dicere proposueram), breuiter expediam. Eius principis is erga nos est amor, ea humanitas ac beneuolentia, ut quicquid ad eum de nobis mali deferatur, ita falsum existimet ac repellat, *quod* [b] nullatenus amplius quisquam coram eo de nobis obmurmurare audeat; contra uero eos qui nostrae Societatis uiros ac institutum efferunt, complectitur ac diligit; cuius rei inditium quidam huius ciuitatis sacerdotes dederunt, qui cum nostros in eorum ecclesiis spiritualia munera exercere molesto animo ferrent, id in ipsorum damnum uergere arbitrantes, rectorem nostrum conuenerunt, ut quod a principe petere non auderent, a nostris, ne talibus uidelicet muniis se amplius immiscerent, pacto obtinerent; ita enim (inquiebant) princeps uos diligit, ut nullius omnino petitioni contra uos annuat. Rectorem quoque nostrum insimulabant quia quicquid uellet a principe literis impetraret. Atque is erga nos principis amor efficit, ut maxima in nos beneficia conferre non desistat: certos pro collegio nostro redditus assignauit, quos ab uniuersitate hac ingolsta-

[a] non admodum pollere solent. —[b] vt.

[1] Albertus V, Bavariae dux.

diensi singulis annis exigere debemus; quod nobis commodius est, quam si in immobilibus rebus illos constituisset, cum minori labore ac certius ab uniuersitate hac (quae diues est et pecuniosa) eos exigere ualeamus, quam a domorum uel rerum quaruncumque immobilium conductoribus; qui plerumque uel ita pauperes sunt, ut uel difficile, uel nullo pacto censum debitum possint persoluere, uel (si diuites sint) non ita illis pecuniae suppetant, ut suis temporibus persoluere possint.

6. His quoque diebus princeps noster Patrem Canisium, ad se Monachium euocatum, Strabingham (quae una est ex quatuor precipuis sui dominii ciuitatibus), direxit, ut ibi quadragesima hac concionatorem haberet; eius enim ciuitatis pastor ac concionator, postquam totam fere ciuitatem lutherana haeresi ita contaminarunt, ut difficilimum iam sit ad catholicam ueritatem eam reuocare; cum *regis* [a] animum ualde sibi infensum persensissent, aufugerunt; unde factum est, ut misera illa ciuitas sacris hisce diebus pastore et concionatore fuerit penitus destituta. Qua de re cum alius nullus inueniri potuerit, qui munus hoc obire uoluerit, ad Patrem Canisium uentum est, cui prouincia haec est delegata; quam magna etiam [b] charitate est aggressus. Cum igitur apud principem Pater Canisius ageret, ac necessitatem lect*orum* [c], qua distinemur, ac horti alicuius (eo enim caremus), quo animos aliquando relaxare possemus, illi exponeret; pro lectis centum, pro horto uero emendo septingentos florenos numerari iussit.

7. Libros quoque plures graecos et latinos nobis dono dedit; bibliothecam *quoque* [d] egregiam, sex millium pene librorum, quae praestantissimi uiri, in multis etiam scientiis et linguis eruditissimi, domini Vidmanstadii [1] fuerat, libe-

[a] principis —[b] etiam etiam *ms.* —[c] lectulorum. —[d] etiam.

[1] Indicari videtur Joannes Albertus Widmanstadius (Lucretius dictus) qui secundum aliquos auctores obiit anno 1557. Cf. Hurter, *Nomenclator litterarius theologiae*, IV, 1298; Braunsberger, loc. cit., I,

ralissime nobis est elargitus. Quam plurimis diuersarum scientiarum ac linguarum libris, atque his selectissimis, esse refertam *nulli uenire in dubium debet. Quid quod ea* [a] talis est, ut similem illi ac parem in tota Germania inuenire *aut* [b] difficillimum *sit, aut prorsus impossibile*.

8. Cum grauissimus quidam uir nobis deditissimus, principi quoque nostro intimus, fratres nostros *ab haeretico* [c] [1] Fernandi, regis piissimi, filio, patre absente (Francfordiam enim Ferdinandus rex se contulerat, ubi de noui imperatoris electione agendum erat), Vienna extrudendos fore omnino arbitraretur; locum in Bauaria quo nostri (si id accideret) se possent recipere, principis nostri nomine nobis obtulit. *Ex quibus maximam erga nos beneuolentiam ac liberalitatem principis huius colligere non est difficile; ob quam non minimam animorum nostrorum in se deuinctionem comparauit.* De collegiis, quae uellet instituere, taceo; cum ob operariorum penuriam eius uoluntati morem gerere non ualeamus.

9. Non esset mihi longius progrediendum; sed quoniam quaedam adhuc cognitu non indigna dicenda supersunt, illa breuiter indicabo. Pater noster Canisius breui temporis spatio saepius ad nos rediit, atque tam saepe huc illucque discurrit, ut nunquam fere in quiete sit positus. Uigesima sexta igitur Januarii Argentina ad nos rediit, necessariis omnibus ab argentinensibus canonicis illi ad iter subministratis, ac honesto sacerdote illi in comitem adiuncto; quamplurimas autem inde sanctorum reliquias ad templum nostrum exornandum attulit, ad quas operi affabre facto

---

[a] constat. Imo. —[b] sit. —[c] a Maximiliano.

450; quo in loco, ut auctor ad nos scripsit, pro (1506-1575) legi debet (1506-1557). De aliis libris collegio ingolstadiensi donatis vide ibid., II, 901 sqq.

[1] Cf. BRAUNSBERGER, loc. cit., 193-196. Canisius in illa epistola «apertam nunc impietatem» Maximiliani memorat. Est autem epistola data Ingolstadio, die 3 Februarii 1558.

includendas ex amicis nostris quidam aurum, quidam argentum, alii pecunias obtulerunt; sacris quibusdam uirginibus in aptum ordinem redigendae sunt traditae; non modicum ex eis decorem ac deuotionem nostro templo accessuram speramus.

10. Insigne quoddam humilitatis exemplum non omittam, *ut eos qui in mediis fallaciis huius saeculi laqueis uersantur, multis ex iis qui arctiori ac perfectiori uitae sese adstrinxerunt, cum humilitate, tum aliis uirtutibus longe antecellere intelligamus* [a]. Cum *igitur* ad augustanum cardinalem [1] Tylingham sese Pater Canisius contulisset, atque in illius domo fuisset hospitio receptus, nocte ad ipsius cubiculum ipsemet cardinalis accessit, ut pedes ejus lauaret, quod et magna humilitate fecit, ne cuiquam diceret omnino eum prohibens. Hic religiosissimus cardinalis magno nostros amore prosequitur, et nisi Pater Canisius grauioribus fuisset negotiis impeditus, spiritualia exercitia his sacris quadragesimae diebus ab eo percipere uoluisset. Nouum etiam collegium nostrorum Tylinghae quam citissime instituere uellet; fauorem quoque suum ac operam nunquam nobis non praestat.

11. Gasparum quendam hisce diebus, honestum satis ac doctum juuenem, domi probandum recepimus, qui prius cum Vienna Ingolstadium, alteri *ex nostris fratribus* [b] adiunctus, missus fuisset, ab altero seductus eiusque uestigia imitatus a Societate recesserat; post uero internum proprii delicti cruciatum non ferens, ad nos rediit; nunc iis in muniis, quibus exerceri nouitii solent, exercetur, bonamque de se omnibus expectationem exhibet. [*Deo gratias agit, meliora sperat, preces postulat.*]

Vale, R. Pater. Ingolstadii 1558 die 18 Martii.

---

[a] antequam his litteris finem imponam. — [b] cuidam.

---

[1] Otho Truchsess.

Ex obedientia P. *Thomae* R. [1], V. R. P. indignus in X.° filius,

TARQUINIUS [2].

Inscriptio. Rdo. in Christo Patri Dno. Jacobo Laynez, vicario generali Societatis Jesu. Romae.

Sigilli vestigium.

Polanci manu. Emendata.

149

JOANNES PAULUS MIRABELLUS

FERRARIA 21 MARTII 1558 [3].

1. *Collegium multis aegrotationibus obnoxium fuit, quarum initium sodales tres, morbo in nosocomio contracto, attulerunt. Duo e nostris mortem obierunt.*—2-4. *De fructu adhortationum et confessionum, praesertim apud helveticos et germanos. De laboribus Patrum Pelletarii et Guidonis.*—5. *De frequentia scholarum.*—6. *De fratribus nostris.*

1. IHS. Gratia et pax Domini nostri Iesv Christi nobis adsit. Amen. A nouembri mense usque in praesentem diem collegium hoc nostrum ferrariense multis ac uariis aegrotationibus, morbisque impeditum, occupatum, ac quasi obnoxium fuisse, ex aliis literis Paternitatem tuam singulatim intellexisse reor. Quam ob rem in his literis mihi faciendum putaui, ut omnium rerum, quae hoc tempore hic actae sunt, tantummodo summam, quantulacumque est, breuiter perstringerem. Principio enim duos ex nostris aegrotantes, qui Roma cum P. Benedicto Palmio ueniebant, excepimus: domi uero uno fere eodemque tempore tres pariter sodales nostri in morbum inciderunt: quem morbum, ut coniicere possumus, in nosocomio D. Annae contraxerant: antistes enim illius hospitii D. Augustinus Mo-

---

[1] P. Thomas Lentulus, collegii rector.

[2] Tarquinius Reynaldus, romanus, paulo ante in Germaniam missus; de quo plura POLANCUS in *Chron.*, III, 63, 64; IV, 140, 340; VI, 187, 507, 508.

[3] Ex autographo in codice *Venet. 100*, 1 fol., n. 1; prius 476, 477.

stus, nostri studiosissimus et amantissimus, Patres nostros rogauerat, ut fratrum nostrorum ministerio ingens onus nosocomii leuarent; quod iam recens ex innumera aegrotorum, militum heluetiorum, aliarumque gentium multitudine accesserat. Cum ergo ex hospitali domo (ubi inter alia, teterrimis morbis laborantibus inseruierant, mortuosque lauerant, et in sepulcro condiderant) fratres rediissent, coepit nostrum collegium morbis illis, ac quasi contagione quadam praepediri; uixque conualuerant ii qui priores inciderant in morbum, cum eos, qui fratribus suis sedule ministrauerant, et pro uiribus a morbo sibi cauerant, idem fere morbus corripuit. Hic tum alii de integro recidebant, alii recens aegrotabant, alii diutius iacebant, usqueadeo tandem hoc fuimus in labyrintho ut ex omnibus duo morerentur, ut Domino placuit, alii diuturno grauique morbo pene conficerentur. Paulus enim qui hebraeus fuerat, et Franciscus Ferrariensis decesserunt, ambo non pessimae spei, neophiti ambo. Quies illorum animis. Reliqui iam Deo fauente recreati conualuerunt, ac perbelle ualent: patientia autem et lenitas eos magnopere commendarunt. Patres qui nos regunt, sani ac salui euaserunt; quod non sine numine factum puto. Interea uero in carcerem accersebamur, praesertim ab aegrotantibus, ut confiterentur; idque quam saepissime.

2. In nosocomiis multi hortationibus nostrorum proposuerunt recte uiuere, et uitia deserere, uota prestare, et Deum per omnia amplecti; bonumque exemplum probitatis reipsa praebent; ideo optant, petuntque nostros ad se accedere.

3. Confessionibus Patres, quanuis intus occupationibus urgerentur, sedulam operam nauarunt. Multi confessi sunt grauia peccata, quae prae pudore iamdiu tacuerant. [*Subjiciuntur exempla quaedam.*] Vni ex Patribus domum cuiusdam, ubi meretrices forte habitabant, profecto [a] audien-

---

[a] *Prius* proficiscenti.

dae confessionis causa, una ex illis flendo, praeter spem, derepente confessa est; altera perterrefacta, et uitae anteactae poenitens, ad sorores quas conuertitas uocant, se ituram, ut cum eis perpetuo uiueret, pollicebatur. Tertia confessionem promittebat. Coenobita quispiam uiginti annos fuerat in coenobio, et symbolum apostolorum nesciebat.

4. Multi heluetii et germani confessi sunt sua lingua, quam e latino didicerat sacerdos noster qui eos audiebat, singulas enim interrogationes latinas, teutonica lingua expressas illis proponebat, obscure tamen ob pronunciationem, sed ita, ut intelligeretur. Surdus qui latine sciebat, e scripto peccatis illi ostensis a sacerdote, respondebat signis, atque ut licebat uerbis, et hac industria confessus est. Item heremita quidam D. Ioannis ad Patres, spe fortasse maioris adiumenti ductus, ut confiteretur, uenit. Alii item heluetii ut priores, ad confitendum pecata sua accesserunt, illis interrogationibus peccatorum adiuti, quae latinam et germanicam interpraetationem continent, e scripto, germanica lingua, peccata interrogante sacerdote. Ex quibus fuit qui luteranismum imbiberat, iam grandior natu, quem iam poenituit (laus Christo sit), haeresimque abiicere statuit.

5. P. Ioannes Pelletarius [1], praeter confessiones et conciones, quas singulis diebus festis habet, non poenitenda auditorum frequentia; multos uisitat, a multis ipse inuisitur, quos adiuuat consilio, monitis, et opera sua. Idem agit D. Guido [2], audiendo confitentes, et interpraetando epistolam D. Iacobi a prandio diebus festis; qui etiam scholarum onus coactus est subire aegrotantibus magistris.

6. Scholae sese habent ut antea; accedunt pueri non admodum pauci, et qui graecas literas capessunt; adeo ut in dies augescat numerus.

7. Fratres satis proficiunt et in literis et in religione, sed quo plus et citius proficiamus tuis precibus, Reuer. Pater,

---

[1] Collegii superintendens.

[2] P. Guido Roiletus (Roillet), collegii rector.

nobis opus est, quibus nos omnes ex animo etiam atque etiam commendamus. Haec quae nobis de rebus nostris scribenda erant.

Vale, Reu. Pater.

Ferrariae XII calendas Aprileis M.D.LVIII.

Inutilis seruus Societatis et R. P. tuae,

Ioannes Paulus Mirabellus [1].

Pro inscriptione. † Quadrimestres ferrarienses.

150

INNOCENTIUS SPATAFORA

florentia 26 martii 1558 [2].

1. *Nostri in litteris ac spiritu proficiunt.*—2-10. *Quatuor sacerdotes sacris ministeriis magno cum fructu incumbunt: Didacus de Guzman, Fulvius Androtius, Jacobus flander, Desiderius.*—11. *Flandrorum quorundam vitae mutatio.*—12. *De suis ipsius ministeriis.*—13. *De renovatione votorum.*—14. *De alumnis nostris et de studiorum instauratione.*—15. *De sodalitate quadam.*—16-18. *Conversiones quaedam insigniores.*—19. *Crescit confitentium numerus.*

1. † IHS. Pax Xpi. Tempus est, Rde. in Xpo. Pater, quo R. P. T. certior fiat de iis rebus quae per indignos filios tuos his proximis mensibus in hoc florentino collegio gestae sunt. A nostrorum itaque exercitationibus incipiens, ad externos eaque quae in eorum utilitatem gesta sunt, deueniam.

Nostrorum omnium (qui in hoc florentino collegio sexdecim sumus) maior pars litteris incumbit. Duobus enim exceptis (quorum alter cocus est, alter eas res curat comparandas, quae nobis sunt ad uictum cultumque neces-

[1] Vide superius, pag. 329, annot. 1.

[2] Ex autographo in codice *Rom. 126 A et 126 B,* 3 ff., nn. 46-48; prius 60. Praecedit exemplum italum in ff. 42-45. Secundum Hansen, *Rheinische Akten..*, 766, est apographum Coloniae.

sariae [a]) caeteri fere omnes aliquam litteris operam nauant in ea classe, quae primas in hoc collegio obtinet. In litteris pariter ac spiritu in dies magis magisque proficiunt.

2. Quatuor sacerdotes (quorum unus secundam regit classem) audiendis confessionibus, seminando Dei uerbo, monasteriis carceribusque inuisendis, caeterisque piis operibus nauiter incumbunt. In quorum numerum Prem. Albertum Ferrariensem non conferendum putaui, quippe quem incommoda ualetudo quatuor amplius menses uel in cubiculo uel in lecto detinuit, non sine aliqua omnium nostrorum edificatione, suaque tum corporis tum etiam animae utilitate. Etenim (ut ipsemet profiteri solet), ne domi quidem suae tanta cum humanitate aut diligentia curatus fuisset [1].

3. Rdus. Pr. Jacobus de Guzman [2], qui huic collegio praefectus est, singulis diebus veneris in Illmi. ducis [3] palatio ad eius filiam, aliasque hispanas pietatis studiosas mulieres, hispanicam habet concionem magno cum audientium spiritali profectu; *quod crebrae in collegium nostrum missae eleemosinae haud obscure declarant.* Cumque paucis abhinc mensibus idem Pr. Iacobus, Illmi. ducis conueniendi gratia, Pisas uersus proficisceretur, offendit in oppido quodam non sat celebri uiros aliquot, qui sub ipsum diem epiphaniae tripudiis aliisque ineptiis operam dabant; a quibus cum eleemosinam extorquere minime posset, se illis eleemosinam daturum pollicitus, mortem coepit ob oculos proponere; qua illi re usque adeo corde compuncti sunt, ut dubitare inter se coeperint ne intra illam he-

[a] necessaria *ms.*

[1] Adversa valetudine jamdiu utebatur Ferrariensis. Cf. *Lainii Monum.*, II, 5; et III, 3.

[2] Olim alumnus B. Joannis de Avila; clarus in doctrina christiana pueris tradenda. Erat autem collegii superintendens, rectore Fulvio Androtio, de quo infra.

[3] Cosmas I Mediceus; ducissa vero Eleonora de Toledo; filia Lucretia, post ducissa Ferrariae.

bdomadam sibi esset ex hac uita migrandum: quamobrem risus atque choraeas in metum non mediocrem commutarunt.

4. Atque eodem die peregrinus quidam hispanus, qui antea iurare subinde consueuerat, statim ut ab eodem Pre. iuramenta ut caueret est admonitus, non modo se perperam egisse confessus est, uerum etiam peccatorum suorum fecit hexomologesin. Cumque duo sint in hac urbe puellarum, quas derelictas uocant, loca, quorum alter uirgines, alter uero puellas quasdam continet quae, cum antea per urbem passim uagarentur et grauissimis periculis peccatisque paterent, piorum hominum industria in unum coactae sunt: ad primas quidem singulis diebus mercurii supradictus Pater accedit; posteriores autem singulis dominicis lunaribusque diebus inuisit, doctrinamque illas christianam docet. Ex quo non mediocrem fructum percipi, uel illud possit esse argumento, quod cum antea se Dominum IESUM amisisse puellae dicerent, simulatque nostris sunt confessae, eumdem se reperisse profitebantur.

5. Rdus. Pater Fuluius, qui et idem nostri collegii rector est, singulis dominicis festisque diebus in nostro templo maximo cum fructu concionatur; tanto enim auditorum, quamuis inopum, excipitur applausu, ut dicere merito queas eum super bonam terram semen iacere, quae multo plus affert quam acceperit. Priuatas etiam ad nostros singulis hebdomadis habet exhortationes quibus Societatis nostrae regulas solet explicare, quod nostrorum omnium animos ad uirtutes capesssendas non mediocriter inflammat. Contigit superioribus diebus ut, eodem Pre. rectore auscultante, (qui forte ad quasdam Deo sacratas uirgines accesserat concionatum) quidam Dei nomen blasphemaret, quem, cum, ut par erat, uehementer obiurgasset, effecit, ut et terram statim eius iussu oscularetur, et se totius anteactae uitae peccata confessurum polliceretur.

6. Eos etiam qui in carcere uincti detinentur, singulis hebdomadis consolaturus inuisit; apud quos tantum profe-

cit, ut multi qui antea illum deridere consueuerant, partim confiteantur, partim se propediem confessuros polliceantur. Nonnulli uero, quorum de salute conclamatum erat, quippe qui aut ad triremes perpetuo damnati, aut capitali supplicio addicti fuerant, simulatque confessi sunt, libertatem sunt assecuti. Est praeterea quidam inter illos, qui flagellum aliquod (disciplinam uocant) sibi ab eodem Pre. dari uehementer postulat; vt interim taceam quod alius quispiam in eo ipso carcere opportunum aliquem nancisci locum cupit, ubi proxima hebdomada, quam sanctam merito nominamus, sua peccata deflere et de se ipso poenas sumere ualeat. Tandem sic habeto, Rde. Pr., nunquam eumdem Prem. eo accedere, quin aliquis statim ut concionatus est, confiteatur; qui sua salute non contentus, proximos etiam ad eamdem studet allicere; itaque tantisper dum Pr. rursus reuertitur concionatum, nullum non mouet lapidem, ut alios possit ad confessionem adhortari. Atque iidem rursus in eandem sagenam, in quam ipsi inciderunt, alios adigere conantur. Atque ita breui factum est, ut omnes fere confiteantur.

7. Neque uero silentio inuoluendum existimaui quod paucis ante diebus accidit. Erat hic quidam haud obscuro loco natus, capitali supplicio addictus, qui militum aliquando dux extiterat. Hic cum mox capite plectendus esset, praeter nostrorum expectationem, noctis medio nostrorum aliquem ad se accersiri impense postulauit: cumque ad eum duo nostrorum Prum. deuenissent, et rem diuinam ab altero fieri impetrasset, sacrosanctum Xpi. corpus (quod summo cum desiderio efflagitauerat), tanta cum uoluptate suscepit, ut in haec uerba non sine internae letitiae significatione prorumperet: JESV fili Dauid, miserere mei [1]. Mox uero cum ad supplicii locum duceretur, ex corporis gestu uultuque facile erat coniicere, illum nostrorum conspectu uehementer recreari.

[1] Luc., XVIII, 38.

8. Paucis abhinc mensibus coepit uterque eorum Prum. quos modo memoraui, quoddam carmelitanarum uirginum coenobium inuisere, quae Beatae Virginis Angelorum (ut uocant) templum incolunt. Qua ex re quantum bonus agricola JESVS fructum perceperit, confessiones quas reserari fas non est, facile demonstrant.

9. Pr. Iacobus flander [1], quem paucis abhinc mensibus Genua ad nos misit, in uinea Domini non est ociosus. Is enim mulieres quasdam, quae a meretricio quaestu ad bonam uiuendi frugem conuersae sunt, singulis diebus dominicis Dei uerbo consolatur: quas et Rdus. Pr. rector aliquando solet inuisere; quorum operam Dominus JESUS in ea re non frustra impensam esse patitur. Sub initium huius quadragesimae coepit Pr. is quem modo dixi, Jacobus, uniuscuiusque diei euangelium quotidie in templo nostro pueris declarare. Postea uero sanctae obedientiae mandato est institutum ut idipsum munus explicandi euangelium, usque ad pascha [a], non in templo, sed in classe aliqua a singulis fratribus per uices susciperetur. Quae quidem exercitatio et ipsis non mediocrem affert utilitatem, et aliis optimam de nostris existimationem. Id uero quominus in templo fieret, frequentes confessiones in causa fuere; quibus quotidianae conciones impedimento sane fuissent.

10. De Pre. Desiderio [2] quid dicam nescio: is enim etsi

---

[a] *3 vv. praeced. addita in marg. eadem manu.*

---

[1] Hujus nominis quidam primum litat die primo Maji 1557 (*Polanci Compl.*, II, 297). Sit ne is idem ille qui apud *Lainii Monum.*, II, 468, theologiam incipit mense Septembri 1557, et Florentiae nunc versatur, non constat.

[2] Hujus Patris pietatem et in confessionibus audiendis praesertim assiduitatem laudibus efferunt catalogi collegii florentini, qui sunt in codice *Informationes antiquae*, nn. 102 sqq. Cognomen tacetur. In n. 102 dicitur: Desiderio francese. Polancus in *Chron.*, VI, 141 eum vocat lotharingium.

semper fere ad confitentium peccata exaudienda sedeat, eos tamen qui ad perfectionem uelis remisque (ut aiunt) properant, longo post se reliquit interuallo.

11. Sunt hic aliquot flandri qui aulaea intexere eaque diuendere solent, quorum aliqui, numero fere uiginti quinque, sub eodem tecto habitantes sacerdotem quemdam natione flandrum suis sumptibus alunt. In quos tanta irrepserat corruptela, ut uino ingurgitari, cibis repleri, turpibus obscoenisque uerbis uti non dubitarent. Caeterum ubi nostrorum fratrum quidam, natione flander, ad eos missus, flandrice coepit illis concionari (quod singulis diebus sabbati facit) pristinam uiuendi consuetudinem in meliorem commutarunt. Multi enim, qui in grauissimos errores lapsi fuerant, nunc uel confitentur uel optimam sui expectationem concitant. Qua ex re non mediocris uel in ipsos utilitas, uel in Dominum JESVM honor redundauit. Fratrem namque nostrum, cui antea omnes erant infensi, nunc libentissimis animis suscipiunt. Turpes praeterea profanasque cantilenas in sacras piasque commutarunt.

12. Equidem quae ipse egerim, quaeue agam non putaui digna esse quae inter commilitonum JESV res gestas praeclaraque facinora recenserentur; tamen ut sanctae obedientiae mandata exequar, paucis ea perstringam. Duos iam fere menses ex sancte obedientiae mandato pueris, qui ad nostras scholas accedunt, doctrinam christianam singulis diebus sabbatis declarandi munus suscepi: et ab iisdem tum concionum, quas in nostro templo audiuerint, tum etiam doctrinae christianae rationem exigere. Qua in re illud argumento summae puerorum diligentiae ac pietatis esse possit, quod uideas nonnullos quicquid in concione audiuerint, tam fideliter reddere, ut uix pauca quaedam obliti uideantur. Illud praetereundum nullo modo censeo, quod proximis hisce bacchanalibus (quo tempore plurimum bacchari atque insanire omnes fere solent) in nostro templo et conciones sunt habitae triduo illo, et plures fere quam antea sacram sumpsere synaxin, quam lau-

tisimis epulis et sybariticis delitiis, quibus alii eo tempore dant operam, longe anteponendam existimabant. Est hic praeterea quidam paralyticus qui, annos iam amplius sexdecim eo morbo detentus, intra domesticos se parietes continet. Cui tantum is morbus affert dolorem, ut uix unquam a gemitu se possit continere. Ad eum solet nostrorum Prum. aliquis singulis mensibus accedere: et post solemnes missae ceremonias sacrosanctum Xpi. corpus illi suppeditare. Qua ex re tantam ille suscipit consolationem, ut non modo gemitus (qui sunt illi familiarissimi) ullos non edat, uerum etiam sibi inter angelorum choros uersari tamdiu uideatur, quamdiu a nostro illo Pre. sacrum celebratur: nunquam enim antea se rem diuinam per annos fere decem audiuisse testatur.

13. Fratres nostri omnes sub initium huius anni, ipso die circumcisionis Domini, uota sua maxima cum alacritate et feruore renouarunt in templo nostro coram Domino IESV, quem statim ut uotorum formulam de nostrae Societatis more pronunciarunt, ex Rdi. Pris. rectoris manibus susceperunt. Cumque essent admoniti ut quicquid contra nostrae Societatis regulas atque instituta eo anno perpetrassent, coram omnibus fratribus Patribusque in nostro coenaculo aperirent; tum etiam aliquid sibi poenitentiae (ut nostrae regulae postulant) pro delictis iniungi postularent: tam alacriter sunt aggressi ut, nisi Rdus. Pr. rector prohibuisset, uel secretissimas quasque animi sui cogitationes aperire tentarent. Post coenam uero, non tam exquisitis epulis quam spiritalibus gaudiis opiparam, Rdus. Pr. rector omnium desideria (quae scriptis schedulis quisque insinuauerat) palam perlegit. Quod tantam profecto nobis omnibus attulit alacritatem, ut iure optimo diceres nos nominis JESV celebritatem (quae nobis est peculiaris) recolere. Illud etiam fratrum nostrorum feruorem ac proficiendi desiderium facile demonstrat, quod cum sub initium huius quadragesimae Pres. nostri instituissent, ut singulis diebus veneris bini seipsos flagellis in templo caede-

rent, omnes fere seipsos ingerunt, ac primi esse sancta quadam ambitione contendunt.

14. Accipe nunc paucis, Rde. Pr., quae ad nostri collegii studiosos caeterosque pietatis sacramentorumque cultores pertinent. De discipulorum numero quid dicam nescio: nam et pauci puerique sunt (octuaginta enim aut paulo plures ad nostras scholas ueniunt) [a] et eos simulatque adoleuerint, parentes timent ad nostras scholas mittere; dubitant enim ne ad monasticam religiosamue uitam suscipiendam eos alliciamus. Huc accedit quod omnes fere florentini non tam bonarum litterarum, quam mercaturae sunt studiosi. In festo tamen sancti Joannis euangelistae (cui nostrum templum est consecratum) a pueris nostri collegii actus est dialogus tanta cum hominum mulierumque frequentia, ut uix templum nostrum, quod nequaquam paruum est, capere eos potuerit: quamobrem templi fores claudere fuimus coacti. Sub initium uero mensis Nouembris cum studia renouaremus, et oratio est habita a quodam nostrorum et ab iisdem pueris actus dialogus; quibus praeter alios complures huius ciuitatis studiosos, Illus. etiam dominus Petrus de Toleto, cui [b] Illma. dux est consobrina, interfuit.

15. Est hic societas quaedam hominum, ut plurimum illiteratorum, fere quadraginta, qui singulis dominicis festisque diebus in nostrum collegium conueniunt, confiteturque tanta cum mentis integritate, ut Pres. nostri magnae sibi uoluptati ducant illorum exaudire confessiones. Mox uero sacram synaxin non sine magna aliorum edificatione suscipiunt. Eorum uero numerus in dies magis magisque crescit.

16. De reliquis tum mulieribus, tum etiam uiris, quos deuotos uocant, sic habeto, Rde. Pr., pauperes quidem terrenarum esse diuitiarum: caeterum, si coelestia dona re-

---

a *Sententia addita cum parenthesi in marg. eadem manu.*

b *Sequitur v.* princeps *deletum.*

spicias, ditissimos eos esse facile iudicabis. Iis enim nostri Pres. perinde delectantur atque si uniuersos hostes nominis christiani ad Xpi. fidem pertraherent. Atque ut aliquod ex multis exemplum in medium proferamus, erat nuper quaedam mulier, quae pudicitiam prostituere egestate coacta decreuerat: caeterum ubi nostris se commendauit, non modo a tanto scelere destitit, uerum etiam diuinis spiritalibusque rebus se totam mancipauit: collectis enim aliquot ex iis qui ad audiendas conciones in nostro templo conueniunt, eleemosinis, eius inopiae subuentum est.

17. Quaedam praeterea quae turpissime uitam in lupanari exigebat, matris suae, quae nostris confitebatur, lachrymis ac precibus ad bonam uiuendi frugem restituta, mirabiles in uia Domini quotidie progressus facit: ac matri quidem maximae est uoluptati: caeteris uero qui ipsam antea cognorant, non mediocrem affert admirationem.

18. Erant et nonnullae hic mulieres quae summas ex hac fluminis inundatione acceperant calamitates, fortunarumque suarum iacturam fecerant non mediocrem. Quamobrem ad extremam usque desperationem deuenissent, nisi ad Prum. nostrorum confessiones atque conciones accessisent; quae non modo praeteritorum malorum illas patientes reddunt, uerum etiam ad maiores pro Xpi. nomine perferendas calamitates inflammant. Plurimae etiam quae in summa rerum omnium inopia uel desperauerant, uel graue aliquod crimen in Deum committere cogitauerant, ubi nostris sunt confessae, foelicem diem illum faustumque nuncupauere, quo ad nostrum templum uenire coeperunt; quod unius mulieris exemplum (ut alias interim omittam) facile indicat: quae a uiro suo in summa paupertate rerum omnium destituta, morte grauiorem uitam exigebat: cumque ille pro uxore concubinam sibi delegisset, uxori saepius roganti ne se destitutam in tanta rerum inopia esse pateretur, nihil aliud omnino respondit, nisi ut ad lupanar se conferret, uictum suo corpore quaesitura: quae res muliercula e animum ita pupugit, ut desperare omnino uide-

retur. Sed cum aliquando Sancti Spiritus impulsu (multas enim ad nostrum templum diuinus ille Spiritus mittit, in quo magnum sibi praesidium constitutum sperant) ad nos deducta esset, et cuidam nostrorum confiteretur, persuasa est ut Xpum. sibi sponsi uirique loco deligeret. Quamobrem coepit exinde singulis diebus dominicis post confessionem sacrosanctum Xpi. sponsi sui corpus suscipere. Tandem, ut paucis perstringam, eo perfectionis deuenit, ut cum proxima incarnationis dominicae celebritate confessarium suum alloqueretur, summa cum simplicitate mentisque integritate diceret se quidem caeteris diebus fame non mediocri uexari propter inopiam; eo uero die quo Xpi. corpus susciperet, ne minimam quidem persentiscere. Quamobrem ab eodem Pre. postulabat ut eo quoque die pateretur sibi Xpi. corpus suppeditari. Quod ille non grauate concesit.

19. Confitentium etiam et ad nostrum templum cofluentium numerus in dies magis magisque crescit. Itaque quatuor, quos hic habemus, confessarii, ad meridiem usque a summo mane in audiendis confessionibus occupantur. Neque uero minores sunt pomeridianae occupationes; quippe quae ad secundam usque noctis horam eosdem Pres. in templo plerunque tenent. Quamobrem non immerito eam clausulam qua caeteri uti solent, nobis liceat usurpare: messem quidem multam esse, operarios autem paucos [1]. [*Copiosiores litteras promittit, preces postulat.*]

Florentiae septimo cal. apriles, anno salutis 1558.

Ex Rdi. Pris. rectoris mandato, R. P. T. filiorum minimus seruusque indignissimus,

INNOCENTIUS SPATAFORA, calaber [2].

Laus Deo.

---

[1] Cf. MATTH., IX, 37; LUC., X, 2.

[2] Ingressus fuerat Societatem anno 1556. Neapoli juri civilli operam dederat. Vide POLANCUM, *Chron.*, VI, 243.

Inscriptio. † IHS. Rdo in Xpo. Pri. D. Iacobo Laynez, vicario generali Societatis IESV. Romae.

Alia manu... Mandata a Napoli, Sicilia, Vienna, Loreto, Fiandra, Portugallo.

151

P. PETRUS DE SAAVEDRA
PATRI FRANCISCO DE BORGIA

çaraicejo 12 aprilis 1558 [1].

1. *De litteris prius datis et de confessionum frequentia.*—2-3. *Singularis monasterii cujusdam renouatio per exercitia spiritualia.*—4. *Exercitia clerico cuidam tradita.*—5. *Pueri christiana doctrina imbuuntur.*—6. *Monialis quaedam post reliquas in meliorem frugem se recipit.*

1. † Ihs. Muy Rdo. Pe. nuestro charíssimo en Chro. Pax Chri., etc. Muy alegres salidas de pascuas dé nuestro Señor a V. R.ª con tanto augmento de su dibina gracia como su Magestat puede. Pocos días a escribí a V. R.ª, y ofresciéndose aora mensajero proprio de su señoría del señor obispo [2]; escribo al señor Juan de Vega, como V. R.ª me mandó. Querría que V. R.ª viesse la carta; y esta solo servirá, aliende de hazer lo que debo, para referir las maravillas que a hecho nuestro Señor por las oraciones de V. R.ª, que me animan y esfuerçan tanto, paresciéndome que las oygo a mis orejas, y es nuestro Señor serbido guiar de tal suerte lo que toca a su divino serbicio en este pueblo, que para que V. R.ª le dé loores y alabanças por ello, referiré algunas cosas.

Acerca de la freqüencia de las confessiones no tengo que dezir más de lo escripto, porque e asistido a ellas como si residiera en essa villa, dende la mannñana hasta la noche. Ase cierto serbido nuestro Señor muy mucho, y ansí ofres-

---

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 96*, 3ff., nn. 67-69; prius nn. 293-297.

[2] Episcopi placentini, nimirum, Gutierre Vargas de Carvajal, in cujus dioecesi erat oppidum ex quo P. Saavedra scribit.

cido cosas porque sea su dibino nombre glorificado, que por vn instrumento tan astroso se aya dignado obrar tales cosas.

2. Acerca del monasterio de las monjas [1] ya escribí a V. R.ª cómo sub espe ratihabicionis de V. R.ª, por conoscer quán enteras estaban, abía començado a darles algunas consideraciones. A sido tanto lo que a obrado nuestro Señor en sus almas, que me an dado harta ocasión de derramar muchas lágrimas, si no fuera tan miserable como soy. Porque V. R.ª crea que no vi en mi vida cosa tan rrendida al serbicio de nuestro Señor, ni con tanto ferbor, ni que tan en breve tiempo mudança tan sennalada se biesse; y huelgo mucho que V. R.ª vbiese tratado con ellas, y ordenádoles sus constituciones, y conosciendo su dureza, para que oyga qué a sacado nuestro Señor de lo que V. R.ª dexó barvechado. Jamás vieron constitución ni la guardaron. Vandos entre sí, sicut erat in principio. Obediencia en hecho ni en palabra, como si jamás la vvieran votado. Sus alhajas y todas otras menudencias, como si cada celda fuera su casa formada, y bibieran en el siglo. Respecto a obedescer al señor obispo, en solo aquello que a ellas les paresciera, y no más. Tocas con açafrán y otras cosas de sortijas y bujerías, a su sabor. Mortificaciones ni penitencias, ni por sennal; por manera que solo el nombre tenían. Aora llegó la ora del Señor, y a puesto tanto su benditíssima mano, que tienen de ordinario vna ora de oración mental a la mannana y otra a la tarde; y no es monja la que no va con vn desseo insaciable. Todos los dijes y trajes, an dado al través con ellos. A la priora no la hablan sino es de rrodillas, quando reprehende, sin que alçen los ojos ni buelvan palabra. Mudar el pie ni hazer cosa de la vida sin su licencia y bendición, no se a de hazer. Ales dado Dios tanto gusto en la obediencia, que es cosa mara-

[1] De hoc monasterio in cujus reformatione S.tus Franciscus Borgia laboraverat, vide POLANCUM, *Chron.*, V, 483-484.

villosa. Lágrimas, no tengo qué escribir de las muchas que an derramado. Anse confessado generalmente casi todas. Dizen que no saben cómo se salbaran, si Dios no vviera sido servido de darles luz por los medios de los exercicios. Van con tanta alegría a las mortificaciones, que a sido necesario ponerles rienda. Vna se trasquiló a cruzes, y se quedó en vna sayta de debaxo, y se puso vna soga a la garganta, y destocada y desnuda entró a pedir perdón en refitorio, y a dezir sus culpas y a pedir perdón. Fué tanto lo que sintieron todas, que casi se levantaron sin comer de la mesa, llorando fuertemente; y dezíanme que se les abía representado Cristo nuestro señor quando le llevavan a su sacratíssima passión. Otra se hincó de rodillas, y descalça, y se dió de bofetadas, y dixo su culpa con grandes lágrimas, y besó los pies a todas, y pidió perdón. Otra en su capítulo, desnuda hasta la cinta y destocada y vna soga a la garganta, se dió muy buenos açotes, y pidió a la priora que la arastrassen y tirassen de la soga. Otra por castigo de su rostro, se tocó vn barredero y tomó vna sartén y se dió con ella y se tiznó, y pidió perdón a todas y besó los pies, diziendo que toda su vida avía bibido engannada, y avía dado mal exemplo. Otra se puso a la puerta del refitorio, y pidió que por amor de la passión de Cristo nuestro Señor todas las que saliessen, le diessen de bofetadas y la escupiessen en la cara; y como no estaban tan instruídas, le dieron al salir cada vna en el rostro con moderación, llorando fuertemente de compassión.

3. Dende que començaron a tratar de consideración, jamás vbo discordia, sino grandíssimo amor y charidad entrellas, gran conformidad. No querían lavar ni cozer en su casa, ni guisar de comer; aora la que más puede, más sirve y haze; y an pedido algunas que perpetuamente las dexen en la cozina, otras que quieren ser lavanderas, otras que quieren barrer y linpiar los servicios. Muchas an entregado sus llaves a la priora, con todas sus alhajas, y puesto en sus manos quanto tienen; y a mí me an dicho diga lo

que deben hazer de todo ello; que no quieren sino servir a Dios. Tienen gran propósito de perseverancia. A mí me tienen tanto respecto, y me dan tanto crédito, como si verdaderamente fuesse conoscido por sancto. An gustado tanto de la missa que digo en vna capilla do ellas la pueden oir, que jamás faltan a ella, sino con grandíssima devoción y lágrimas la oyen. Anse confessado y recibido el sanctísimo sacramento cada domingo. An suplicado al señor obispo que de quando en quando [a] suplique a V. R.ª alguno de los nuestros las confiesse o las visite, y esfuerçe y anime y ensenne. Plega a el Señor que pues se a dignado de darles tales principios, se digne que conformen los medios y los fines.

4. Vn clérigo solo, mançebo y canonista, me a pedido los exercicios, y ele dado los de la primera semana. A aprovechado grandemente, y a tenido grandíssimos combates del demonio; empero va muy fuerte, y tengo para mí que nuestro Señor le a de poner en buen lugar donde se sirva dél. Hasta aora no e podido caçar otro, porque an estado ocupados en la iglesia. Podría ser que nuestro Señor encaminasse que los demás viniessen en conocimiento. Harto es que se muestran mucho míos, y que no huyen de mí, a lo que paresce. No sé quántas puntadas e dado a algunos; algo mustios an ido; yo creo obrará la yerva de la palabra del Señor en sus coraçones.

5. El hermano Hernández que está aquí comigo, trae vna capitanía de ninnos y ninnas con vna campanilla por todo el lugar, y los allega a la iglesia cada día y les ensenna la doctrina. Mucho en gran manera a gustado su señoría de todas estas cosas. Plega al Señor que todo le anime para que se consiga muy de veras a lo que vine en su servicio. V. R.ª le haga encomendar a nuestro Señor, y me haga tan gran charidad de abisarme de la salud de V. R.ª, porque e tenido pena en no saber cosa días a.

---

[a] quado *ms.*

6. No se ofresce otra cosa al presente más de lo dicho, aunque [a] pudiera scrivir más particularidades de penitencias. Sola vna monja, con amor que tenía a las otras y sus amistades, las quiso retraer de las mortificaciones y poner miedos que no avían de perseverar. Y yo fuí abisado, y la reprehendí bravamente, diziéndole que tubiesse temor de nuestro Señor, y que mirasse y sintiesse que aquellas cosas no convenían a cristiana, quanto más a religiosa; y que en semejantes cosas entendían los tentadores, y que ya que ella no venía a se confessar ni a hazer mortificaciones, que callase y no las turbasse; y que mirase que podría ser que en brebe la llevase Dios, y daría cuenta estrecha. Atemorizóse mucho y lloró muy mucho y pidióme perdón; y dízenme que trataba de confessar generalmente. Oy que se cuenta 12 del presente, le dió vna calentura: espero en el Señor que infirmitas non tendit ad mortem [1], sino para que el Señor sea glorificado y que venga a conformarse del todo con sus hermanas. V. R.ª a ella y a las demás con este pobre nos encomiende al Señor para que en todo se haga su sancta voluntad; y nuestro Señor dé a V. R.ª su sanctíssima gracia y le haga tan sancto como su Magestat puede. Al Padre rector con todos los demás Padres y hermanos charíssimos de essa santa casa dé V. R.ª su sancta bendición por mí; y en sus oraciones me mucho encomiendo. De Çaraizejo [2] 12 de Abril de 1558.

D. V. R.ª indigno sierbo,

SAAVEDRA [3].

---

[a] abnque *ms.*

---

[1] Cf. JOANN. XI, 4.

[2] Hoc oppidum, quod varie scribitur ab antiquis (Çaraiyzejo, Zaraycejo) et nunc communiter Jaraicejo, pertinebat ad episcopos placentinos. Situm est in provincia recenti Caceres, non longe a Trujillo. Ibi diem supremum obiit D. Gutierre Vargas de Carvajal anno sequenti. Cf. *Lainii Monum.*, IV, 437.

[3] P. Petrus de Saavedra, de quo multa apud nostros historicos, POLANCUM, ALCAZAR, etc, invenies.

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. P.e nro. charíssimo en Chro. el P.e Francisco de Borja, comissario general de la Compannia de Jesús en Espanña. En Valladolid.

Alia manu. 1558, 12 Abril, Çaragoça [*sic*], Saauedra. Vulgar.

152

P. PONTIUS COGORDANUS

ASSISIO 13 APRILIS 1558 [1].

De litteris acceptis. De confitentium et communicantium frequentia.

Molto Rdo. in Christo Patre. Pax Christi. Receuì una di V. Rtia. ai XII de Marxo, sotto XXVI di Febraro, et subbito resposi: (non ho noua dil receputo [a] dessa), per la quale intesi il retorno di M. Salmeron nostro; con li dua primi fogli de le littere d'India [b]; et il nostro Patre M. Canitio era libero de la sua perigrinatione tanto fuctuosa in l'Alamagnia, de la qual grande consolatione ho presa in el Signore. Doppo ho receputi da M. Bobadiglia altri dua fogli, et per madonna Pilotta [2] altri dua. Non ho scritto a V. Rtia. per le continue occupatione de le confessione et opere spirituale; che la sesagesima si confesorno et comunicorno in nostra chiesia molte persone, et doppo ogni domenica, molto insolita in questa ciptà. Et è stata la fre-

---

[a] rceputo *ms.* —[b] didia *ms.; sed cf. Lainii Monum., III, 184. Textus perturbate scriptus est. Ita posset ordinari:* Receuì una di V. Rtia. sotto XXVI di Febraro, ai XII de Marxo, con li dua primi fogli de le littere d'India (et subbito resposi: non ho noua dil receputo dessa), per la quale intesi il retorno di M. Salmeron nostro; et il nostro Patre M. Canitio era libero...

---

[1] Ex originali in codice *Ital. 112*, 2 ff., nn. 20, 21; prius 52, 53.

[2] Pellota seu Bellota Spinola, Societatis fautrix. Cf., sis, inter multa alia, *Lainii Monum.*, III, 52, 183, 274.

4. Monsignor Rmo. c'ha dato cura et pregato con molta instantia più uolte che agiutassimo li monasterii et che attendessimo a la reformatione di quelli; et conoscendo essere questo l'instituto de la Compagnia d'agiutare a tutti, habbiamo cominciato a predicare in tre monasterii ne li quali per gratia del N. S. si fa non mediocre frutto. Si uogliono cominciare a confessare et communicare spesso, et essendo che li monasterii di questa cità siano molto licentiosi in quanto a la osseruanza de la loro regula, et hauendoli uoluti per altri tempi il uescouo reformare et stringerli a le grade et clausura, si sonno diffese et fatto resistenza in mandar a Roma et ottener breui, hora per gratia del N. S. hanno accettato sì li capitoli antiqui che monsignor haueua fatti, come altri noui che ha fatto hora. Li monasterii doue fin a hora non se è andato, mandano a ricercare che si uada a seminar la parola d'Iddio et agiutarli in Domino. Si fusseno più operarii non ce mancaria da fare, et però restano cose assai per non esser noi sufficienti a satisfare. N. S. di tutto si serua a maggior gloria sua.

5. Ne le nostre scole ci sonno cento ottanta scolari, li quali fanno frutto in letere et spiritu. Molti di loro frequentano la confessione et communione ogni otto giorni et desiderano entrare ne la Compagnia.

6. Prego con tutt'il core la Rda. Ptà. V. che ci uoglia agiutare con le sue diuote orationi et santi sacrificii acciò potiamo continuamente affaticarci nel suo santo seruicio et satisfare a li pii et santi desiderii di questa cità, et ci conceda alcuno Padre pratico et forte per il continuo confessare, perchè n'habbiamo grandissimo bisogno; et per questo mancamento resta che non potiamo satisfare a la terza parte de le confessioni. Et finalmente dimandiamo alla Rda. Ptà. V. la sua santa beneditione, la cui molto

Rda. persona preghiamo continuamente il N. S.re che conserui sana per maggior seruicio suo et agiuto di questa Compagnia. Di Syracusa il dì 10 di Maggio 1558.

Della R. P. V. indegno seruo in X.° nro. Sre.,

Joan Filippo Casini [1].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Chro. Pre., il P. M.ro Jacomo Laynez, vicario generale de la Compagnia di Jhu., etc. Padre nostro obs.mo, etc. In Roma.

Sigilli vestigium.

165

JOANNES BTA. CARMINATA

PANORMO 11 MAJI 1558 [2].

1. *Sacramenta poenitentiae et communionis a multis frequentantur, concionibus assistitur.*—2. *Complures vitam religiosam amplectuntur.*—3. *Insignis duarum nobilissimarum sororum vocatio.* 4. *Nostrorum charitatis opera quaedam.*—5. *Concionatores ad diversa loca tempore quadragesimali mittuntur.*—6. *De jubilaeo.* 7. *Scholares tum in spiritu, tum in litteris exercentur.*

1. Jhus. Pax Xi. [*Scribere se ait veteris instituti tenendi causa*].

Sciat *ergo* Rda. Ptas. tua (ut inde primum exordiar, unde bona nobis uel maxima confluunt) confessiones a multis etiam nobilibus et primis huius ciuitatis et (ut fatear quod cuiuis probari facile potest) ab his qui nobis infesti prius uidebantur et hostes nostrae Societatis acerrimi, frequentari, et saepius quam sperare quis nostrum posset, eucharistiae sacramentum summa animi deuotione et maximis singultibus accipi. Non desunt mulieres quamplurimae et viri qui singulis fere diebus nostros adeunt confes-

[1] Collegii rector.

[2] Ex originali in codice *Sic. 181-Sic. 182,* 4 ff., nn. 82-85; prius 229, 233. Secundum Hansen, *Rheinische Akten...,* 767, exstat exemplum in archivo coloniensi.

sarios, uel ut sua aperiant crimina, uel ut de rebus quidem non parui momenti eos consulant [a]. Ad concionem dominicis et aliis item festis diebus, quae consueuerat, hominum corona confluit. *Confidimus tamen in posterum diuino fauore augendum non modo eorum qui confiteri nostris Patribus assolent numerum, sed etiam qui corporis Christi sumendi desiderio haud uulgari rapiuntur.*

2. Non hic tacebo fruges, quae inde capiuntur, uberrimas. Sunt enim nonnulli, qui in nostram admitti religionem summis precibus contendunt. Aliqui tamen, siue quod id se consecuturos diffidunt, siue quod non una eademque ratione hominum salutem benignissimus pater omnium Deus operatur, alias honestissimas uiuendi rationes eligunt, seque parentum ac amicorum subtrahunt commercio, et monasticam uitam diuino ducti spiritu alacrius quam credi possit sequuntur. Quod his proxime diebus hic accidisse recordamur. Tres enim iuuenes, inuitis parentibus, amicis ignorantibus, reliquisque familiaribus id nesciis, quodam die, ut solebant, confessi, sumptoque sacramento, contemptis bonis omnibus quae possederant, nudi ad crucis uexillum quam citissime aduolarunt. Capucinorum enim, ut uulgo appellantur, religionem sunt ingressi; ac ne parentum illecebris aut minis uel amicorum persuasionibus ab instituto reuocarentur, Syracusas, commodius quod optabant effecturi, sese receperunt. *Sit Dominus in his omnibus benedictus.*

3. *Non tacebo hic etiam quod totum acceptum referendum est Deo, cum hinc in Domino laetari Rda. Ptas. tua non mediocriter possit.* Duae nobilissimae pariter et ditissimae (ut accepi) sorores, defuncto iam patre (cuius diuitiarum copia quae quantaque fuerit isthuc fama peruenisse arbitror, cum isthic Sancti Spiritus xenodochium earum particeps fuisse dicatur), cum a nobilissimis quibusque huius regni appeterentur summoque studio in matrimonium

---

[a] *Prius* uel de rebus... consulturi.

adiungendae quaererentur; tandem R.mi cardinalis [1] iussu monasterium nuper constructum [2], in quo prae caeteris concionari, confessionesque audire nostri consueuerant, sunt ingressae: vbi, quod minus sperabamus, breui usqueadeo in spiritu profecerunt, ut monialibus quae una cum illis degunt, admirationem, et nobis omnibus stuporis simul et consolationis plurimum afferant. Exercent enim, ut referunt, uilissima quaeque religionis officia, ministrare aliis gratulantur, inseruire summam ducunt uoluptatem, horas canonicas summa animi attentione recitant, concionibus (quod prius irridebant) attentissimas se praebent. Illud etiam addam, quod subticere qui possim non uideo, quod admitti in monialium numerum uehementer exoptant. Quod certo futurum confido, nisi quod grauius mundus aut caro opponat impedimentum. Hoc autem quum contigerit, magnam hinc Deo laudem ac toti vrbi admirationem citra controuersiam prouenturam coniicio.

4. [*Ait non omittenda quae sequuntur.*] Cum hic in publicis custodiis multi qui soluendo non erant, misere detinerentur, ac rerum omnium premente inopia, nociua quaedam bestiarum more, quod nos uel maxime commouebat, auidissime ac certatim absorberent; nostrorum opera effectum est, ut diuites aliquot quibus affluebant pecunias libentius quam credi possit erogarent: ita multi nostris Patribus supplices ac humi prostrati gratias agentes quibus tantum beneficium acceptum esse referendumque fatebantur, impune ad parentes, uxores, liberos, amicos, quorum omnium commercio ac familiaritate iamdiu caruerant [a], reuertebantur. Aliqui etiam praeter id, accepta pecunia qua uiuere aliquot dies cum uxoribus possent (omnia enim

---

[a] *Emend. ex* corruerant.

---

[1] Petrus Tagliavia de Aragon, cardinalis et archiepiscopus panormitanus.

[2] Agitur de monasterio Sti. Joannis, cognomento «Roglion». Cf. *Lainii Monum.*, III, 288.

carcer assumpserat), dimittebantur: mulieribus quoque nonnullis, nobilibus quidem sed maxima rerum laborantibus inopia, satis superque, ut temporis patiebatur occasio, ab aliquibus nostrorum Patrum persuasionibus adductis consultum est.

5. Huc etiam pertinere uidetur quod hac praesertim quadragesima tot concionatores ex nostris ad diuersa loca summis precibus accersebantur, ut si satisfacere omnibus reuerendus Pr. rector [1] forte uoluisset, nemo equidem domi qui necessaria curaret, adfuisset. Ac illud ego fatebor, qui hic natus morem ciuitatis probe noui, non modo nouum et inauditum mihi fuisse uisum, sed quod nunquam antea futurum, si quis dixisset, ausus fuissem affirmare. Satisfactum est tamen pluribus quam credidissem.

6. Nec reticebo hic quod post resurrectionem Domini accidisse summa cum uoluptate recordamur. Iubilaeus nuper ad nostras partes transmissus multos cum uiros tum mulieres ad nostros pellexit Patres, qui etsi proxima quadragesima nostris confessi sanctissimum sumpsissent sacramentum, rursus tamen in nostro templo, tunc certe angusto, eisdem confessi eundem cibum et potum degustarunt, quos plures fuisse nostra omnium opinione non dubito. Sit Dominus in his omnibus benedictus.

7. Quoad mussaeum hoc nostrum studiosorumque multiplicem pertinet frugem, *illud latere Reueren. P. tuam minime uelim, quod etsi saepius scripsimus, repetendum id tamen arbitror.* Omnes scholares quotquot nostram frequentant academiam, in suis quisque scholis pro more exercentur non in literis modo, sed (quod nostra interesse magis existimamus) in spiritu, ac optimis officii rationibus. Multi enim in principiis ac fundamentis grammatices, nonnulli in epistolis componendis ac uersibus, aliqui in orationibus lucubrandis exercentur. His adduntur disputationes in rhetorica praecipue ac dialectica, ubi non solum quibus-

[1] P. Paulus de Achilles.

dam constitutis, sed singulis etiam fere diebus, plurimos in huiusmodi utilissimis quidem disceptationibus progressus faciunt discipuli. Nec id solum inter nostros quos habemus diligentiae nostrae creditos iuuenes cotidie fit, sed nonnulli saepissime a discipulis inuitantur, eorum mutuas spectaturi concertationes, quod hisce diebus cuidam iuueni eloquentiae candidato usu uenit; cum enim suas de more conclusiones condiscipulis discutiendas proposuisset, ratus uberiorem frugem inde se allaturum, si aliquot ludimagistri aut id genus aliqui literati adessent, eos inuitauit eisque propositas quaestiones aliquot ante dies, audacius quam sperabam, obtulit. Vnde multi ex his, qui hic celebrantur, praeceptoribus se affuturos sunt polliciti. Aliqui etiam qui philosophiae et dialecticae studio uacant, idem promiserunt. Tandem constituto iam die, ut fieri antea consueuerat, praeceptorum uel pugna solo nomine perterritus uel aliis distentus occupationibus ne unus quidem interfuit. Iuuenes quos recensui, philosophicis ac dialecticis praeceptis imbuti, non affuerunt modo, verum etiam primum disputandi locum obtinuerunt; qui licet multa philosophice magis et dialectice proponerent quam oratorie, solutionibus tamen ab eo qui defendebat eiusque praeceptore ad rem apposite allatis, quieti ac ingentes nobis quod ad disputationes fuissent admissi gratias agentes recesserunt. Deo Opt. Max. laus ac honor, quem horum omnium bonorum autorem nemo nisi hominum sensu penitus destitutus negabit.

Interim Rda. P. tua, ut solet, nos suis orationibus ac sacrificiis apud Deum quam arctissime commendabit, ut quod coepimus persequi, et quod superest eius fauore adimplere ualeamus. Panormi anno incarnationis Dni. M D LVIII. XI Maii.

Rdae. Ptis. tuae seruus in X.°,

Ioannes Baptista Carminata [1].

---

[1] Vide superius, pag. 55, annot. 2.

Inscriptio. † Obseruandissimo ac Rdo. in X.° Patri Jacobo Laynez, vicario generali Societatis Jesu. Romae.

Alia manu. Francia, Spagna, Portugallo, Fiandra, Alemagna.

166

P. JOANNES RETHIUS

COLONIA 14 MAJI 1558 [1].

1. *Germania tota misera admodum est.—Omnia ab haereticis infestantur.*—2. *In devota venerabilis sacramenti translatione quidam vir ob suam irreverentiam a magistratu punitus est.*—3. *Ut Colonia fidem susceptam semper tueatur, tum studiorum instauratio, tum optima juventutis in nostro collegio institutio juvabunt.*—4. *Undique ad hoc collegium juvenes confluunt; e quibus tres egregii adolescentes se nobis tradiderunt: alii etiam in Societatem admissi sunt.*—5. *De consulum, suffraganei et pastoris paroeciae benevolentia.*—6. *De scholis et scholasticorum exercitationibus. De aliquibus scholarum fautoribus extra Coloniam.*

1. † IHS. Pax Christi, etc. Tempus, seu obedientia potius a nobis exigit, ut si quid mense Aprili per Dei gratiam hic factum sit, R. T. paucis significemus. Faciemus nos id quidem; uerum non quemadmodum uolumus, sed ut possumus. Cuperemus etenim maiorem in nobis fuisse diligentiam, et plura atque insigniora confecta esse. Sed Deus qui non tam nostram negligentiam, quam suam Societatem respexit, quamuis nos mali sumus, operari tamen hic aliquid uoluit. Germania siquidem tota misera admodum est, et uix integrum aliquid habet. Omnia propter bonorum pastorum inopiam et nostra peccata ab haereticis aut occupata sunt, aut iis iam ipsi insidias struunt. Verum ad istam ciuitatem hactenus aditum non habuerunt, licet nihil prorsus intentatum reliquerint.

---

[1] Ex autographo in codice *Germ. 142,* 3 ff., nn. 28-30; prius 520 sqq. Aliqua verba ab ipso auctore inter scribendum deleta aut addita sunt, quae non visum est operae pretium annotare,

2. Est ex more deuota admodum et magnifica his diebus uenerabilis sacramenti facta circumlatio. Licuit uidere in hac ciuitate multos bonos et uere deuotos uiros esse relictos, quos Deus, spero, respicit, et a nobis haereticorum rabiem benignus auertit. Fuit quidem qui sacrosancto sacramento tunc honorem non exhibuit, aut deteriora etiam fecit; sed confestim iubente magistratu a lictoribus comprehensus in carcerem deductus est. Id quod ipsemet uidi. Ita Coloniae fidem, quam semel suscepit, hactenus tutatus est, et in finem usque tuebitur; ne fidelis romanorum desinat esse Colonia.

3. In qua me spe plurimum confirmat quod studia restaurari conspicio, et singularem Dei in discipulos nostros amorem manifeste deprehendo. Catholici enim sunt et haereticorum hostes acerrimi, quacumque etiam ratione ante instituti fuerint. Ad quod plurimum faciunt tum confessiones et communicationes crebrae tum praeceptorum etiam quotidianae exhortationes. Qui quamuis autores prophanos enarrent, uix tamen uel unam lectionem faciunt, quin plurima admisceant, quae uel moribus honestis conducant, uel pietatem promoueant, uel eos in catholica religione confirment, et aduersus haereticos excitent, quorum libros abiiciunt et uulcano committunt. Vt plane existimemus discipulos nostros non solum in catholica religione perseueraturos, sed ad quemcumque statum etiam peruenerint, haereticos pro hostibus capitalibus habituros. Inter hos autem admodum multi sunt senatorum filii, etiam in domestico nobiscum conuictu; quos si in senatum assumi aliquando contingat, quo in religionem orthodoxam sunt animo, haeresim ne tantillum quidem hic loci obtinere permittent. Si uero diuina bonitas ad Societatem suam eos pertrahat, quis dubitat quin plus etiam in Germania effecturi sint boni? Verum non huius tantum ciuitatis adolescentes hanc a Domino consequuntur gratiam; sed circumiacentium etiam prouinciarum et ipsius superioris nimium afflictae Germaniae.

4. Vndique enim ad hoc collegium nunc confluunt, et quidem tanto numero, ut senatus gaudeat, et cuncti mirentur. In solo conuictu nunc quinquaqinta septem sumus; ex quibus, ut multi iam Societatis sunt, ita plures in dies esse uolent. Non ita multae septimanae elapsae sunt, quod tres egregii adolescentes et naturae dotibus pulchre exornati, apud nos nunc dialectici, se Societati tradiderunt obnixe rogantes, ut admitti ualeant; quorum unus nobilis est, M. Joannis Berkelii buschoducensis nepos [1]; qui superiori anno magnam ex declamationibus apud rhetores laudem consecutus est. Venit praeterea ad nos uir quidam doctus, 39 forte annorum, iuris licentiatus, et zutphaniensis canonicus, qui aliquandiu Moguntiae iurisprudentiam docuit, et per annos decem continuos multis modis ad Societatem tractus est. Tandem plane secum statuens, quod uocantem et trahentem Deum sequi uellet, Zutphaniam relinquens, Coloniam profectus est, et ad collegium ueniens R. P. Leonardo desiderium suum exposuit, supplex petens vt reciperetur, paratum se ad officia culinaria et alia omnia abiectissima etiam offerens. Quae audiens Pater, et animum eius intelligens, post deliberationem, respondit se eum recepturum ad probationem statim atque sua negotia nonnihil Zutphaniae composuisset. Ad haec rector scholae bartolomeanae apud leodienses iuniorem suum filium Societati dedit, et ad nos transmisit, cuius frater senior licentiatus iuris istis diebus cum Anselmo fratre nostro hac transiuit Romam profecturus, vt se Societati det [2].

[1] Forsan fuit is Georgius Eynthouts de quo P. Kessel scribebat die 27 Februarii 1560: ... «primus est Georgius Eynthouts buscoducensis ex nobili progenie ortus. Eius pater, cum viveret, fuit consul buscoducensis. Est iuvenis admodum tractabilis, ad omnia videtur accommodus... duo anni sunt, quod scholarium Societatis votum emisit»... Apud HANSEN, *Rheinische Akten...*, 347, annot. 1.

[2] Rector praedictae scholae Leodii erat D. Gerardus Gerardinus. Cf. *Lainii Monum.*, II, 446, 462, 463. Filius qui Coloniam venit, eodem nomine appellatur in catalogo collegii coloniensis ineuntis anni 1559 (in

5. Consules et ciues supra modum nos amant et breui collegio adiungent domum collegio ipso etiam ampliorem. Sunt praeterea nunc contenti, ut ipsorum filii iesuitae, ut nos uocant, fiant. Suffraganeus [1] noster quaedam Societatis priuilegia approbauit de sacramento confessionis et eucharistiae, approbaturus, credo, plura, si et de reliquis cum eo egissemus. Pastor in cuius parrochia collegium situm est [2], totus noster est, quicquid hactenus ab eo petiuimus libenter concessit, imo iuuentutem plane nobis committit, et ad pergendum, ut coepimus, hortatur.

6. Sed ad scholam propius accedamus. His diebus post diligens examen grammaticorum nostrorum ad altiores classes ascensus [a] factus est. Adfuerunt aliquot senatores et aliarum bursarum plurimi. In schola tapetibus pulchris ornata tres orationes et quatuor carmina pronunciata sunt. Quid ad lectiones solitas accesserit, ex lectionum catalogo licebit cognoscere. Declamationes continuamus, quibus licentiati iuris et theologiae nonnunquam intersunt: qui et discipulos ad scholam istam adducunt, licet in aliis bursis promoti sint. Sed non colonienses tantum collegium hoc pacto promouent, uerum etiam externi, vt in rectore embricensi [3] optimo illo uiro apparet, qui non solum suos ad nostrum collegium ablegat, sed etiam librum Societatis de

---

[a] assensus *ms.*

---

codice *Germ. 131*, fol. 36v). Alter ejus filius, Ludovicus, jam dudum in Societate erat. Tertius qui Romam nunc ire dicitur, Jacobus appellatur apud HANSEN, loc. cit., 307, annot. 2. De fr. Anselmo cujus hic mentio fit, videntur intelligi quae habentur in *Lainii Monum.*, III, 116; IV, 46; V, 624; *Ribadeneira*, I, 131, 297. De eo etiam agit rector collegii nolani in informatione data die 13 Julii 1559, quae invenitur in codice *Sic. 59*, n. 25; prius 22 (deleto 124).

[1] Vide superius, pag. 569, annot. 1.

[2] Coloniense collegium situm erat in paroecia Sti. Lupi. HANSEN, loc. cit., 304.

[3] Matthias Bredenbach.

copia [1] in sua schola prelecturus est, admodum et grammaticam sibi dari cupit. At finem faciam si illud unum addidero, quod iuuentus nostra sibi ultro leges praescribit, et a nobis petit ut approbemus.

Oret, obsecro, V. R., cum Patribus et fratribus omnibus, Deum, vt quod coepit perficiat ad suam gloriam et oppressae Germaniae liberationem. Vale. Coloniae, pridie idus Maii, anno 1558.

Committente R. P. Leonardo Cessel [*sic*] [2], scripsit V. R. seruus minimus,

JOANNES RETHIUS [3].

Inscriptio. † Reverendo in Christo Patri D. Jacobo Laynezio, Societatis Jesu generali vicario.

Alia manu. Mandata a Vienna, Loreto.

Sigilli vestigium.

167

P. RAPHAEL RIERA

LAURETO 15 MAJI 1558 [4].

1. *De nostrorum profectu, maxime post exercitia spiritualia de more peracta.*—2. *De concionibus et de confessionum et communionum multitudine.*—3-5. *Illustrium virorum visitationes.*

1. † Pax Xi., etc. Essendomi stato imposto da la sta. ubidienza ch'io douessi a pieno ragguagliar la R. V. di ciò che per gli nostri si è operato in questo smo. luogo gli quattro prossimi passati mesi a gloria del Signor Iddio et

---

[1] Intelligi videtur liber «De utraque copia verborum et rerum praecepta» ... a P. Frusio scriptus.

[2] Vide pag. 4, annot. 3.

[3] Cf. pag. 237, annot. 1.

[4] Ex originali in codice *Rom. 126 A,* 2 ff., nn. 56. 57; prius 12, 13. Praecedit exemplum latinum in ff. 54, 55; prius 80. Exstat apographum latinum in archivo coloniensi quod falso dicitur datum idibus Januarii 1558. Ad calcem exempli originalis latini dicitur: «Mandata a Vienna, Spagna, Portogallo, Francia, Fiandra, Italia, Napoli et Sicilia.»

in edificatione del prossimo, ho con questa ristretto il tutto sotto breuità immaginandomi che già sì per lettere, come anchora per parole di molti sia già informata del gran frutto che questa uigna produce; non potendo in effetto essere altrimente, essendo in protettione di quella la cui podestà si estende sopra d'ogn'altra: dico de la gloriosissima regina del cielo alla quale è da credere sia stato dato special priuilegio di spargere di quella celeste rugiada abondantissimamente. Hor dico alla R. V. che gli Padri et fratelli di questo collegio mostrano hauer fatto non piccolo profitto sì nello spirito, come nelle lettere, et massime dapoichè gli fratelli quasi tutti o la più parte furono essercitati spiritualmente, come si costuma nella Compagnia, in quegli otto ultimi giorni di carnouale quando più che mai l'antico nemico suole addoprar le sue armi, hauendo prima il R. P. rettore [1] fattagli un'essortatione accommodata a tal materia. Il che appertamente si conosce essere stato fatto non senza singolar prouidenza diuina, perochè dopo subito si uedde tanto feruore in penitenze publiche, in colloquii spirituali et altre mortificationi che era cosa molto da laudarne Iddio, sì come è da laudare perchè gli effetti buoni ne seguiscono anchora tuttauia, non ostante che alcuni fossero trauagliati dall'iniquo serpente, come alle uolte la bontà diuina permette negli eletti suoi a causa che la uirtù prouata douenti perfetta. Tutti adonque uniti in uno spirito di charità sempre hanno atteso et attendono a gli studii, ciascheduno secondo l'esser suo, con molta sanità di corpo contra il solito di questo luogo; et il progresso spirituale uiene cercato da ognuno con prontissime uoglie et con allegrezza di mente, di maniera tale che l'odor soauissimo che escie di questo piccolo orticello del Signore, uiene sentito et gustato da molti con agiuto et (come si spera) con salute de le anime del prossimo.

2. Degli Padri principalmente il R. P. rettore ha pre-

---

[1] P. Oliverius Manareus.

dicato questa quaresima in questa chiesa tre giorni de la settimana et ha superata di gran longa l'oppinione sua et l'espettatione de gli auditori. Gli altri et nell'isteso tempo et sempre in quegli santi giorni hanno con mirabile prontezza d'animo data continua opera alle confessioni, il frutto de le quali non potria narrare in molte hore, ma restringerò quello che mi pare sia a maggior gloria del Signore Iddio. Cominciò il concorso de li pellegrini nel principio di quaresima crescendo di continouo et massime cessando le guerre, il che permesse che quegli che haueuano obligo, uenessero a sodisfare di tutte le parti d'Italia, tal che alla mattina, nel far del giorno, si daua principio all'udir penitenti, nè mai si finiua se non quanto a pena si poteua pigliar la rifettione corporale; onde ho poi udito da un Padre che in tre giorni lui ha udite cento sesanta uno penitente. L'ordine che si teneua affinchè la moltitudine non causasse confusione, era che doi nostri fratelli stauano alla porta de lá penitentiaria introducendo ordinatamente, onde accadeua alcune uolte che quegli più desiderosi d'inespediti [a] offeriuano agli detti ostiarii chi una quantità et chi un'altra di danari acciochè gli lasciassero entrare; alcuni altri non potendo aspettare saltauano ascosamente sopra certe trauerse, et così in tal operare molti che fuor di misura stauano inuiluppati negli lacci del demonio si sono slegati et sciolti, et usciti de le tenebre hanno riceuuto il uero lume de la diuina gratia con marauiglioso dolore de gli loro peccati et contrittione grauissima. Il che lo mostraua la prontezza con la quale accettauano le penitenze et massime discipline. Oltra di ciò dicono gli sacristani qui de la chiesa che dal giorno de la sma. incarnatione per sino all'ottaua di pasqua truouano essersi communicati noue milia persone. Benedetto et laudato ne sia il Signore che si degna abondar tanto in misericordia con le sue creature.

---

[a] *Sic ms. Forsan* inespedirsi *?*

3. In oltre de la moltitudine d'ogni sorte di persone ci sono stati molti personaggi di dignità fra quali sono stati il Rmo. cardinale Carrafa [1], il quale dopo l'essersi confessato da gli nostri, laudò molto la Compagnia mostrandosegli con assai parole beniuolo. Il Rmo. cardinale Vitellozzo [2] fece il medemo laudando parimente la dottrina, zelo et spirito de la Compagnia et essortò ognuno a fauoreggiarla, et insieme de gli predetti tre Rmi. vescoui et molti altri signori che uengono qua et per uisitar questo santissimo luogo et per confessarsi da gli nostri, si come fece anchora il Rmo. d'Vrbino [3] con una sua sorella, il quale uolse udir dal R. P. rettore una essortatione in camera sua con X o XII degli suoi primi, et la mattina dopo in chiesa essendoli stato offerto un canonico perchè gli celebrasse, non uolse, ma pregò un Padre de gli nostri che a caso arriuò lì, che gli celebrasse la messa.

4. Il Sor. duca, suo fratello [4], con molti segni ha mostrata particolare affettione alla Compagnia et in specie mandandosi a raccomandare alle orationi de gli fratelli et instando che uisitassero, sì come fu fatto, due uolte o tre le stationi a nome suo. La signora sua consorte ne mandò non sò quanti Agnus Dei offerendosi lei parimenti il suo potere, et già si sariano ueduti effetti conformi alle parole, cioè che forsi si saria fondato un collegio in Pesaro, se dal canto de la Compagnia si fosse mostrato più desiderio. Potria forsi essere che una uolta hauesse effetto [a].

---

a *Exemplum latinum addit:* «Rmus. quoque Marchiae gubernator uni ex nostris confiteri uoluit, non sine ingenti (ut spero) multorum fructu. Idem de episcopo patauino deque aliis multis praesulibus et magnae fortunae uiris speramus...»

---

1 Forsan Carolus Caraffa ex legatione belgica redux; an Alphonsus Caraffa?

2 Vitellus Vitellotius.

3 Julius della Rovere.

4 Guido Ubaldus della Rovere; ejus uxor Victoria Farnese,

5. Seguitò il Rmo. protettore di questo santo luogo et de la Compagnia, il cardinale di Carpi [1]; la cui uenuta non è stata di manco allegrezza a gli animi di molti, che si fosse necessaria per molte cause, si perchè anchora ha uisitata et celebrato la messa nella santissima capella con tanta diuotione che ha lasciato odore di santità non poco. La benignità che ha mostrata uerso di tutti noi è stata tale che a chi ama la Compagnia ha data contentezza ammirabile et ha fatto conoscere a molti di animo dubioso quale strada si deue tenere; onde è accaduto che quasi tutti conoscendo qualche mouimento et mutatione nella mente di S. S. Rma., hanno cominciato a caminar con maggior rispetto. Finalmente non è stata domandata cosa che non si sia ottenuta, et massime della distributione de l'ellemosina de la santa casa, la quale concesse al Rdo. P. rettore in nome de la santissima Trinità, et così hora per doi et alle uoltre tre de gli nostri ui si attende con quella cura che si può maggiore, di che già se ne sente bono odore [a]. Tutto a laude, honor et gloria d'Iddio benedetto nostro Signore. [*Preces postulat.*]

Di Loreto a li XV di Maggio M. D. LVIII.

Per commissione del nro. R. P. rettore, di V. R. P. indegno figliolo et seruo in Giesù Cristo,

RAFAELLO RIERA [2].

---

[a] *Exemplum latinum ait:* «Attulit ea res [*id est cura eleemosynarum nostris commissa*] multis magnam consolationem et nobis multam merendi commoditatem. Non solum enim peregrinis quotidie huc confluentibus maiori charitate ac liberalitate satisfit, sed etiam multis aliis qui pro derelictis habebantur; omnibus autem una cum cibis corporalibus etiam spiritualis vitae alimenta quotidie exhibentur. Religiosis autem personis parauimus diuersorium in quo humanius possint tractari; iamque sanctissimus odor horum operum per uicinas vrbes se effudit crescitque in dies gloria et expectatio laudis hujus sanctissimi loci et Societatis nostrae...»

---

[1] Rodulphus Pius de Carpi.

[2] Vide superius, pag. 400, annot. 1.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.° Pre., il Pre. M.° Giac.° Laynez, vicario generale della Compagnia di Giesù. Roma.

168

P. JOANNES RETHIUS

colonia 22 maji 1558 [1].

1-4. *De collegii nascentis progressu et de difficultate inveniendi securam progrediendi viam.*—5 6. *De scholis et magistris. De scholasticis eorumque bonis moribus et religioso fervore.*—7. *De renovatione facultatis theologicae et philosophicae. De coloniensi senatu.*—8. *De duce juliacensi; de vicinis scholis; de aliquibus amicis.*

1. † Pax Christi. Sancta obedientia admonitus, R. P., ea paucis narrare placuit, quae proximo quadrimestri in uineto coloniensi diuina bonitas per tuos filios, ministros suos, quamuis ineptos admodum, operari dignata est. Faciam autem id, paulo altius, bona pace tua, sumpto principio.

2. Duo pene iam anni sunt quod quatuor numero a R. P. nostro Ignatio ad operandum emissi Coloniam appulimus [2], et ibidem in parua domo P. Leonardum [3] cum duobus fratribus, Petro Hauptio et Francisco Hemerolo, inuenimus. *Deus autem, qui per undecim abhinc annos per R. P. Leonardum operarios hic sibi parare uoluit, illis utcunque iam praeparatis, uineam suam nobis patefacere dignatus est et magnam laborandi occasionem*

---

[1] Ex autographo in codice *Germ. 186*, 4 ff., nn. 82-85; prius 1-7. Deleta et emendata a Polanco consueto modo indicamus. Eam ex apographo quod in archivo coloniensi exstat, edidit Hansen, *Rheinische Akten...*, 301 sqq. In codice *Germ. 142*, ff. 32-33 est alia epistola subscripta ab Henrico Dionysio die 27 Maji, quae multa hujus repetit. Ejus summam dedit Hansen, loc. cit., 305.

[2] Die 22 Junii 1556 Coloniam pervenerant Henricus Dionysius, Franciscus Costerus, Joannes Rethius, Henricus Somalius. Cf. Polancum, *Chron.*, VI, 416,et supra, pag. 1.

[3] P. Leonardus Kessel.

prebuit. Non ita multo post eodem adhuc anno, senatorum animos ad hoc permouit, ut a se erectum collegium nobis traderent. In quo ita nostrorum labores prosperauit [a], ut intra annum illa, quamuis ampla domus, fratribus et conuictoribus impleretur.

3. Nunc itaque idem ille Deus, qui eos ad collegium nobis dandum permouit, impellit quoque ad aliam domum aptam admodum collegio coniungendam. *In quam rem tam multi senatorum sunt propensi, ut quasi amplius non ambigam, quin breui futurum sit.* Sed repente hic nihil fieri potest, propterea quod non hic unus aliquis princeps est (ut alibi) a quo omnia dependeant; sed multi admodum, inter quos facile aliqui qui aduersentur, reperiri possunt. Discemus igitur hic qua ratione in imperialibus ciuitatibus collegia erigenda sunt, quo post tanto facilius in consimilibus urbibus extruantur. Non hic dependet res a duce, episcopo, rege aut imperatore; sed a populo, quem nisi prius multis egregiis factis nobis conciliemus, non uideo quid obtineri possit. Crassus est, crassa placent: uisui magis quam auditui credit; non quidem deesse nobis uult, sed cito credulus esse non uult; necessaria dabit, sed per uices, non, ut apparet, uno anno. Quare patientia opus est et longanimitate. Sua enim quaedam rebus omnibus est infantia, quae quanto meliores sunt, tanto lentioribus augentur incrementis, et tantae molis erat romanam condere gentem [1]. Vt Roma in Italia, sic Coloniam in Germania futuram spero. Hoc enim foelicia ista praesagiunt auspicia.

4. Redditus nulli sunt, et pascit hic quotidie Deus sexaginta, et quidem ita vt nihil omnino aeris alieni adhuc contractum sit. Coepimus in scholis tribus; progredimur in classibus sex. Deus, qui sua bonitate et potentia effecit ut

---

[a] *Hoc v. desideratur in apographo coloniensi, pro quo supplevit* successerunt HANSEN, *Rheinische Akten...*, 301.

---

[1] VIRGILIUS, *Aeneid.*, I, 33.

tam exiguum principium tantum tam breui tempore incrementum sumeret, perficiet, spero, quod bene coeptum est, quando et quemadmodum vtilissimum esse nouit. Perficiet utique, hoc in dubio positum non est; sed quando et quomodo non nouimus. Nos oramus, ut quid fieri uelit doceat, et quod cognoscimus aut per internam Spiritus Sancti unctionem aut per V. P. literas, ea non segniter exequimur [a]. Generalis aliqua regula quam sequamur, hic haberi non potest; exemplum quoque quod imitemur, non occurrit, propterea quod [b] alia est ratio ciuitatum imperialium, quam earum quae uni alicui principi parent. P. Leonardus tot annis cum coloniensibus conuersatus est, et uarios modos excogitauit fundandi collegii; ego hic et natus et educatus sum, et nihil mallem quam magnificum aliquod in patria relinquere collegium; et tamen in hac causa quotidie discimus, nec dubito quin idem sociis meis eueniat. Experimur hoc in loco feruore et festinatione causam impediri potius quam promoueri. Feruore coepimus, sed nisi ab eo destitum esset, adhuc in collegio non essemus [c]. Tentamus igitur uaria ut quatenus fieri potest, et collegium firmetur, et Societatis constitutiones obseruentur. Quod si uno anno fieri nequit, satius putamus paulatim progredi quam omnino hinc explodi, quemadmodum ante annos aliquot semel factum est. Hac enim mora et nostrorum diligentia multae animae Deo lucrifiunt; festinatione uero et explosione quantum boni impediretur, optime sciet is qui cogitat quantum boni in omnibus etiam circumiacentibus prouinciis, et maxime in ciuitatibus maritimis, in Sarmatiam usque, fieri queat, si hic egregium collegium Societatis erigatur. Quod uerum esse uel hinc liquet, quod nunc cum uixdum collegium est, sed principium tantum aliquod futuri collegii, tantum fructus in uinea Domini collectum est, quantum

---

[a] *Loc. praeced., a vv.* Deus qui *non est in* Hansen. —[b] *Duobus vv. praeced. explebis lacunam apud* Hansen, *l. c., 302.* —[c] *A vv.* P. Leonardus *desunt in* Hansen.

alias V. R. intellexit et nunc quoque ex parte intelliget. *Quadrimestres enim scribendae sunt literae* [a].

5. Scholas habemus [b] sex: physicam, cui praeest M. Franciscus Costerus; logicam, quam regit M. Balduinus Angelus; rhetoricam et poëticam, in qua profitetur [c] M. Ioannes Berkelius; et duas grammaticas in quarum una docet M. Gregorius Fabius et in altera Dus. Andreas [1], *qui* [d] quoque concionatur. Nam M. Andreas Boccatius ad suos in Frisiam missus est; breui, spero, incolumis cum fructu ad nos reuertetur. M. Henricus Dionysius in theologorum schola Magistrum Sententiarum et Dauidis psalmos interpretatur; in collegio uero euangelia, epistolas et [e] Canisii catechismum magno cum fructu exponit. Frequens enim vtrobique habet auditorium. P. Leonardo [f] totum onus domus incumbit, quod non leue est. Siquidem praeterquamquod mensae et corporum curam gerit, animas etiam omnium sibi commissas habet, et earum salutem diligenter procurat; et septimanis singulis plus minus 60 confessiones audit, et omnium pene confessiones generales audiuit; tot enim domi sumus (ut non dicam quod externi non raro quoque audiendi sunt), tot, inquam, domi sunt adolescentes selectissimi, et ualde accommodi ad liberandam ab haereticorum prauitate Germaniam. Multi enim inter eos sunt nobiles, multi quorum parentes inter suos magnae autoritatis sunt, multi senatorum coloniensium filii. Omnes probe naturae dotibus exornati, omnes diligentes, omnes artium et pietatis studiosissimi. Quare et quotidie domi sub coenam inter se disputant, et leges quasdam sibi ipsis praescribunt. Omnes catholici, omnes, quamuis ante male instituti, haereticorum hostes, quorum conuersionem uel saltem expul-

---

[a] *Quae praecedunt, a vv.* Quod uerum *non sunt in* HANSEN. —[b] vt dixi. —[c] *Hoc v. expletur lacuna apographi coloniensis*, HANSEN, 303. —[d] hi [*sic*]. —[e] P. —[f] *V. supra, annot.* c.

---

[1] Dnus. Andreas Aquensis intelligi videtur, de quo vide superius, pag. 515-516.

sionem auide desiderant, et fratres germanos seductos et Germaniam patriam uexatam et afflictam indignissime ferunt. Horum iam Societatis sunt octodecim aut plures etiam; quorum ultimi tres dialectici in festo paschae se ei dederunt, plures esse desiderant; omnes tandem [a] futuri sunt; sin minus, haereticorum tamen hostes erunt perpetui; et quia propter parentes aliquid apud suos ualebunt, et propter eruditionem multo amplius, non leuem, confido, aduersariis cladem inferent. Sic Deus hic exercitum comparabit in hostes nostros et bonorum omnium totiusque Ecclesiae, et a fratrum ceruicibus haereticorum iugum durum nimis excutiet. Sed utinam cito. Iuuate nos orationibus uestris feruentissimis.

6. Habet in hac palestra suos Franconia, Turingia; episcopatus spirensis, moguntinensis [b], treuerensis; habent finitimae prouinciae. Adsit eis Deus ut fiant strenui Christi milites. Futuros confido, quia ad hoc probe se exercent, et impedimenta per frequentes mortificationes abiiciunt. Sine superiorum facultate nunquam in publicum progrediuntur, pecunias nullas retinent, sed apud superiores deponunt, arma itidem. Poenitentias more Societatis conuictores haud grauatim ferunt, sine omni etiam ciuium scandalo, imo aedificatione maxima, dum mores mutari cernunt [c]. Sacrum quotidie tota schola audit (in quam asscripsi iam ultra 360 adolescentes egregios; omnino enim pueros non recipimus; quorum non paucos pellexerunt [d] huc aediti lectionum catalogi); sacrum, inquam, audit, et quidem flexis genibus; templa diligenter adolescentes uisitant, preces rite persoluunt, coronis, Hortulo animae [1] et Gersone plurimum delectantur; altaria in cubiculis construunt,

---

[a] ut spero. —[b] et. —[c] *Totus loc. a vv.* Multi enim *desideratur in* Hansen. —[d] *V. supra*, pag. 668, *annot*. c.

---

[1] Liber pius continens officium B. M. Virginis et alias preces. Cf. *The catholic Encyclopedia*, sub verbo.

nonnunquam [a] etiam ante ea preces aliquot canunt. Omnes singulis mensibus Patribus confitentur, et alios secum ad confessionem adducunt (nam de domesticis et aliis, qui aut octauo quoque die aut saltem frequenter confitentur, nunc nihil); libros haereticorum non legunt, sed comburunt; domestici ne Erasmi quidem libris utuntur. Amice omnes inter se uiuunt, non aliter atque si unius essent patris filii. Multum uicinos et omnes aedificant; nec mirum, reformata enim quaedam iuuentus uidetur, multum ab aliarum scholarum iuuenibus distans. Id quod parentes bene animaduertunt, et plurimum propterea gaudent. Benedictus Deus omnium bonorum largitor, qui praeceptoribus hanc donat gratiam, ut in singulis pene lectionibus, quamuis prophana doceant, admisceant tamen plurima, quibus uel mores formentur, uel pietas augeatur, uel in fide confirmentur et contra haereticos inflammentur. Quibus omnibus, et iuuentus iuuatur, et Deus laudatur, et archiepiscopi, senatus, vniuersitatis et uicinorum omnium fauor Societati conciliatur; quo habito, non pauca etiam extra collegium fiunt [b].

7. Facultas enim theologica quae uel inprimis hic florere debebat, prorsus collapsa erat; nunc in integrum rursum restituta. Schola renouata est, lectores quatuor constituti sunt, disputatio item hebdomadalis et nouum theologorum erectum est collegium. Plurimi in hac facultate promotiones suscipiunt, multi ad illam animum applicant [c]. Facultas artium quamquam utcunque florebat, tamen et ipsa instauratione quadam ualde indigebat, quae et non modica facta est. Ad professores enim senatus additus est mathematicus, doctus ualde uir [d]. Disputatio hebdomadalis nonnihil collapsa erat, nunc plane in integrum restituta. Disputationes quadragesimales plenae erant abusibus, ita ut litigarent potius et pugnarent quam disputarent; hoc anno

---

[a] *Emenda ex hoc loco apographum coloniense, quod habet* nunquam, Hansen, 303. — [b] *A vv.* nec mirum *desunt in* Hansen. — [c] *A v.* lectores *non sunt in* Hansen. — [d] *Locus in exemplo coloniensi corruptus. Ibid.*

decanus adfuit et duo professores aliarum bursarum, et magna cum modestia disputatum est. Examina satis probe transiguntur, a facultate nostri accepti sunt, magistratus in ea obiunt [a] [1] et in priuilegiis aliarum bursarum magistris pares sunt. Senatus quoque noster nonnihil contra haereticos incaluit. Aliquot cepit, in anabaptistam capitis supplicio animaduertit [b], id quod ab annis 12 hic credo inauditum erat, sine tumultu tamen nunc factum est. Quamobrem saepius, spero, tentabunt.

8. Vicinus princeps noster, dux iuliacensis, recte quoque coeperat, sed non desunt qui praua suggerant, et multi, heu, nimium ad eum perferuntur libri haeretici. Si haberet penes se uirum doctum Societatis, conseruaretur, spero, ipse et totus populus cum eo, qui nunc casu proximus est [c]. Et schola dusseldorpensis, in qua 1500 circiter pueri a malis magistris malis imbuuntur opinionibus, Societati temporis successu attribueretur. Rector praeterea scholae embricanae, bonus ille uir [2], feruentior afficitur et nobiscum uires coniungit, ut mutuo iuuemus Germaniam. Eadem tandem apud ipsum erit iuuentutis institutio, quae apud nos. Nam in scholam suam Societatis librum recepit de copia [3], recepturus etiam grammaticam, si forte haberetur. Comes de Mansfelt [4] totus noster est et amicis Societatis merito annumerari debet. Re enim ipsa amorem ostendit. Suffraganeus [5] similiter, siquidem quaedam Societatis priuilegia comprobauit, comprobaturus plura, si peteremus. Nec minus nos diligit pastor, in cuius parrochia collegium

---

[a] *V. supra*, pag. 668, *annot.* c. —[b] *A v.* Senatus *corruptus est locus in exemplo coloniensi.* —[c] *V. supra*, pag. 668, *annot.* c.

---

[1] Ipse P. Rethius erat decanus facultatis artium.

[2] Matthias Bredenbach, de quo saepius in hoc volum. actum est.

[3] Vide superius, pag. 660, annot. 1.

[4] Joannes Gebhardus de Mansfeld, paulo post coloniensis archiepiscopus.

[5] Vide superius, pag. 569, annot. 1.

nostrum situm est [a] [1]; iuuentutem nobis commisit, et ad pergendum ut coepimus hortatur. Illi quoque qui aliarum bursarum sunt, hoc nostrum collegium promouent, huc adolescentes adducunt, et denique praesentia sua discipulorum declamationes exornant, id quod mirum admodum est. Denique omnes foelix hoc collegii auspicium admirantur. Quod R. P. T. precibus fratrumque omnium quoque commendatissimum esse cupimus; quo quod feliciter coeptum est, foelicius ad Dei gloriam et Germaniae conuersionem absoluatur; ut de coloniensi Societatis collegio aliquando V. R. gaudeat, cuius nunc in nomine Iesu fundamenta iacimus [b]. Vale. Coloniae undecimo cal. Iunii anno 1558.

Iubente R. P. Leonardo scripsit minimus V. R. filius,

IOANNES RETHIUS [2].

Inscriptio. † Rdo. in Christo Patri, Dno. Iacobo Laynezio, vicario generali Societatis IESV. Romae.

Sigilli vestigium.

Polanci manu. Emendata.

169

JOSEPHUS

BURGIS 25 MAJI 1558 [3].

1. *Ingens fidelium concursus ad confessiones.*—2. *In carcere detenti excoluntur.*—3. *Bona male parta et odia antiqua labore Patrum restituuntur et remittuntur.*—4. *Scandala quoque corriguntur.*—5. *Sacerdotes duo irregularitatibus implicati, concione Patris audita, remedium sibi adhibent.*—6. *Fructus ex contionibus per-*

---

a *Locus corruptus in exemplo coloniensi.* —b *A v.* Denique *non sunt in* HANSEN.

---

1 Situm erat collegium in paroecia Sti. Lupi.

2 Vide pag. 237, annot. 1.

3 Ex originali in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 78, 79; prius 362, 363. Est et aliud exemplum in eodem codice ff. 106-107. Exstat apographum paulo castigatum in archivo coloniensi, quod falso scribitur datum octavo calendas julias 1558.

cepti.—7-8. *Cardinalis burgensis varie et cum magno fructu Patrum labore utitur.*—9. *A P. Francisco socium postulat, qui opus ex graeca in latinam linguam vertat.*—10. *Idem duos Patres praeterea petit, qui theologiam et liberales artes doceant.*—11. *Theologus quidam, peractis exercitiis, laetissimus discedit.*—12. *Scholares duo Societatem, alius vero religionem Sti. Dominici ingreditur.*—13. *Ex nostris fratribus alter diaconatu, alter sacerdotio decoratur. Omnes domesticis virtutibus se exercent.*

1. Jhs. Perquam obseruande in Chro. Pater. Pax et gratia Christi. Cum mihi iniunctum sit, vt tibi reddam rationem eorum, quae intra hos quatuor menses in hoc nostro collegio acta fuerunt, brebiter tibi exponam nonulla, quae sese mihi offerunt scribenda.

Et primo quidem, tantus fuit numerus eorum, qui peccata sua Patribus reuelare cupiebant, vt saepe necesum fuerit in aliud tempus confessiones differe, donec confessis aliis, sequentibus locus daretur.

Sed cum Dominus noster hac in re plurimum misericordiam suam ostendere solitus sit, nonnulla recensebo, quae in confessionibus euenerunt. [*Exemplum unum omittimus.*]

Alius uero Pater multos audiuit, totius uitae peccata confitentes. Idem etiam ipse quatuor homines conuenit, qui non legitimo amore delectabantur; verum posteaquam animae suae confessionis praesentaneum remedium adhibuerunt, atque dominicum corpus sumpserunt, statim per eundem Patrem effectum est, ut vita in melius mutata, concubinas a se procul repellerent.

2. Aliqui praeterea Patrum uocati fuerunt, ut confessiones audirent eorum, qui in carcere detinebantur, quarum nonullae generales fuerunt; quibus, etsi corpore uincti remanserunt, animam tamen a uinculis liberarunt.

3. Nec tacebo quidem quid alii Patres fecerint, quorum unus causa fuit, ut multa male parta restituerentur. Etiam et alius effecit, cum uir quidam nobilis alium odio prosequeretur, ut amicitiam pristinam ambo resarcirent. Neque huic negocio admodum dissimile est, quod iterum egit; nam

intelligens quendam filiam suam atque generum domo eiecisse, pro uiribus elaborauit discordes vnanimes reddere, quod tandem, diuino fretus auxilio, ad finem usque perduxit.

4. Sed non est minoris momenti quod idem Pater diuina clementia consecutus est. Cum enim uir quidam omnibus esset scandalo, propterea quod domum quandam frequenter ingrederetur, vnde multae suspiciones oriebantur, praedictus Pater ab illo impetrauit, ne domum illam amplius inuiseret.

5. Atque illud quidem omittendum non existimo, quod diuina misericordia per quendam nostrae Societatis Patrem operari dignata est. Nam cum uir quidam nomine et fama celebris sacerdotalem ordinem doctrina sua decoraret, (quippe qui et sacerdotio et concionatoris officio fungebatur) ipse tamen iam octo uel nouem annis irregularitatem incurrisset, de hac re a praedicto Patre fuit admonitus: et quamuis difficile fuit istud illi persuadere, verumtamen vbi cognouit in quanto periculo esset constitutus, statim remedium inuestigauit. Alius etiam sacerdos, postquam Patrem quendam concionantem audiuit, publice declarauit se irregularem esse, atque quatuor menses iam esse transactos, ex quo in tantum malum esset delapsus: quod vbi ad aures Patris peruenit, obnixe elaborauit tum ne sacrum faceret, tum ut remedium indagaret, quod, diuina prestante clementia, factum est.

6. Ex concionibus uero non minores percipiuntur fructus, quod facile intelligi potest ex iis quae dicuntur ab illis, qui ad eas audiendas conueniunt: et caeteris omissis, tantum illud dicam: cum Pater quidam, facie quidem contemptibilis, in circunuicino quodam oppido concionaretur, sacerdotem quendam vix se reprimere potuisse, quin [a] verbis obstenderet, quod animo conceperat: sed quamuis concionem interrumpere non est ausus, illa tamen perfecta

[a] quim *ms.*

gregi suo [a] (pastoralem nanque curam gerebat) palam dixit, neutiquam fieri posse, ut ille qui primo aspectu tam abiectus uidebatur, talia dicere posset, nisi diuino spiritu esset afflatus: cui quidem omnes simul responderunt: hunc, hunc optamus audire, qui nobis aperte peccata nostra demostrat. Benedictus Deus, qui elegit infirma mundi, vt confundat fortia [1].

7. Cardinalis noster burgensis [2] satis obstendit, quam beneuolo animo erga Societatem sit affectus: gaudet enim Patrum nostrorum consortio illisque utitur in rebus non parui momenti, et in his quae spectant ad commodum gregis sibi comissi [b]. Rogauit nanque ut octo Patres oues suas inuiserent, et verbo ac exemplo ad uerum Dei cultum amplectendum illas inflamarent: quod ut melius efficere possent, multa concessit iis, qui eorum conciones audirent. Ex quo negotio non parua commoda atque utilitates speramus; experimento nanque cognouimus Patrum nostrorum opera in hac dioecesi multos uitam in melius mutasse.

8. Ad haec petiuit cardinalis, ut ad nos accederet Pater doctor Ramirez [3], quem ipsemet optauit vt in hac ciuitate concionandi munus susciperet. Ex iis uero Patribus, quos petiit cardinalis, alii iam venerunt, alios uero statim uenturos esse credimus.

9. Sed iis non contentus, cum uellet permagnum quoddam opus beati Cyrilli, de adoratione in spiritu et veritate, ex graeca lingua in latinum sermonem transferri, postulauit a Patre Francisco ut aliquem nostrae Societatis Patrem

---

[a] suae *ms.* —[b] comissae *ms.*

---

[1] I CORINTH., I, 27,

[2] Franciscus de Mendoza et Bobadilla.

[3] P. Joannes Ramirez, qui Granatae contionabatur. Non tamen hic Pater tunc venit Burgos, sed pro illo missus est P. J. Baptista Sanchez. Cf. *Sanctus Franciscus Borgia*, III, 368, 373, 378; et inferius epistolam Joannis Fernandez diei 24 Septembris hujus anni.

ad se mitteret, qui istud facere posset. Missus est et iam primo libro finem imposuit [1].

10. Etiam significauit cardinalis se cupere, ut unus aut alter sacram theologiam atque artes liberales profiteretur: e re nanque suae dioeceseos esse iudicauit, si illi qui animarum curam suscipere debent, horum studiorum expertes non sint. Sed cum domus nostra tot partes capere non posset, necessum fuit ut humanitatis studia relinquerentur: nunc uero solummodo quidam frater curriculum artium liberalium prosequitur, quod anno transacto inceperat. De iis autem, quae ad cardinalem spectant, in sequenti diffusius ad te scribam.

11. Verum ut iam ad res domesticas ueniam, his diebus quidam theologus non contempnendus egit ea, quae nos exercitia uocamus: postea uero in patriam suam est reuersus, magnis animi gaudiis affectus.

12. Ex his, qui gymnasia nostra frequentant, quamuis nonulli Societatem nostram ingredi cupiant, tamen duo solum iis diebus fuerunt recepti, quorum alter, cum esset ciuis, a patre, qui nobis familiaritate et beneficiis est coniunctus, ad ecclesiam deductus fuit, multis aliis illum commitantibus. Etiam quidam alius, qui apud nos dederat operam rei literariae, diui Dominici institutum amplexus est.

13. Duo fratres sacris ordinibus sunt initiati, alter diaconatus ministerio, alter uero sacerdocii. Fratres domestici in relligione perfecte obseruanda se exercent, mortificationi maxime incumbentes, omnia sanctae obedien-

[1] Qui hanc versionem facere incepit, fuit Alphonsus Ramiro, de quo superius, pag. 457, annot. 3. Cf. *Lainii Monum.*, VIII, 442. Opus imperfectum reliquisse videtur (Cf. ib. V, 111), nec quidquam de hac versione invenimus apud nostros bibliographos. Libri Sti. Cyrilli de quibus hic agitur, in lucem prodierunt Toleti anno 1575, Bonaventura Vulcanio brugensi interprete. Cf. PEREZ PASTOR, *La imprenta en Toledo*, n. 342. NICOLAUS ANTONIUS, *Bibliotheca hispana nova*, sub verbo FRANCISCUS MENDOZA, ait: ... «B. Cyrilli Alexandrini [libros] *De Adoratione in spiritu et veritate* ex interpretatione Bonaventurae Vulcani Brugensis Toleti edendos idem noster curavit.»

tiae posponentes, cum hoc precipue Societas expostulet.

Omnipotens Deus corda nostra inflammet atque accendat, ut digni efficiamur uocatione nostra. Amen.

Burgis, octauo calendas iunias, anno a Virginis partu 1558.

Etsi inutilis, tamen tuus in Domino,

Josephus [1].

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. Padre en Chro. nuestro Señor, el Padre maestro Laínez, vicario general de la Compañía de [Jesús] en Sancta María de la Estrada, en Roma.

Sigilli vestigium.

170

P. GERARDUS WERTENUS

PRAGA 27 MAJI 1558 [2].

1-4. *Explicatis principum favore difficultatibus quibus collegium premebatur, spiritualibus ministeriis secure vacare poterunt socii.*—5. *Collegii pauperies alacri animo lata.*—6. *Principis humanitas.*—7. *Quaedam de materiali aedificio.* 8. *Scholasticorum frequentia.*—9. *Socii ultro citroque missi. Eorum labores.*—10. *A quibusdam contionatores aut collegia expetuntur.*—11. *De PP. Canisio et Victoria.*—12. *De contionatore in fide suspecto.*—13. *De aliquibus Societatem ingredi cupientibus.*—14. *De accedentibus ad poenitentiae sacramentum.*—15. *De domo vicina redimenda.*—16. *De episcopo labacensi nuper vita functo.*

1. † Gratia et pax Xri. sit in cordibus nostris. Amen. Memor officii et quadrimestris iam muneris, antequam de collegii nostri statu aliquid exponam, mi R. P., prius quid de collegii difficultatibus sit actum, breuiter attingam. Ac certe magna est causa, vt gratias agamus diuinae benignitati, quae multo ex maiori parte grauioribus illis molestiis,

---

[1] De epistolae auctore, deficientibus catalogis hujus collegii, nihil asserere possumus.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 186*, 3 ff., nn. 79-81; prius 156-160. Cancellata aut emendata consueto modo indicamus.

de quibus saepe literis certiorem fecimus V. P., pene iam liberare nos est dignata. Non operae pretium duxi, earum memoriam renouare, nisi hac fortasse de causa, vt clarius Dei bonitas mutua gratiarum actione elucescat, qui non solum adfuit, sed et claementissime praefuit in omnibus angustiis, et effecit profecto vt non modo caesarea maiestas [1] et princeps serenissimus [2] multa et sua consueta pietate nos prosequerentur, sed et aliorum splendidiorum virorum, qui antea nobis aduersari vel certe qui nostra negligere videbantur, animos permouit, vt humanissimos se nobis praeberent, negotiaque nostra diligenter expedirent. Caesarea maiestas collegio donauit 750, princeps [a] serenissimus 100 daleros; *quibus tum debita contracta obsopiri et deleri poterant, tum collegio in ea necessitate in qua tunc erat, non mediocriter prouideri. Neque satis fuit isthoc pacto prospici collegio, nisi et in posterum satis ei esset cautum. Nam res oibinensis* [3]*, quae non leues turbas nonnunquam dedit, partim per Patrum nostrorum operam, qui non exiguo labore et multo cum fauore serenissimi principis illa negotia ceperunt tractare, foeliciter pene est composita, partim cito per commissarios, qui iam illuc sunt profecti, leniendam et omnino pacandam speramus.*

2. *Vt autem manifestius paulo intelligatur, vnde haec debita sint conflata, quorum iam meminimus, et quid boni ex laboribus tam Patrum, quam commissariorum ad vberiorem Dei gloriam et abundantiorem proximorum vtilitatem elici posse speremus; facile ac breuissime id T. R. aperiam. Cum Patres huc primum venirent, habitationis nostrae aedificium necdum erat absolutum. Iniunxit serenissimus rex, nunc autem caesarea*

---

[a] princep *ms.*

---

[1] Ferdinandus imperator.
[2] Ferdinandus, imperatoris filius.
[3] Vide superius, pag. 27.

maiestas, vt suis expensis absolueretur. Simul et repararetur monasterium, quod Patribus dominicanis fuit datum pro compensatione huius loci, quem nobis reliquerant. Camera porro eo tempore pecuniaria difficultate angebatur. Quid autem? Visum fuit, ne inchoatum aedificium infectum maneret, vt zittauini, qui ratione locationis bonorum monasterii oibinensis annuos reditus huic nostro collegio pendere tenentur, vt simul anni futuri prouentus persoluerent. Quod et ita factum est, quo commodius et breuius acceleraretur aedificium. Ex quo non parum incommoditatis et detrimenti postea percepit collegium, siquidem necesse fuit vndiquaque pecuniam sumere mutuam ad collegii sustentationem, donec caesarea maiestas munificentia superius dicta pecuniae summa nostrae laboranti inopiae subueniret.

3. *Mirabitur huius negotii progressionem forte T. R. P.; nos in medio omnia relinquimus. Ita à principio est factum, et forsan tunc aliter fieri vix potuit. Hinc illa debita, hinc isti innumeri labores, quocumque prouidentiae consilio illati, beatissimam Xri. crucem vehementer commendarunt, et non infimam sanctae patientiae aliquam occasionem ostenderunt. Quin eadem res commissariis quoque tantum molestiae facessit, qui post Patrum labores, vt in eodem elaborent negotio in Oibin sunt profecti; quo semel tandem explicatis omnibus difficultatibus, quibus hactenus nonnihil intricati haesimus, secure, tranquille, quiete animarum saluti inseruiatur.*

4. Et sane, Deo optimo duce, fore speramus vt praeter illam occasionem, quam hic Xro. animas lucrifaciendi tenemus, puzotiana [*?*] etiam porta sua sponte nobis patescat [a]. Vt hac paulatim nostri Patres ingressi, ad saxones etiam vsque foeliciter perueniant. *Qua de re plura fortasse scripturi sumus proximis literis.*

5. Collegii penuria ita quadam vice fuit contracta, vt

---

[a] *Prius* puzotianam... portam... patescere.

sancta Xri. paupertas non obscure in mensae et ferculorum frugalitate aliquantisper enitesceret. Quam ita laeto, hilari, constanti vultu fratres vnanimiter tulerunt, memores Xri. et suae promissae paupertatis, vt nec omnis epularum abundantia et copia iucundior esse valuerit. Et quid mirum? cum haec regia et coelestis et ab ipso Xro. imperatore nostro patefacta sit semita.

6. Quadam nocte cum grauiter tonaret, ad nos summo misit diluculo serenissimus princeps, metuens ne collegii tectum forte corruisset. Obtulimus eius celsitudini librum germanicum de vitis Patrum, quem solicite inquisierat, et deuotissime, a nostris Vienna allatum, suscepit. Monuit et acerbius increpauit aliquando dominos de camera, quod nimis tarde ac lente nostra semper procrastinarent negotia.

7. Hactenus igitur quae ad collegii transactas (vt spes est) difficultates pertinebant; quibus et hoc addi poterat, ecclesiae aedificationem in aliud tempus prorogatam. Domuncula commensalium portae proquinqua ad finem fere perducta est.

8. Nunc de studiis et collegii progressu aliquid quoque est dicendum. Scriptum reor esse alias de disputationibus quae regia maiestate praesente satis foeliciter et satis numerosa hominum multitudine, sunt habitae de confirmationis sacramento [1], quibus tamen nec sui calumniatores defuerunt. Recitatae sunt aliquot orationes. *Cum discipulorum numerus parum accresceret et ipsi quoque lamentantes de sua paucitate, de studiorum perseuerantia dubitare inciperent, simul et ob concionum, quae ter erant in arce per quadragesimam habendae, frequentiam, aliasque ob causas, rhetoricae lectio est dilata, theologica in priuatam translata.* Puerorum frequentia quotidie augetur. Faxit Dominus vt non bohemica sint initia, sed potius in literis ac pietate proficiant, perseuerent, stabiliantur, in-

[1] Vide pag. 526.

ueterentur. Multi suos filios in nostran disciplinam traderent, siquidem bohemici essent professores.

9. *Pauciores modo Pragae agimus, omnes satis occupati. Bartholomeus* [1], *Thomas sclauus* [2], *Thomas germanus* [3], *Laurentius* [4], *petita elemosina a sacellano principis, hinc Viennam iuerunt, vt sedulam literis nauent operam et paratiores sint, si qua noua extruantur collegia. Quos pridie idus Mai secutus est P. Vsmarus* [5]. *D. Paulum* [6] *hodie audiuimus Viennae ad aduentum P. Victoriae* [a] *commoraturum.* Wolfangus [7] ex huius vitae miseriis ad Dominum discessit, cuius opera tametsi non inanis fuisset, placuit tamen diuinae Maiestati breues eius labores, aut promptam potius voluntatem cito aeternis praemiis remunerari. *Ad eius sepulturam aliquot homines confluxerunt, funeris et religionis forte nouitate.* Stephanus [8] eius vicem suppleuit in nostro templo concionando, qui simul in superiori classe profitetur humanitatem. Alius frater concionatur in monasterio S. Annae bohemice. Pater quidam conciones suas in arce continuat, si non omnibus, praesertim fidei aduersariis, saltem principi, prout sua serenitas nobis indicauit, multisque aliis magni nominis viris satisfaciens. Quidam ex primatibus aulae, qui prius abhorrebat, iam singulis pene concionibus annititur interesse.

10. Episcopus vlmensis [9] per duos canonicos literis quo-

---

a *Prius* P. prouincialis.

---

1 Vide superius, pag. 433, annot. 3.

2 Pag. 432, annot. 3.

3 De hoc fratre nihil scimus, nisi forte idem sit de quo agitur apud *Lainii Monum.*, III, 386.

4 Vide superius, pag. 433, annot. 8.

5 P. Ursmarus Goissonius, collegii rector, Romam evocatus.

6 P. Paulus Hoffaeus, futurus collegii rector.

7 Wolfgangus Faber. Vide pag. 433, annot. 5.

8 Stephanus Liberius. Ibid., annot. 4.

9 Videtur intelligendus episcopus olomucensis (Olmutz) Marcus Kuen. Ulmae enim, urbis Germaniae, non erant episcopi. Vide superius, pag. 529.

que ad nos missis plenis beneuolentiae et comitatis, pro aliquo principio amplioris conceptae spei, duos concionatores ex nostris vehementer petiit. Legatus regis Poloniae cum flagranti quoque desiderio magnam spem collegii dedit in Cracouia; qui, a defuncto quodam pecunias aliquas ad istud destinatas, in manu habens, valde serio super hac re cum P. Canisio colloqui desiderabat [1]. Italus quidam vir diues et non paruae autoritatis, cui nomen Antonius de Quadros (cuius literis a V. P. responsum est) de collegio quodam apud Vallem Toletanam (ita opinor vocari locum) [2] extruendo nostros conuenit, quod velut arcem ac munimentum aduersus haereticorum incursiones fore arbitrabatur. Sex autem personis domum, ecclesiam et reditus perpetuos pollicitabatur.

11. Patris Canisii aduentum expectabamus in quadragesima, verum detentus est a Bauariae duce in straubigensi ciuitate ad concionandi munus. Pistorem quendam fratrem qui forte fortuna eodem curru cum ipso vehebatur per iter, ad nos transmisit; cuius simplicissima integritas, magna gratiae ac deuotionis abundantia, qua Dominus cor eius implet, omnes aedificat; cui in Oibin iussu obedientiae proficiscenti vestem talarem cum daremus, flens ac lachrimans vultum deiiciens hac se honorari deplorauit, quum nec doctor esset, ac minimum et indignissimum totius Societatis se duceret. P. Victoria, dum P. Canisium Straubigae inuiseret, in hussitica quadam ciuitate ab hospite ditissimo, diuersatis eodem magnificentissimis viris magno satellitio stipatis, honorificentissime et humanissime tractatus est. Saepe, relictis illis magnatibus, conquerebatur apud Patrem hospes, et dolens se valde humaniter purgabat, quod Patri non posset vt vellet adesse ac inseruire, quod obseruantes illi ipsi principes viri amicissime Patrem

---

[1] Vide pag. 528.

[2] De collegio fundato ab hoc viro, in oppido Ponte, in Valle Tellina, multa exstant in *Lainii Monum.*, III, et sqq.; *Bobadillae Monum.; Ribadeneira*, I.

ad suam mensam inuitabant. Sine omni impedimento suae sectae et sine omni exceptione hospes vna cum vxore promiserunt filium suum se tradituros nostro conuictui. Dabant quaedam non obscura signa, non omnino perculsam ac desperatam esse suam salutem, si modo essent a quibus adiuuarentur. Pilznae consul, cuius filius hactenus sub nobis studuit, in die palmarum in processione Patrem eundem a dextro latere habuit. Apparebat ibidem aliquid esse agitatum a senatu de collegio Societatis obtinendo, cui rei oportunum a plerisque subindicabatur monasterium dominicanorum, quod vnus tantum inhabitabat monachus.

12. Egit quoque Pater cum caesarea maiestate et serenissimo principe de religiosa quadam persona; quae adhuc ouina cincta pelle multis ac non dubiis haeresum de se rumusculis, grauissimis scandalis plebis animos illectabat. Qui dum sedem suae pestilentiae inter catholicos et alteram partem locaret, vt et cum Deo et satana pugnaret, non alteri potuit quam soli satanae militare, de cuius emendatione cum non satis Patri constaret, rursus de eodem principi est locutus, cui ille respondit pridie ante fuisse accersitum et examinatum illum concionatorem, grauiter, adhibitis quoque seuerissimis poenis, se illi interminatum ne vel tenuissimam emanare de se huiuscemodi permitteret suspicionem; caute ac sapienter ageret, nam et obseruatores suam serenitatem additurum, quae conciones et ipsius doctrinam perscrutentur et ad se referant. Libellus quidam D. Henrico Scribonio, pragensis arcis praeposito, fuit oblatus, vt praelo daretur, de quo nostrorum lata censura summopere placuit.

13. Sartor quidam iuuenis, a D. Jona [1] commendatus, nobiscum habitat. Antonius, adolescens egregius et agilis, gnarus bohemicae et germanicae linguae, qui apud Claudium degebat, pharmacopolam principis, pertaesus aeru-

---

[1] Dr. Jacobus Jonas, Ferdinandi imperatoris consilii aulici vicecancellarius, Societatis amicus.

mnas praeteritae vitae et calamitosi huius saeculi, permotus exemplo et hortationibus nostri Caterini, qui olim quoque in eadem domo patruo suo seruierat, satis ardenti amore ad nos se applicuit. *Moleste iniquissimoque animo id a nobis vel a Xro. potius factum, tulit Claudius, non vno suae familiae Xrum. Dominum et creatorem omnium fuisse contentum, nisi et alterum ex hominum seruitute ad Dei libertatem assumpsisset. Multis viis Claudius et frater adolescentis ipsi crebro sunt insidiati. Quis autem iste Claudius vel vanissimus cinis, qui Spiritus omnipotentiam ruentem et exundantem impediat?* Cum P. Victoria Franciscus Sanchez [a], nobilis hispanus, reginae famulus, Vienna huc venit exercitiaque spiritualia non sine magno gustu et profectu hic Pragae suscepit. Duo adolescentes [b] ex nostris scholis Societatem ingredi efflagitarunt; alter Ingolstadium missus est; alteri dum persuadere nitimur, vt patrem operiatur cum eiusque pace omnia fiant, omnis istius suspectae morae impatiens, timens importunitatem paternam, magis Deo quam patri in aeternae suae salutis consilio optemperans, ad P. Canisium quam celerrime confugit. Hieronimus, vnus ex nostris commensalibus, qui sub vtraque aliquando obstinatissime vixit, iam ad pascha de communione cooptauit consilium Cui non satis est istas perfidiae satanae rupisse catenas, nisi tutius et securius catholicae fidei fruens beneficiis ad Societatem assciscatur. Inquit, si sub altera communicans inter saeculares fluctus vitam degat, semper se matri inuisum et exosum iri, ab eaque se deprauandum et hinc a nobis auocandum tandem reformidat. Julius, alius commensalis, literis ad V. R. P. datis, mentem suam (vt opinor) explicuit. Solerter quotidie sua sponte nobiscum argumentans et ad omnem sanctae obedientiae voluntatem ac nutum sese offerens, quocumque modo Societati se inserere conatur; cuius argumenta

---

[a] *Praeced. v. supra versum scriptum est alia manu, deleto v.* Santius. —[b] *Sequitur v. delet., quod legi nequit.*

cum nonnunquam imbecillis pueritiae impedimentis repellimus, argute nos vicissim percontatur, num pueri ergo sint excludendi ex coelo, num et illi perinde ac senes debeant saluari, num vlla aetas immatura sit suae saluti? His et aliis argumentis V. R. P. in Domino pro maiori Dei gloria cum erit commodum, (non dubito) respondebit.

14. Confessiones nostri templi non adeo frequentes fuerunt. Credo circiter 200 ad pascha confessos, italos fere omnes, quorum alii a 3, alii a 4, alii a 7 annis non erant confessi [a]. Bohemi quoque non deerant, quorum aliqui ad confitendum procidebant, siquidem bohemi fuissent a quibus potuissent iuuari. Duo ex nostris in oppidum domini marchalci fuerunt profecti ad audiendas italorum quorundam confessiones. Pestiferae ac diuturnae simultates, quae iam ad homicidia erumperent, pacatissime fuerunt compositae. In arce eiusdem marscalci omni beneuolentia ab hussitis, catholicis, nicolaitis, sacramentariis sunt habiti ac dimissi.

15. Agitur modo de redimenda domo collegio coniuncta, quae mulierum turba maximas periculorum occasiones fortassis exhibeat. Hac nondum comparata, quantumcumque efflagitatus et necessarius, viennensi profectioni vix audet se committere P. Victoria.

16. *De episcopo labacensi* [1] *nobis deditissimo nihil attinet scribere, nisi vt eius animam licet suis laboribus et pietatis fructibus minime defraudatam, pro nostra gratitudine omnibus orationibus ac sacrificiis commendatam teneamus. Iisdem quoque praesidiis hos minimos tuorum et Xri. inutilissimorum seruorum conatus, vt fructuosiores et ad illustriorem Dei se dilatent gloriam iuuari, promoueri, stabiliri petimus et humiliter obtestamur. Vale,*

---

a *Seq. vv.* Duo ex nostris *deleta ab ipso auctore.*

---

1 Urbanus Textor (Weber), paulo ante vita functus.

mi R. in Xro. Pater. Praga, anno 1558, sexto calendas Junii.

Tuus indignissimus seruus,

GERARDUS WERTENUS [1].

Pro inscriptione. † Litterae quadrimestres pragenses. *Alia manu...* Mandata a Loreto, Fiandra, Napoli et Sicilia, Portugallo, etc. Francia, Spagna.

171

P. FRANCISCUS COSTERUS

COLONIA 31 MAJI 1558 [2].

1. *Fratres optimum in spiritu progressum faciunt, quorum aliqui ad gradum magisterii proximo Februario admittentur.*—2. *Ad convictorum et domesticorum multitudinem capiendam alias aedes conducere necessum fuit. Convictores, tum in litteris, tum in pietate proficiunt.*—3. *De magno externorum numero, in quibus nobiles multi sunt.*—4. *Aliqui circumdantium civitatum magistri et gymnasiorum rectores collegio favent.*—5. *De quadam disputatione philosophica.*—6. *PP. Salmeronis ac Everardi et aliorum Romam iter.*

1. † IHS. Pax Christi, etc. R.[de] in Chro. Pater. Tempus nos monet vt obedientiae satisfacturi quae mense hoc Maio in coloniensi messe gesta sunt, paternitati tuae significemus; quod vt commodius fiat, primum ea quae de fratribus nostris et domesticis scribenda occurrunt dicam, deinde quae cum externis Dominus operatus est. Fratres igitur qui in vniuersum hic Coloniae degunt, 18 sunt omnino, quos R.[dus] P. Leonardus [3] fatetur optimum in spiritu progressum facere, nemo quippe hoc eo melius nouit, vt qui omnium confessiones audit; nos etiam facillime videmus quantum proficiant in iis potissimum virtutibus quae cum

---

[1] Vide superius, pag. 167, annot. 2.

[2] Ex autographo in codice *Germ. 142*, 1 fol., n. 34; prius 528. Eam edidit HANSEN, *Rheinische Akten...*, 305, ex apographo coloniensi, quod in aliquibus locis textum corruptum praebet.

[3] P. Leonardus Kessel, collegii rector.

Societati maxime curae sint, tum solae perfectionem adferunt, obedientiam dico, et sui in omnibus abnegationem, adiuncta profunda humilitate, sine qua nihil firmum consistit [a]. Tres sunt inter illos qui subsequenti Februario ad gradum magisterii admittentur. Henricus dionantensis [1], Petrus coloniensis [2] et Franciscus Hemerolus; sex autem vel septem in festo omnium sanctorum baccalaurei creabuntur, his enim gradibus hic magisterium petitur.

2. Conuictores et domestici circiter 60 sunt, aut eo amplius, quorum numerus in dies ita sumit augmentum, vt collegium ad tantam multitudinem capiendam non sufficiat quin necessum fuerit alias aedes conducere in quas nonnulli migrarent. Deliberant in senatu de augendo loco nostro, ita bono odore nostri gymnasii permoti sunt omnes. Conuictores omnes optime tum in literis, tum in pietate ac bonis moribus [b] proficiunt. Plurimi ex iis, vel fere omnes, octauo quoque die peccata confitentur, sacram synaxim recipientes. Atque id sponte et summo cum desiderio, vt debeat etiam R.dus Pr. Leonardus nonnullis tam crebram communionem prohibere, partim ob teneram adhuc aetatem, partim vt eo feruor ille in sanctissimum Christi corpus magis augeatur [c]. Videre est apud hos pueros, qui multi hic morantur, mirandam pietatem. Dominicis omnibus et festis diebus impetrata [d] prius licentia, conueniunt in sacellum vbi summa cum deuotione vesperas ipsimet inter se cantant et ceremonias omnes adhibent quas aliquando in templis viderunt obseruari: et si quando ista faciendi difficulter veniam obtinent, vix cessant tamen antequam impetratum sit, vel vesperas cum laudibus et completorio D. Virginis permittantur cantare: et quia pueri sunt omnes (11, duode-

---

[a] *A vv.* nos etiam *desunt in* Hansen, *Rheinische Akten*, *305*. —[b] *Seq. v.* multum *oblitt.* —[c] *A vv.* quin necessum *non sunt in* H. —[d] *Prius* habita.

---

[1] Henricus Somalius.

[2] Petrus Hauptius.

cim, aut vel summum, 14 annorum, quibus melius est in eiusmodi piis rebus quam in aliis aliquibus occupari), facilius conceditur [a]. Solent namque quo semel sunt imbutae recentes testae odorem diu conseruare [1], et quod primum in tabula rasa insculpitur diu permanere. Maioris aetatis quamplurimi hic etiam degunt, boni omnes et qui multum confessionis et eucharistiae sacramento delectantur [b].

3. Externorum autem tantus est numerus, vt classes quamvis quaedam amplissimae sunt, illis capiendis non sufficiant. Ex quo enim huc immigrauimus a regente nostro [2] inscripti sunt circiter 360; in quibus nobiles multi sunt, tum germani, tum galli: et germani quidem optimae spei adolescentes; inter gallos vero sunt duo, quos a D. Pictauia [3], archidiacono leodiensi, nuper recepimus, alter filius est domini de Bossu, alter nepos domini Pictauiae; vterque ex nobilissima prosapia. Preceptorem habent virum bonum et doctum cui summa delectatio est nobiscum versari, vt vix possit ex collegio nostro auelli. Vterque puer confessus est in profesto pentecostes vna cum suo paedagogo et famulo, quemadmodum etiam omnes prope nostri studiosi [c]. Tres enim erant ex nostris sacerdotes qui toto die veneris et sabbati in confessionibus iuniorum audiendis occupabantur. Speramus multum fructus ex hoc collegio prouenturum, si modo nos operam adhibeamus vt verbis et exemplis commissam nobis pubem instituamus.

4. Fragor optimus ad circumiacentium ciuitatum scholas diffusus est, vt iam nobis habeamus fauentes plurimo-

---

a *Hic locus corruptus est in exemplo coloniensi.* —b *Deest in* H. *locus a vv.* Maioris aetatis. —c *Locus a v.* Vterque *non est in* H.

---

1 Cf. HORAT., I Epist. 2, 69.

2 P. Joannes Rethius.

3 Gulielmus de Pictavia (Poitiers). Hi adolescentes vocabantur Antonius a Bossu et Wilhelmus a Vadaus, alias de Pictavia. Cf. HANSEN, loc. cit., 306, annot. 4.

rum gymnasiorum rectores [a]. Embricensis rector [1] totus noster est, vt et scholae bartholomeanae [2]. Buscoducenses magistri nobis etiam fauent, vt literis ad nos missis optime declararunt, libellum namque R. P. Andreae Frusii, bonae memoriae, de copia illi suae iuuentuti loco erasmianae copiae praelegent; quod idem in embricensi schola fiet. Foueat Dominus pios omnium conatus [b].

5. Diebus iam praeterlapsis vnus ex nostris [c] praeceptoribus publicis philosophicis disputationibus praefuit magno omnium fauore et applausu: continuo autem ab hora 7 vsque ad 11 disputatum est. Accessit postridie cancellarius ducis Pomeraniae [3] ad nos, qui disputatas quaestiones et assertiones sibi dari petebat; quod cum fecissemus, accesserunt [d] eodem adhuc die comites aliquot, quibus nos multum commendauit, dixitque inter caetera in hoc collegio non nisi doctos viros se inuenisse.

6. Ipsis calendis Maii hac Romam transierunt frater noster Anselmus vna cum filio M. Gerardi, rectoris bartholomeani collegii [4]. Subsecuti sunt illos 4 idus Maii R. P. Salmeron et R. P. Euerardus [5], quorum vterque hinc sanus discessit. Aliud quod scribam non occurrit, quam vt V. R. nos Patrum omnium sacrificiis et fratrum orationibus commendatos habeat [e]. Coloniae ex Coronarum gymnasio pridie calendas Junii, anno 1558. Ex mandato R.[di] P. Leonardi, R. P. V. indignus famulus,

Franciscus Costerus [6].

---

[a] *Deest loc. in* H. *a v.* Speramus. —[b] *5 vv. praeced. non sunt in* H. —[c] *Hoc v. deest in* H. —[d] *Emend. ex* accessit. —[e] *A vv.* quorum vterque *non habet* H.

---

[1] Matthias Bredenbach.

[2] Gerardus Gerardinus.

[3] Barnimi, ducis Pommeraniae, cancellarius erat Dr. Laurentius Otto. Hansen, loc. cit., 307.

[4] Vide supra, pag. 658, annot. 2.

[5] P. Salmeron et P. Everardus Mercurianus ad electionem praepositi generalis Romam properabant.

[6] Vide pag. 185, annot. 4.

172

HIERONYMUS RIPALDA

PLACENTIA 31 MAJI 1558 [1].

1. *Litterarum prius missarum compendium.*—2. *De Patris Gutierrez concionibus et negotiis felicissime actis.*—3. *In dies numerus ad communionem accedentium crescit.*—4. *Ex quadragesimalibus concionibus multi ad confessionem generalem excitantur.* 5-6. *Fructus ex usu sacramentorum collecti.*—7. *Christianae doctrinae expositio concionibus etiam admiscetur.*—8. *Ludovici Methymnensis mira ad Societatem vocatio.*—9-10. *Episcopi erga Societatem benevolentia et liberalitas.*—11. *Numerus sociorum.*—12. *De scholis.*—13. *De consuetis virtutum operibus.*

1. † Iesus. R.do admodum in Chro. Pri. M. Laynez, Societatis Iesu vicario generali. Gratia et pax Christi, etc. Litterae illae, quas ad te, R.de Pr., pridie Kalendas Aprilis misimus [2], copiose satis et particulatim tibi significarunt conciones, confessiones, lectiones doctrinae, caeteraque omnia munia, quae Patres et fratres huius placentini collegii, gratia diuina fauente, sustinent. Ideo in hunc tantum usum haec epistola deseruiet, ut per eam intelligat tua paternitas in omnibus his omni ex parte parique prorsus constantia perseuerasse.

2. P.r Guterrius, rector, raro intermisit conciones, quas octauo quoque die solet habere, idque non sine grandi foenore, cum ad id fuerit adductus negotiis quibusdam

---

[1] Ex autographo (?) in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 117-118; prius 432-433. Aliud exemplum exscriptum secundum correctiones exstat in ff. 115-116. Quamvis manus quae epistolam castigavit similis sit scribentis, tamen ex annotatione quae est ad calcem epistolae videntur correctiones factae esse Romae. Scriptionis dies clare exaratus est in exemplis; ex his vero quae dicuntur in penultima paragrapho, videretur scripta mense Augusto. Suspicamur esse apographum hujus, illam epistolam archivi coloniensis, quam HANSEN, *Rheinische Akten...*, 766, tribuit Placentiae, in Italia; sed ibi nullum erat Societatis collegium hoc tempore.

[2] Has non vidimus, nisi forte eaedem sint quas superius sub die primo Maji dedimus.

grauissimis huius urbis, multum communi tranquillitati conducentibus: quae sibi imposita ita diligenter administrauit, ut omnia ex animi sententia successerint. Christus laudetur in aeternum, qui dignatus est per Patrem eum fructum tandem colligere, pro quo maturando P. Villanoua et P. D. Salinas diu multumque laborauerant.

3. In confessionibus et communionibus eadem etiam est assiduitas et diligentia, nam singulis quibusuis mensibus communiones externorum septingentas superant, nec raro septingentas quinquaginta: quae, eo plures uidebuntur, quo magis attendatur paruus numerus incolarum huius vrbis [1].

4. Ex concionibus, quae habitae fuerant in quadragessima (quibus confessionem generalem, ut rem miris modis utilem, aliquando Patres suaserant), multi, rei commoditate perspecta et spe tam sancti lucri conuicti, qui ante uel quia non essent satis parati, uel propter confitentium magnam copiam, uel certe quia non omnino decreuerant, non confessi sunt [a], post multos dies ad nos accesserunt; et apertis per confessionem peccatis, eam utilitatem, id oblectamentum in Domino, quod et alii solent plerunque, reportarunt.

5. Cuidam prae caeteris fuit confessio fructuosior, cui fuerat uxor per multos dies non parum suspecta; et quamuis in eam suspicionem ex leuissimis coniecturis et falsis uenisset, eo tamen processerat, instigante daemone, ut pro indubitato haberet ac firmissime intra pectus asseueraret, parum sibi fidam suam uxorem exstitisse; et iam perinde ac in ipso adulterio deprehensam, parabat miserrimus homo de medio tollere, et iniusta et praecipiti morte, accepto dolori parere, et iracundiae seruire. Cum ergo mulier haec in marito cogitabundo grauissimi moeroris aperta indicia de-

---

[a] *3 vv. praeced. addita sunt supra vers. forsan eadem manu.*

---

[1] Ineunte anno 1571 numerabantur in urbe Placentia 1700 foci. Cf. *Censo de población de las provincias y partidos de la Corona de Castilla en el siglo XVI...*, pag. 373.

prehenderet, causam odorata, et (quae mulieris erat pia prudentia) intelligens neminem ita futurum suae innocentiae tutum patronum, atque Deum ipsum, quem vnum credebat satis esse tanto sui coniugis uulneri curando, marito quibus potuit modis et quantis potuit efflagitationibus persuadere nitebatur, ut ad nos commissa crimina confessurus ueniret. Accessit tandem coactu mulieris, aperuit peccata, et ita ei lucis internae diuinae gratiae radius illuxit, ut non solum quam habebat suspicionem deponeret, summo cum sui erroris pudore, et in gratiam pristinam cum uxore rediret, sed mire fuit ad frequentanda sacramenta commotus, ad quae [a] ut in plurimum ambo coniuges simul accedunt, quod etiam est illi firmissimum argumentum ad scrupulum hunc omnino ex animo euellendum. Et licet diuina bonitas ad maioris meriti augmentum daemoni permittat, ut eundem antiquo more adoriatur, ac eodem scrupulo hominem stimulet ac pungat, cum tamen intelligat nil in hac solicitudine probabilitatis esse, sed esse meram daemonis tentationem, facillime se Dei auxilio ab ea eximit [b]. [*Unum exemplum omittimus.*]

6. Quantus sit aliorum profectus, quos in communionibus frequentes esse dixi, uel ipsis obtrectatoribus est manifestum, acrescit in dies in eis diligentia in animi perturbationibus corrigendis, et in comparanda maiori uitae perfectione est solicitudo maior, quo facile meliusque uerbis refellunt eorum obiectiones [c], qui nunquam desinunt eos, qui sanctos mores sectantur, maledictis et probis insectari, et ab iis, quae Christus et sancti patres, immo omnes qui recte sapiunt, aperte suadent, animos hominum auocare.

7. Lectiones doctrinae christianae, de quibus per epistolam aliam scripsi, per totum tempus quadragessimae durarunt; non tamen fuere diuturniores, tum ob anni tempus grauissimum et nimios solis ardores, tum etiam quia

---

[a] at que *ms.* —[b] *Prius* a se Dei auxilio eam eximit. —[c] *Emend. ex* obiectionibus.

Pater rector in multis suarum concionum solet declarationem alicuius articuli fidei uel praecepti legis diuinae admiscere, breuem illam quidem, sed quae sufficiat, quo credimus hac etiam ex parte populo satisfacere. Nunquam tamen hactenus ab audiendis [a] pueris cessatum est, quin imo hisce postremis diebus puerorum numerus accreuit, degustatis quibusdam munusculis, quae solent fratres, qui eos accersunt, uice praemii diligentioribus impartiri.

8. Domum recepimus uirum quendam de primoribus urbis Abulae, ut se per paucos dies semotus a tumultibus et negociis, in spiritualibus exerceret; et in exerciciis se nostrae Societati deuouit, diligenter eius instituto et constitutionibus prius examinatis. Nomen est illi Ludouicus Methinensis. Vir est [b] sane magno iudicio multiplicique experientia, quippe quem docuerit longa uita (nam 40 annis et eo amplius natus est), et usus rerum maximarum et negociorum, quae tam apud indos, quam apud italos aliasque gentes remotissimas, tum auxilio, tum consilio confecerit, idque fuit perpetuo homini foelix ingenium, ea pietas, ut ubique magnae religionis specimen de se praebuerit; et cum omnia fere successerint illi secunda et ex animi sententia ea [c] confecerit, nunquam tamen eam nec loci, nec animi tranquillitatem est assecutus, quam ipse summis uotis expetebat et uerae pietatis operibus iudicabat accomodam. Nunc ita firmus in itinere cepto perseuerat, tantoque amore *et opinione* Societatem prosequitur, ut fere nunquam ab eius ore excidant Societatis encomia, quibus inculcat persaepe illius *opportunitates et* commoda, anteponens eam cunctis rationibus uiuendi, quas uel ipse fuisset per semetipsum expertus, uel per alios didicisset, diligenti facta inuestigatione multarum. Nullum item est nec domi, nec extra tam abiectum aut laboriosum munus, ad quod eius animus alacer non sit et expeditus, quamuis eius exercendi

---

[a] *Forsan voluit dicere* erudiendis. —[b] *Verb.* est *add. supra vers. alia, ut videtur, manu.* —[c] *Praeced. v. add. supra vers.*

gratia multa praeter solitum permissa sint illi, quae decere uidebantur. Inter alia poterit Societati non parum suis facultatibus prodesse, decreuit enim iam collegio Societatis abulensi in uitae necessitatibus bona ex parte subuenire [1].

9. Ut faueat episcopus [2] adiutorque sit Societati, et quam cumulate illi a Societate satisfiat, et in iis, quae ad morum integritatem spectant, et in iis, quae ad litteras et doctrinam, paucis uerbis nemo sane consequi posset. Est in primis accerrimus Societatis defensor, ut possit inter primos computari; cuius erga nos studium tanto iudicatur firmius, quanto magis proficiscitur ex intelligentia, quam habet de nostro instituto et inspectione diligenti, quam de operibus nostrorum habet. Nihil quod uel tantillum in Societatis uituperium uergat, potest illi persuaderi, quantumuis magnae aestimationis aut religionis sit, qui haec illi asseueret aut per litteras nuntiet, confidens multum gratiam, quam nostros a Domino accepisse credit, perpetuo a nobis retinendam ope diuina, et eandem nos, ne labamur, seruaturam. Et quod hactenus firmitas haec se non fefellerit, *hoc* uehementer triunphat et gaudet. Faxit Christus ut in perpetuum res ita habeat. Extremis his diebus, quamuis exhaustus admodum esset, tum sumptibus et eleemosynis factis in construendo collegio et redditibus donando, tum [a] quia ingentem quamdam numorum quantitatem, quae erat sibi a debitoribus exhibenda, nec acceperit, nec spes sit accepturum; donauit collegium ducentis aureis: et cum primum asseuerasset se in eas angustias redactum *conspicere,* ut ignoraret unde centum argenteos haberet, si illi opus essent, petiuit a Patre, ut sibi chirographum daret, in quo comprehenderet uestes et alia suppellectilia, quae domui

---

[a] *Prius* cum.

---

[1] Cf., sis, SACCHINUM, *Hist. Soc. Jesu,* part. II, lib. II, n. 159, ubi etiam hanc epistolam prae oculis habuisse videtur.

[2] Gutierre Vargas de Carvajal.

necessaria uiderentur. Pater uero, cum animaduerteret maiorem requiri summam nummorum, quam quae posset eo tempore ab episcopo exhiberi, chyrographum dare recusabat: at ille, cum Patris animum intellexisset, animum ei addidit se facile reperturum, qui sibi quaecunque petiisset crederet; tandem quod petebat obtinuit. Gratus illi est summopere Pater rector, cuius presentia ita delectatur, ut multas diei horas consumat negotia Societatis et etiam propria cum eo conferens.

10. Decreuit denuo domum quandam erigere in praediis quibusdam prope urbem amoenissimis (quae Sanctae [a] Magdalenae dicebantur [1], et quibus iam episcopi donatione fruimur) quae nimirum domui probationis deseruiat, et recreandis a labore fratribus et Patribus placentinis, quando ita expedire iudicabitur. De fundi huius utilitatibus eximiis non scribo plura, quia existimo iam alias tibi rem indicatam, *nec de huius noui aedificii constructione antequam res sumat exordium.*

11. Comoramur hoc tempore Plazentiae uiginti octo, septem Patres, reliqui fratres, et ualuimus hactenus fere omnes, nam de morbis quos aliqui contraxerant, breui conualuerunt.

12. Lectiones quatuor classium latini sermonis et aristoteleae dialecticae interpretatio perseuerarunt usque ad dies, quos uocant caniculares, in quibus omnino cessa*tum est* [b], ita uolente Patre uiceprouinciali [2], habita ratione salutis nostrae et etiam scholasticorum.

---

[a] *Praeced. v. additum supra vers.* —[b] cessabitur, *non emendato priore verbo* perseuerarunt.

---

[1] Vide superius, pag. 458. Domus haec sita erat intra fines oppidi Jaraiz. Cf. Madoz, *Diccionario geográfico,* sub verbis Jaraiz et Magdalena.

[2] Dum P. Araoz iter in Urbem meditabatur, factus est viceprovincialis P. Christophorus Rodriguez. Alcazar, *Chrono-historia*, Dec. II, año X, cap. III, § I (pag. 397).

13. Prosequimur etiam, diuina gratia fulti, sedulitate solita, obedientiae, orationis et mortificationis, etc. exercicia. Postulamus quam obnixe possumus a T.ª P.te ut memor nostri [a] perpetuo sis in tuis sacrificiis et orationibus. Plazentiae, pridie kalendas Iunii 1558.

T. paternitatis seruus minimus in Chro., ex comissione Pris. rectoris,

H. RIPALDA [1].

Inscriptio. † Iesus. Al muy Rdo. P.e en Christo, el P.e M. Laýnez, vicario general de la Compañía de Iesús en Roma.

Alia manu... Emendata, mandata a tutti li luoghi.

Sigilli vestigium.

173

GARCIA DE ZAMORA

SALMANTICA MENSE MAJO 1558 [2].

1. *Sociorum numerus et valetudo.*—2. *Studium perfectionis.*—3. *Scholasticorum exercitationes litterarum publicae et privatae.* 4. *Sacerdotum ministeria; fratrum doctrina apud pueros.*—5. *Pater rector et frater aliquis episcopum in obeunda dioecesi comitantur.*—6-8. *Exercitia spiritualia tradita; vocati complures ad Societatem, duo praesertim insignes academiae salmanticensis professores.*

1. Gratia et pax Chri. Cum obedientia ipsa, con[suetud]o [b] nostra tempusque ipsum nos admoneant, admodum Rde. in X.º Pr., vt ea quae iam quatuor hisce elapsis mensibus apud nos gesta sunt ad te referantur; facere non possumus quin illa, qualicunque epistola, complectamur.

---

[a] *Prius* nostris. —[b] *Abscissa charta.*

---

[1] Vide pag. 636, annot. 1.

[2] Ex autographo (?) in codice *Epp. Ext. 46*, 2 ff., nn. 223, 224; prius 371. Quamvis anni notatio aliquanto obscure scripta sit, nullum dubium esse potest ex rebus narratis, quin ad annum 1558 pertineat.

Imprimis (vt de more habemus) numerum accipe eorum, qui in hoc collegio commorantur: sumus enim triginta duo, inter quos sunt nouem Patres, reliqui autem fratres, et fere omnes (Christo gratias) salute prospera perfruuntur, quinque tantummodo exceptis, quorum tres tertiana febris non multis abhinc diebus, alium vero quartana iamdiu est quod pertinaciter torquet; qui superest, sacerdos est quidam, qui atrae bilis [a] aliquando furore correptus diras patitur anxietudines; sed in Domini pietate confidimus ipsum cum caeteris infirmis breui ad integram sanitatem restituendum.

2. Quod vero attinet ad spiritualem profectum omnium, est profecto in quo Christo Domino semper gratias agamus. Habetur enim exacta cura erga obedientiam, regularum obseruationem et mortificationem, in qua adeo assidue omnes exercentur, vt quamuis alioquin literis vacent, ut collegio conuenit, forsan tamen, qui in domo probationis existunt, in hac parte illis palmam non eripiant. Placuit diuinae benignitati, vt in dies in hoc sit vberior profectus. Qui domi munera aliqua obeunt, illis diligenter operam impendunt, atque ita tempus distribuunt singulis, vt ocium, indulgentissimum vitiorum parens, nullatenus apud illos locum inuenire possit.

3. Scholastici vero, quorum tredecim theologiam, tres vero dialecticam et philosophiam profitentur, non mediocrem adhibent diligentiam tum audiendis, tum etiam relegendis lectionibus. In vnaquaque autem hebdomada habentur publicae conclusiones, atque id quidem alternis vicibus, nunc in philosophia, nunc vero in theologia; quibus intersunt scholastici, alii ingeniosi huius academiae, alii generosi et illustres; collegae etiam ex aliis collegiis variis huc frequenter solent aduentare. Qui quidem omnes satis aedificati beneque persuasi recedunt, tum de modestia, tum etiam de ingenio literisque nostrorum fratrum, et in argue[ndo] [b] pariter et respondendo. Solent etiam nostri scho-

---

[a] vilis *ms.* —[b] *Abscissa charta.*

lastici vsque adhuc bis in die de lectionibus auditis ad inuicem disputare; sed nunc propter temporis intemperiem semel tantum in die disputant. Consueuere in publicis scholis arguere, et deinceps (Xpo. auxiliante) idem muneris exequentur.

4. Sacerdotes autem in solitis occupationibus versantur; audiunt enim confessiones multorum scholasticorum, collegarum, magistrorum et aliquorum nobilium huius ciuitatis. Adsunt quoque frequenter in extremo agone versantibus. Quam quidem ad rem toties expetimur, vt saepe saepius omnibus satisfieri non possit. In quadragessima nunquam domi defuere conciones in diebus dominicis; in quibus alter in ecclesia quadam parochiali, alius vero in publico carcere, quidam in alia ecclesia monialium concionabantur. Quotidie etiam tres fratres in tribus ecclesiis huiusce ciuitatis [a] doctrinam christianam pueros docebant. Quibus certe omnibus, nisi me animus fallit, non parum vtilitatis vtrinque decerptum est; neque adhuc tamen cessauere conciones, nam non multis abhinc diebus coepit quidam ex nostris singulis quibusque dominicis concionari, quod et in sequentibus etiam non omittet; erit enim (vt in Domino speramus) labor non sine fructu [b].

5. Accedit etiam quod Pater rector [1] hisce diebus proxime elapsis abiit cum episcopo salmanticensi [2] ad visitandum gregem, et singulis fere quibus diebus concionabatur cum maxima tum pastoris tum gregis consolatione; frater vero, qui illum comitabatur, in doctrina christiana pueros instruebat. Et [c] profecto apparet quantum episcopus in hoc itinere cum Patre processerit, siquidem maiorem in dies curam suarum ouium videtur [d] habere.

---

[a] ciuitatibus *ms.* —[b] fructus *ms.* —[c] e *ms.* —[d] vi *pro* vr. ? *ms.*

---

[1] P. Bartholomaeus Hernandez.
[2] Franciscus Manrique de Lara. Cf. *S. Franciscus Borgia,* III, 369.

6. Famuli vero quidam ipsius episcopi ex Patris continuis adhortationibus persuasi sunt nostra exercitia capessere. Dominus, quorum corda mouit, det etiam perficere quod animo conceperunt. Non defuerunt alii, qui eadem acceperunt; nam quamuis domus nostra perangusta sit et exigua, adfuere tamen aliquando simul septem; qui quidem omnes non parum vtilitatis inde reportarunt. Decem vero tum ex his, tum ex aliis, nostro sese addixerunt instituto.

7. Duo ex his in hac academia cathedram habebant, alter ex lingua graeca, alter ex philosophia, de quibus in praeterita quadrimestri aliqualem mentionem feci [1]. Tunc enim nondum fuerant ingressi, sed quod iam in animo destinarant se nostro instituto tradere; ex quorum ingressu non parum permoti sunt. Erant etenim vnusquisque in facultate sua ex praecipuis, in quos vniuersa academia oculos coniiciebat propter raritatem ingenii et doctrine. Benedictus Dominus, qui eos vocauit ad alia potiora munera nobilioresque cathedras, in quibus maiori cum fructu animique sinceritate, ab omni humana vtilitate sequestrati, Creatori suo commodius valeant inseruire.

8. Ingressus est et alius scholasticus, qui iam theologica studia consummauerat, et in eisdem lauream primam acceperat. Accessere his duo dialectici et alii iuristae, in quibus erat quidam laureatus in iure canonico. Speramus in Domino non defuturos alios, qui, antequam praesens annus pertranseat, in hoc collegio recipiantur; ita enim ex multorum motione coniecimus. T. P. oramus, vt in sanctis sacrificiis et orationibus nostrorum Patrum et fratrum Domino commendentur, vt quotquot in domo Domini admissi sunt, boni et proficui operarii in eius vinea efficiantur. Bene vale in Christo Iesu, qui vtinam nos semper benigno fauore suo ad meliora faciat aspirare, et vires conferat salutares,

---

[1] Vide superius, pag. 487, annot. 1; et S. *Franciscus Borgia*, loc. cit., 340.

quibus ei semper placere valeanus. Salmantice mense Maio 1558 [a].

Indignus filius,

† ÇAMORA † [1].

Inscriptio. Ihs. Al muy Rdo. P.e nro. en Chro., el Padre maestro Laínez, prepósito general [*sic*] de la Compañía de Jesús. En Roma.

Alia manu. Jesus. *Deinde eadem manu, aut certe simillima, quae supra scripsit locum et tempus,* Salmantice maii 1556 [*sic*]. *Rursus manu, quae modo scripsit* Jesus: Quadrimestre V.

174

P. PETRUS PARRA

VALENTIA 2 JUNII 1558 [2].

1. *Dolet nullam se jamdiu accepisse epistolam.*—2. *De fratrum fervore et votorum instauratione.*—3. *De consuetis Patrum ministeriis.*—4. *Duo juvenes ab homicidio patrando revocantur.*—5. *De conversione mulierum duarum.*—6. *De religiosa complurium vocatione.*—7. *Nostrates a lue pestifera immunes fere servantur.*—8. *De civium afflictione et plurimorum morte.*

1. † Ihs. Muy R. Padre en Chro. Pax Chri. Bien a vn

---

a *4 vv. praeced. alia manu addita sunt; ultimi numeri signum* 8 *videtur fuisse prius* 6.

---

1 Epistolae auctor fuisse videtur Garcia de Zamora, de quo in catalogo collegii palentini, anni 1568, legimus: «El P.e García de Çamora, natural de la villa de Medina de Ruyseco [Rioseco], entró en la Compañía en Simancas el año de 1555 a 18 de Diçiembre. Hizo los uotos allí siendo nouiçio, e después a los dos años en Salamanca, e allí los dejó scriptos, siendo rector el P.e Hernández. Era quando entró, de 1.a corona, y auía oýdo tres años de artes y dos de theología, y acabó el curso de theología en el collegio de la Compañía en Salamanca. Sus ocupaciones después de las probaciones an sido ser ministro en Salamanca, Simancas y Palençia, y después que es de missa, que a diez años, confessar y predicar ordinariamente; y agora se ocupa en el mismo ministerio. Es de edad de treinta y cinco años, que cumplió día de S. Simón y Judas.» In codice *Cast. 13*, fol. 156.

2 Ex autographo in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 123, 124; prius 457, 458. Exstat ibidem exemplum latinum in ff. 125, 126.

año y más, a mi uer, que por parte directa ni indirecta no tenemos nueuas de esa tierra. No tengo de quién quexarme; que bien se aurá escrito de ahí, sino que yo no merezco que aporten acá las cartas, que tanto con ellas nos consolaríamos en el Señor en el tiempo de tantas aguonías y trabajos, como al presente en esta ciudad ay. Sea por todo glorificado el que lo ordena para nuestro mayor bien.

2. Las cosas tocantes a nuestra Compañía en quanto a lo spiritual, parece que uan de ueras aquí. Los hermanos proceden con feruor en sus exercicios; piden penitencias por la falta del cumplimiento de las reglas, las quales procuran de guardar con harto cuidado; piden ansímismo mortificaciones en casa, y que se les digan sus defectos publice en el refectorio. Esto se a hecho hartos días; y hoi que tenemos dos de Iunio, hemos hecho los uotos, de lo que no poco se a guozado nuestra alma, y se aurá contristado Faraón, nuestro aduersario, que pretende siempre algún tributo della. De todo se glorifique Dios eterno por cuio amor se haze. Amén.

3. Los Padres de casa atienden a sus sólitos exercicios. No faltan confessiones, por la gracia de nuestro Señor, ni otros negocios ynportantes en que los nuestros se emplean casi siempre, de donde redunda gloria a nuestro Señor y grande fruto en las almas.

4. Especialmente sucedió vn día que dos mancebos con sobra de enojo, propusieron en sí de quitar la uida a una persona que confessaua en esta casa; y auiendo dado muchas bueltas por la ciudad, la última fué por junto a este collegio; y sin duda esperaua yo a aquella persona que auía de uenir aquella misma tarde aquí; pero Dios que no oluida a los [su]ios [a], les mouió a ellos que entrasen en este collegio con intención de dezir a su confessor [b] quanta razón tenían de quexarse y damnificar a esta dicha persona.

---

[a] *Abscissa charta hic et infra.* —[b] ejus confessori *exempl. latinum.*

Fué tal la plática que el Padre tuuo con ellos, que no solo les quitó de la cabeça su locura y desuarío que pensauan de hazer, pero aun les persuadió que dex[a]sen allí las armas. Y así lo hizieron muy contentos de no poner más por fuerça de armas este negocio. Laudetur Christus.

5. Vna muger jouen y de buen parecer de las caudalosas publicanas de vna populosa ciudad vino a esta casa con grande ansia a buscar remedio para su enfermedad, que muchos años auía que estaua enferma su alma, y por no hallar quien le aiudase en lo spiritual, se estaua así. Todo esto dixo a un Padre de aquí, el qual la consoló y aiudó tan de ueras a la consecución de su deseo que no tornó más a lo que solía, antes se enpeçó a dar a hobras de charidad, como seruir a enfermos, etiam heridos de peste, sin ningún temporal interés; y perseuerando en esto y otras buenas obras, paró en vn recogimiento, adonde da grande exemplo de uirtud que admira a quantos la conocíam.

Otra muger perdida, que más auía de treinta años que estaua en peccado mortal, y no solo esto, pero aun era cabestro para la perdición de muchas otras; vn Padre de casa que esto supo, le habló y persuadió vn día de suerte que ella caió en la cuenta de su mala vida, y derramó muchas lágrimas, y ordenó de confessarse y dar orden de biuir christianamente, y con este buen propósito perseuera. Gloria a Dios! Estas cosas y otras muchas semejantes, y algunas más arduas, a hecho nuestro Señor por los indignos ministros deste collegio; las quales por no engendrar fastidio no se explican aquí. Bendito sea el que con tan botos cuchillos sabe cortar tanta diuersidad de vicios sensuales.

6. No dexaré de dezir que muchos desean ser recebidos en nuestra Compañía; algunos buenos subiectos se recibirán [a] con el diuino auxilio; otros muchos que no son

[a] rebirán *ms.*

aptos para nuestra professión, por ministerio de los nuestros entran en otras religiones adonde dan buen odor de sí.

7. Con vnas misericordias que aquí recebimos, dignas cierto de ponderar y reconocer a quien las haze, acabaré ésta. Y son que los Padres deste collegio que de vn año a esta parte confiessan y tratan con heridos o coleados de peste cada día, nunca les a dolido la cabeça, ni an tenido ningún ramo deste mal; auiéndose herido en este tiempo dos legos que nunca salían de casa, y nuestro ortelano que siempre anda entre sus lechugas; pero todos an sanado muy bien y en poco tiempo, y no ha quedado ramo de peste en casa ni de otra enfermedad; de lo que sea glorificado nuestro Señor. Amén.

8. Esta ciudad está muy perdida. Mueren ahora más que nunca. Ase salido casi toda la gente que puede; quedan los pobres padeciendo y muriendo en gran mane[r]a. Por amor de nuestro Señor mande V. P.^d encomendar en sus sanctas oraciones y sacrificios los grandes trabajos desta ciudad. Lo mismo haga encomendar a todos los de esas benditas casas, no oluidando a este collegio; que para tales borrascas todo será menester.

No más en ésta. La Santísima Trinidad aumente sus dones diuinos en el ánima de V. P.^d, y a todos nos dé su sancta gracia para el cumplimiento de su diuina voluntad. De Valencia y de Junio 2 días, 1558.

De V. P.^d indigno hijo en el Señor,

PARRA [1].

Inscriptio. † Ihs. Al muy R. Padre en Chro. nro. Señor, el Padre Ma.° Laínez, vicario general de la Compañía de Iesús, en Roma.

---

[1] Vide superius, pag. 341, annot. 2.

175

FRANCISCUS GUNDISALVUS

VALLISOLETO 3 JUNII 1558 [1].

1. *Ministeria erga proximos. Sacramentorum frequentatio.*—**2-4**. *Particularia exempla narrantur.*—**5**. *Contiones in nostro et in alienis templis.*—**6**. *Lutherana haeresis occulte grassatur.*—**7**. *Fidei integritas nostratum in hoc casu elucet.*—**8**. *Principis et nobilium foeminarum aulae pietas.*—**9-12**. *Magnatum, praesulum et pontificii legati favor.*

1. † Ihs. Admodum R.^{de} P.^{r} in Chro. Pax Christi, etc. [*Profitetur se ex obedientia scribere.*]

Atque ut ab iis, quae proximis solent praestari ministeria exordiar (nam de domesticis, quid praeter solitum dicam, habeo nihil, quum in praesentiarum, Christo gratia, prospera omnes fruamur ualetudine), quantus, inquam, ex iis fructus percipiatur, multo facilius paternitatem tuam aestimaturam arbitror, quam me scripturum. Nam, ut alia omittam (presto morientibus esse, vissere languentes, lites atque inimicitias componere) tanta decurritur ad sacramenta frequentia, ut sex Patribus nec scabendi quidem capitis toto die tempus detur. Nec tamen, quia confitendi tempus ab Ecclesia praescriptum, transactum iam est, idcirco confessionum ulla fit intermissio, immo uero, quadragessimale tempus nunc quam maxime instaurari uidetur; quod si viginti adessent Patres, nihilo secius magis quiescerent, ut plane uideatur nihil sic hoc tempore a diuina benignitate obnixe uotis omnibus expetendum, quam ut operarios in vineam suam mittere dignetur.

2. Sed ut a generalibus ad particularia iam descendat sermo, aliqua scitu digna paternitati tuae referam, ut ex iis caetera possis aestimare. Homines namque aliquot, a propriis alieni uxoribus, qui aliis multorum annorum consuetu-

---

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 127, 128; prius 724, 725, 731 (sic).

dine utebantur, Patris cuiusdam industria, his repudiatis, prioribus sunt reconciliati, atque multa suorum delictorum notitia et detestatione, illa lachrimis abluentes, quod hactenus iter perditionis tenuerant, sponte omissere.

3. Quidam alius (eiusdem sententia Patris), quam iniquis modis et multorum iniuria, quatuor tallentorum et eo amplius rem familiarem congesserat, ut Christum lucrifaceret, ut stercus est arbitratus. Ut ex hoc paternitas tua colligat quantum flagraret diuino amore, qui diuitiarum cupiditati sic frenos iniecerit.

4. His etiam adiungere uissum est alium, qui puella, cuius tenebatur amore, cum turpiter abuteretur et eius parentes (quos matrimonii spe pellexerat, vt sibi liberum ad filiam, quoties uellet, aditum darent, quia sibi desponsatam clandestino asseueraret) hac spe produceret, tandem salutiferis cuiusdam Patris consiliis ad se reuersus coepit cogitare quantis undique conscientiae aduersus seipsum oblatrantis praemeretur angustiis, quamque tenui ab ipsis inferni foribus abesset discrimine: quare uehementer perculsus, actae vitae uela cupiens uertere, cunctam thegnam ad eundem detulit Patrem, ejus implorans et consilium et opem, ut tantis malis se posset expedire; de cuius sententia quia matrimonium inter utrumque, utpote dispar admodum ob conditionis inequalitatem, conuenire non poterat, puellae in eius dotem mille aureos contulit.

5. Frequentes ab alio Patre per oppidi diuersa templa sunt hac quadragessima conciones habitae, cuius doctrina populo adeo extitit accepta, ut non alia ad eum frequentia concurreretur, ac apum examina ad aluearia solent. Domi etiam dominicis diebus alius est concionatus, atque ab utroque [a] maximo cum hominum multorum fructu [b].

6. Harum rerum in maximo nostro dolore solatio uti-

---

[a] utraque *ms.* —[b] *Est hoc loco stellula * in ms., quae repetitur postea ante verba* Spero fore, *melius fortasse collocanda paulo inferius ante verba* Iam vero.

mur (si tamen fas est in ea re ullum admittere). Nam cum securi in hoc orbis angulo ab omni lutherana perfidia (quae tam miserabilem animarum stragem non cessat edere) videremur, repente nescio quibus intemperiis aut uerius sathanae impulsu exagitati multi, in quibus aliquot nobiles et summae conditionis uiri, aliquot monachi, aliquot doctores, nec tamen quisquam ex his illiteratus, sed qui sanctitate et doctrina quaedam Ecclesiae columnae [a] uiderentur, in reprobum sensum sunt traditi, et idcirco a censoribus ecclesiasticis in uincula coniecti, nec cessant quotidie plures in eundem carcerem ducere: tanta pestis multorum animos peruasserat; quoniam autem nondum in uulgus est aeditum horum malorum quae sit causa, sed tantum coniecturis plerique multa loquantur, idcirco de hac re tacendum in praesentiarum duxi, quoad tempus omnia occulta reuelet [1].

7. Societatis autem in Deum pietas et morum candor, et in fide seruanda integritas et constantia his calamitosis temporibus maxime omnibus innotuit, de qua non possunt non magnifice sentire, et eam non pleno ore laudare, cum viderint non paucos generis splendore claros, literis et religione illustres, a fidei ueritate ad lutherana deliramenta desciuisse: contra vero, miniman Iesu Societatem Christi leges et sanctae romanae Ecclesiae praecepta incorrupta illibataque seruare; sanctorum patrum, qui Ecclesiae columnae firmissimae sunt, doctrinae adherescere, ab his ne latum quidem culmum discedere, vniuersa et verba et opera hac amusi metiri, nec quicquam aut dicere aut facere, quod christianae veritati non consentiat. In tanta ergo errorum caligine, in tan densis ignorationis tenebris, non aliter inuicta Societatis uirtus, cuncta longe lateque lutherana impietate ocupante, emicuit, atque inter nebulas

---

[a] columnia *ms.*

---

[1] Exitus hujus rei videri potest apud *Lainii Monum.*, IV, 361; MENENDEZ Y PELAYO, *Historia de los Heterodoxos españoles,* II, 314 sqq.

sol suis fulgentissimis radiis splendescere solet. Obiter etiam significationem dedit cesura ne sit, maximo illo Ecclesiae hosti venturo, qui in morem saeuientis lupi, in Christi gregem irruet, mitissimas oues dilaniaturus. Spero fore, ut in posterum omnis iniquitas ocludat os suum [1]. Tantumque abest Societas non ab haeresi solum, sed ab omni etiam haeresios suspicione, ut censores ipsi nostrorum consilio et opera, accersito frequenter ad se praeposito nostro [2], vtantur ad ea quae ad ipsorum munus spectant [a] tractanda, quod non uulgarem Societati gloriam, quam ipsa non quaerit, accumulat.

8. Iam vero, quam uberes fructus Societas diuina ope ex curia retulerit, non puto me literis plene consequturum. Primum in aula regia, ubi citharae et lyrae concrepare solent, suspiria et gemitus exaudiuntur, inque risus et iocorum locum lachrymae successere: nihil aulae, praeter nomen, habet: nam caetera, monasterii cuiusdam dixeris: adeo frequentes primariae illae foeminae, reginae [3] asseclae, sunt in libris piis legendis, orationibus, confessionibus: sic etiam frequenter ad eucharistiae sacramentum accedunt. Quadraginta foeminae aut eo amplius ex aula, pridie eius diei, quo Christus coelos conscendit, quibusdam Patribus ex nostris confessae sunt, ut caetera interim omittam.

9. Comites, duces, marchiones, Hispaniarum proceres, qui curiam sequntur, illi insuper, quibus a maiestate regia commissum est regni moderamen, dictu mirum quam sint erga Societatem beneuolo animo, et erga Deum pio: experimento comperimus vero consonum esse illud: Regis ad

---

[a] expectant *ms*.

---

[1] Cf. Ps. CVI, 42.
[2] P. Christophorus Rodriguez, ut dicitur inferius.
[3] Hispaniam tunc gubernabat pro Philippo II, ejus soror Joanna, quae fuerat uxor principis Portugalliae.

exemplum totus componitur orbis [1]. Magna huius collegii Patres faciunt animarum operae precia, dum regni et prouinciarum capita curant, et ad Deum Opt. Max. reducere conantur, nam hac via subiectorum salus proculdubio speratur, qui magna ex parte tales solent esse, qualis princeps, cuius ditioni parent.

10. Praesules etiam, quorum hic magnus numerus est, mirifice iuuantur nostrorum Patrum consiliis, atque hinc non uulgaris fructus accrescit, semper enim e nostrorum Patrum colloquiis discedunt religiosiores et circa pastoris munus diligentiores, vnde illi merito et uotis et praecibus contendunt aliquos e nostris sibi dari, qui oues sibi commissas in fide instituant, et contra lupi illius rapacissimi latentes insidias muniant, atque eos in' sacramentorum Ecclesiae pascuis uberrimis pascant [2].

11. Senatus regii praeses, Ioannes de Vega, perseuerat in ea animi beneuolentia, quam erga Societatem consueuit, apud quem frequens est quidam ex nostris Pater, qui est illi a sacris confessionibus [3], cuius opera et consilio in grauissimis quibusque regni negociis utitur: hunc habet magistrum et ductorem in his, quae ad diuinum spectant obsequium.

12. Pontificis maximi legatus [4] adeo est bene erga Societatem affectus, ut eius partes strenue ubique contra obtrectatores agat, seque acerrimum Societatis propugnatorem exibeat. Is pro animi sui candore in apostolicae sedis obsequium cunctis aliis religionibus Societatem palmam ferre predicat, nec ullam esse religionem, quae tot labores exauriat, tot vigiliis curisque se conficiat in cultu diuino et fide catholica promouenda, quae denique fidelius uineam Domini exerceat, asseuerat; cuius institutum libentissimo animo se professurum affirmat, modo sibi ad Societa-

---

[1] Cf. CLAUDIAN. IV consul. Honorii, 298.
[2] Cf. *S. Franciscus Borgia*, III, 369.
[3] Erat is P. Petrus Saavedra. Ibid., 301, 317.
[4] Leonardus Marini. Ibid., 383, 386.

tem pateret aditus. Pro his et innumerabilibus aliis muneribus, quibus Filii sui Societatem cumulat, Deo authori bonorum gloria et gratiarum actio debetur.

Vale, Pater obseruandissime, nostri memor in sacrificiis tuis et orationibus. Tertio nonas iunnias [a]. Vallisoleti.

Ex praescripto Patris doctoris Rodriguez, praepositi nostri, Rdae. Ptis. tuae indignus filius,

† FRANCISCUS GUNDISALUUS [1]. †

Inscriptio. Ihs. Al muy Rdo. P. nro. en Chro., el P.e Mro. Laýnez, vicario general de la Compañía de Ihs. Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu. 1558...

---

a *3 vv. praeced. alia manu addita sunt.*

---

1 Epistolae auctor videtur esse is de quo in catalogo collegii Montis Regii ineuntis anni 1565, legimus: «Hr.º Francisco González, a nueue años y medio que entró en la Compañía. Hizo sus votos año de 1557. Es natural de Portillo, diócesis de Palencia; antes de entrar en la Compañía estudiaua grammática en Salamanca. Después se ha exercitado en officios de casa en Valladolid y Monterrey, donde a dos años y medio que es procurador y estudia latinidad. Tiene mediana salud, y es de edad de 28 años y medio.» In codice *Cast. 13,* f. 188v. Alius erat ejusdem nominis et cognominis, cujus elogium habetur apud ALCAZAR, *Chrono-historia,* Dec. III, an. X, cap. II, § IV (vol II, p. 296), sed ex his quae habentur apud hunc auctorem non constat illum unquam collegium vallisoletanum incoluisse.

176

P. ROBERTUS CLAYSSONIUS

BILLOMO 4 JUNII 1558 [1].

1. *Praeposito generali novum munus gratulatur.*—2. *Epistolae ratio.*—3. *Contiones in diversis urbibus habitae.*—4-6. *Sacramentorum poenitentiae et eucharistiae frequentatio. Fructus inde emanans.*—7 *Scholasticorum numerus. Ludi litterarii.*—8. *Episcopus collegii aedificium perficere cupit. Patrum absentium simul ac lusitanorum adventus expectatissimus.*

1. Pax Domini Dei nostri Iesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen. [*Ex obedientia scribit.*] Principio tamen humillimo obsequio pedibus tuis pia oscula, prostrato corpore, figentes cum laetitiae lachrymis vbertim profusis, nobis te delectum praepositum gratulamur [2], diuinoque numini pro singulari prouidentiae ipsius beneficio gratias agimus immortales, nosque totos vnanimi suffragio Domini Iesu obsequio sub tuae magisterio P.tis vouemus, consecramus, dedicamus, precamurque vt hoc humilis voluntatis sacrificium Deo tibique oblatum tanquam sacrosanctae obedientiae arrabonem certissimum paterno affectu accipias. Praestolamur interim anhelantibus animis communibusque votis praepositi nostri prouincialis aliorumque Patrum reditum, qui ceu viuae epistolae sanctae congregationis administrata negotia ad eximiam Societatis promotionem et animarum consolationem nobis praesentes referent. Dominus quidem episcopus clarmontanus [3], qui in sua dioecesi nunc versatur, Patrum lusitanorum per Aruerniam reditum spe-

[1] Ex autographo in codice *Gal. 53,* 4 ff., nn. 145-148; prius 204-210. Secundum HANSEN, *Rheinische Akten...,* 767, extat apographum in archivo coloniensi.

[2] Electio novi praepositi generalis incidit in diem 2 Julii subsequentis. Cf. *Lainii Monum.*, III, 391 sqq. Praemittit ergo Clayssonius electioni gratulationem, ideoque epistolam praeposito generali inscribit, nullo nomine proprio addito.

[3] Gulielmus a Prato (du Prat).

rat optatque. Sed hoc de argumento inferius fusius agendum nobis est.

2. Primum itaque agemus de euangelii et sacrorum mysteriorum fructu, Societatis cultu enato ac magis magisque excrescente ad maturitatem. Deinde de academiae nostrae literaria messe vberrima; denique de collegii nostri erectione dotationeque, cuius spem solidioribus argumentis quam antehac vnquam concepimus firmiorem, episcopo moras omnes abrumpente.

3. Igitur illustre Societatis munus verbi ministerio non modo apud aruernos, verum et in vicinas circumquaque prouincias Galliae magis magisque innotescit. Rector collegii nostri, D. Hieronymus Bassius, quadragesimam supremam Bilhomi euangelio animi corporisque vires impendit, tot negotiorum tum domesticorum tum externorum diuortio a suggestu minime auocatus, nec leue auctoritatis pondus euangelii exercitio apud auditores est consecutus, cum vberi fructu spiritali et Societatis bonae famae fragrantiori odore ad Dei gloriam fusius disperso. A paschate frequentius Bilhomi, in vicinis pagis concionatus est interdum, nec sine bona laude populi, potissimum solenni illa supplicatione, qua pretiosissimus Christi sanguis (vt pia aruernorum fert fides) hic circumfertur stato semel totius anni die. D. Nicolaus [1] in oppido Oliergaeo, quatuor abhinc miliaribus gallicis dissito, feriis pentecostes proxime praeteritis concionatus est, inuitatus ab ipso paroeco, viro nobili, Dni. episcopi protonotario. Ego quidem quadragesimam Ryomi verbo Dei intentus transegi, vt ciuium precibus ac Dni. praesulis clarmontani imperio satisfacerem. Quicquid officii neglectu omissum est, id mihi tribuendum; si ciuibus satisfactum nostro labore, id omne Christo feratur acceptum. Certe pius multorum affectus ac pietatis fructus vbertim me consolatus est; et si aduentus dominici celebri tempore celebris erat auditorum ad conciones confluxus in

[1] P. Nicolaus Lietard (lotharingius).

ea vrbe, certe hac proxima quadragesima frequentior multo ad extremum vsque diem hominum turba euangelicum munus decorabat. Ad dominicae passionis itidemque paschae solennitatis conciones supra decem hominum milia confluxisse, vulgaris fama atque adeo hominum haud vulgarium iudicium fert constantissime; fiebat enim vtraque concio in amplissimo abbatis granario quod tantae multitudinis facile capax est. Christo honor esto et gloria. A paschate nusquam praeterquam Bilhomi concionatus sum, exceptis feriis dominicae ascensionis apud Montemferrandum. Quantus sit euangelii fructus et Bilhomi et passim alibi, liquet ex affectu nos conuocantium et ad aedes nostras ceu ad asylum concurrentium. Vrgemur importunis precibus nos inuitantium, et cogimur occupationis necessariae praetextu excusare nos, facultatem nobis negatam constanter affirmantes. P. quidem Hieronymus praefecturae, ego vero professionis theologicae legitima ratione, ne grauatim repulsam ferant, me tueor. Domini brauatenses, quos vulgo bryoudenses nuncupamus, ciuesque Montisferrandi atque adeo amici clarmontenses, proximi anni quadragesima ecclesiasten me flagitant, ac Dum. episcopum precibus exorare decreuere, vt votis ipsorum patrocinetur. Feriis potissimum solennibus hinc inde inuitamur ad munus euangelicum. Hoc vero luculentissimum messis argumentum euangelicae obseruamus, quod a concionibus ad poenitentium confessiones audiendas requiramur.

4. Sane quantum ad sacrosanctum sacramentorum ministerium attinet, sacerdotes collegii hac quadragesima occupatissimi fuere, inuitati ab ipsis vicariis ad id muneris obeundum sub ferias paschales. Ego quoque Ryomi, alioquin satis occupatus, temporis occasionem poenitentium reconciliationi suffurabar, feriis paschae confitentium turba prorsus obrutus. Confessiones aliquot generales cum vberi fructu factae sunt Bilhomi. Feriis pentecostes numerosa communicantium multitudo ad altare nostrum sacram eucharistiam sumpsit, et promiscui status et vtriusque se-

xus. Scholastici pietatis studio prouectiores dominicam mensam frequentant feriis minus etiam solennibus.

5. Infirmorum aedes accersiti adimus. Dissidentium reconciliationi damus operam, et pax inter coniuges cum foenore amicitiae redintegrata est. Dns. Petrus Canalis scholasticis est a confessionibus, et aduersae valetudinis incommodum cum prospera valetudine in hoc aëre prope natiuo commutauit. Feriis solennibus quotquot sumus sacramentorum ministerio quam occupatissimi, verbi euangelici consolationem vicinis locis negare compellimur, atque vtinam duplicato numero plures essemus; aegre adhuc aruernorum votis respondere possemus. Nobiles ac praediuites aliquot matronae confessae peccata singulari pietate illustriores euasere. Impudicae aliquot mulieres Christi gratiae per poenitentiam nostro ministerio reconciliatae ac salutari exhortatione confirmatae, caste modo viuunt atque in Dei timore perseuerant. [*Omittimus exempla nonnulla.*]

6. Qui antehac ab errore resipuerunt, constanter prudenterque cauent ne relabantur. Multi e vario peccati discrimine salutem adepti ad victoriae brauium anhelant. Omitto nefaria scelera e quibus emerserunt multi qui ad extremum vitiorum barathrum praecipites ruebant, quamquam plaerique incorruptae vitae sacramentorum familiari vsu salutis suae negotium cum foenore promoueant.

7. Quantum vero ad academiae nostrae celebrem famam ac studiorum exercitia attinet, discipulorum caterua confertissima numerum facile complet millenarium. In extrema classe ducenti sunt; in proxima totidem; in quarta sesquicentum; in tertia prope centum; in secunda ac prima pauciores, vtpote eruditiores. Infinitus est numerus alphabetariorum, qui a suis paedagogis priuatim instituuntur, et legendi scribendique exercitio formantur. Nobiles viri ciuesque praecipuarum vrbium liberos suos huc mittunt erudiendos. E prouinciis remotioribus atque adeo e Parisiorum academia aliquot ad nos conuolarunt. Scholae exercitia ex ordine obseruantur praescripto, cum maxima

discipulorum promotione. Dns. Nicolaus lotharingus et Mgr. Leonardus [1], et graecas et latinas literas docentes, ingenia cum magna laude excolunt. Philosophiae studium cum disputationum exercitio promouetur. In sacris literis Psalterium dauidicum explanatur. Septem sunt professores, decem facile desiderantur. Literariae voluptatis studio atque exercitandae iuuentutis gratia lusum est aliquot comoediis latinis et gallicis a mense Februario. Ipsis bacchanalibus habita est declamatio inuectiua aduersus crapulam et ebrietatem, auctore Mgro. Leonardo, eodemque die acta est comoedia Herculis a latere dextro virtute, ratione, sobrietate, labore et gloria stipati; ex altero vero venere, cupidine, voluptate, ebrietate, infamia obsessi. Composita est latino carmine, auctore Mgro. Ludouico Gerardino, tertiae classi praefecto. Feriis praecidaneis translationis D. Nicolai habita est oratio graeca in encomium eiusdem sancti; itidem latina declamatio de serio literarum studio; postremo comoedia graeca, carmine elegantissimo, interlocutoribus Sophia, Dianaea, Arephilo et Oplophoro, personam mutam gerente. Haec omnia auctore Mgro. Leonardo primario professore edita fuere. Eo die quo solennis supplicatio pretiosi sanguinis celebrata est, mense proxime praeterito, acta est comoedia latina super historia serpentis aenei, Numer. 21.° descripta, interlocutoribus Deo, Moyse, nuntio et populo iudaico. Itidem gallico rhythmo de caede Abelis, interlocutoribus Deo, Abele et Caino, auctore Mgro. Roberto Lanesio, et aegloga latina de laudibus Dni. Boutinelli, generalis vicarii clarmontensis, vita defuncti [2], auctore Mgro. Ludouico. Denique vt reduci Dno. episcopo, e grauissimo morbi discrimine mortisque periculo ancipiti ad vitam suscitato, gratularemur, tertio a feriis pentecostes die ad castrum Euscopiam seu Belliregardum nuncupatum, rector collegii cum duobus sociis

---

[1] Leonardus Masserus.

[2] Vide superius, pag. 551.

et discipulorum aliquot comitatu se contulit, ibique coram Rdiss. Dno. ac multis arbitris circumstantibus, carmina graeca, latina et gallica recitata sunt, reditus ipsius prosperum praesagium attestantia. Acta itidem est aegloga, qua reditum tanti maecenatis sibi gratulabantur. Quod quidem decorum officiosae salutationis obsequium obuiis vlnis ac vultu perquam hilari Dns. episcopus excepit. Hactenus de palaestrico gymnasii nostri agone tractauimus. Studia literaria nulla occasione interrumpentur ob feruentiorem aestatis aestum, vt fieri consueuerat, nisi, quod Deus auertat, morborum contagio diuortium suaderet. Quum enim permulti nobiles ac praediuites adolescentuli hinc non sint discessuri, detrimentum paterentur fructus literarii, si schola clauderetur pro more solito. Attamen studiorum exercitia moderatiora erunt, vrgente aestiuo calore.

8. Caeterum quantum ad collegii nostri extructionem spectat, Rdiss. Dns. praestolatur praepositi Baptistae [1] reditum, vt iactis fundamentis ad culmen vsque templi ac domus aedificium erigatur; impetrauitque a rege christianissimo, vt syluas aliquot caedat ad eam lignorum copiam quae summam trium milium coronatorum aureorum valore aequare possit, vt hinc materia praeparetur aedificationi necessaria. Nobis benignissime exceptis, canonicis et consulibus ac ciuibus praecipuis vrbis bilhomensis promisit eximiam liberalitatem, ac promptissimae voluntatis argumenta solida deprompsit. Patrum nostrorum diuortio tantum bonum differtur. Proinde anhelamus, aspiramus, votis precibusque contendimus ad amplexus et oscula non modo Patris prouincialis Paschasii [2] ac praepositi Baptistae desideratissimi, verum et Patrum lusitanorum [3], quo-

[1] P. Joannes B.ta Viola, collegii superintendens.

[2] P. Paschasius Broët.

[3] Intelliguntur Patres lusitani ex generali congregatione reduces. Iverant PP. Michaël de Torres, Ludovicus Gonzalez de Camara, Gundisalvus Vaz de Melo, Emmanuel Godinus et Georgius Serranus. Cf. *Lainii Monum.*, loc. cit., 123, 128, 280. Sed P. Ludovicus Gonzalez de Camara, praepositi generalis assistens creatus, Romae remansit.

rum reditum per Aruerniam dirigendum precatur et optat Rdiss. episcopus, nos quoque humili supplicatione efflagitamus: non enim frustranea esse poterit ipsorum praesentia. [*Preces postulat.*]

Bilhomi pridie nonas iunias 1558.

Imperio rectoris P. Hieronymi Bassii, Rdae. Ptis. tuae seruus indignus,

ROBERTUS CLAYSSONIUS [1].

Inscriptio. Rdo. in Christo Patri Dno. praeposito generali Societatis Jesu, Romae.

Polanci manu. Vna come questa s'emendò.

177

GASPAR DE SALAZAR

COMPLUTO INEUNTE JUNIO 1558 [2].

1. *Nostrorum numerus.*—**2-8**. *Labores et fructus in concionibus, in carceribus, in christiana doctrina publice tradenda, in meretricibus ad meliorem frugem reducendis, in confessionibus audiendis, in conciliandis inimicis, in aegrotis et morti proximis invisendis, in exercitiis tradendis.*—**9-16**. *Insignes viri Societatem ingressi, quos inter magistri Deza, Alcaraz, Gomez et doctor Petrus Sanchez.*—**17**. *Patrem rectorem multi conveniunt consilii causa.*—**18**. *Amor studiumque vicarii erga Societatem.*—**19**. *Hebdomadae majoris officium cum cantu celebratur.*—**20**. *Domus ad vires reparandas nostris extra urbem offertur.*—**21**. *De studiis litterarum et virtutum.*

1. † Ihs. Muy Rdo. en Chro. P.[e] Gratia et pax Chri., etc. [*Exordium de scribendi causis.*] El número de los Padres

---

[1] Vide superius, pag. 111, annot. 1.

[2] Ex originali in codice *Hisp. 96*, 4 ff., nn. 119-122; prius 340-345. In ff. 129-132 ejusdem codicis est aliud exemplum inscriptum P. Lainio et datum die 4 Junii. Nihil differt a praecedenti, nisi in exordio. Hoc exemplum praetulimus quia facilius legi poterat. In ff. 94-95 est et alia brevior epistola fr. Capilla data die 30 Aprilis quae easdem res narrat. Ideo eam omisimus. Aliqua ex his quae spectant ad eos qui Societatem ingressi dicuntur, edita jam sunt ex alio fonte in *Lainii Monum.*, III, 249 sqq., 278 sqq.

y hermanos que en este tiempo ha auido en este collegio, son de treinta arriba, de los quales, aunque los más son estudiantes, que atienden más a su aprouechamiento en las letras y costumbres, todavía de los pocos obreros que ha auido, se ha seruido nuestro Señor mucho.

2. Primeramente en las predicaçiones, que quasi a la continua han proseguido el P.e Manuel [1] y el P.e doctor Madrid [2], a los quales siempre ha auido notable concurso de gente y hemos experimentado no pequeño fruto en algunas almas. El P.e D. Madrid ha predicado muchas vezes en el collegio mayor y otras en la yglesia mayor, y demás de que en todos sus sermones hemos visto moçión notable de lágrimas, han tenido grande satisfación de sus letras y spíritu, que pareçe se le ha dado nuestro Señor con fuerzas para poder lleuar el trabajo desta quaresma, que según entró en ella alcanzado de salud, se pensó no pudiera hazer el segundo sermón, y ansí han tenido repartida la quaresma el P.e rector y él.

3. Largo sería dezir las particularidades de lo que el Señor ha obrado por los sermones destos Padres; diré dos, que han sido muy notables. La vna, que estando dos personas muy principales en términos de dar muy grande escándalo, por ser la cosa de flaqueza, vino de vn sermón la vna de ellas tan herida, que dexando luego las ocasiones, se dió de tal manera a Dios, que agora va camino de ser muy su sierua. Otro hombre, estando vno destos Padres predicando, se entró a desora como por ver, y salirse luego a hazer los negocios a que iua, que eran de enemistades que tenía muy trauadas con personas principales desta villa. Quiso nuestro Señor que acertó el sermón ser de cómo se han de amar los enemigos, y acabado, luego cedió a todas sus quexas y passiones, y hizo lo que aquel Padre le dixo.

---

[1] P. Emmanuel Lopez, collegii rector.
[2] P. Antonius de Madrid.

4. Han sido muy pedidos los nuestros para predicar en algunas perrochias y lugares fuera de aquí, que ha sido menester que el P.e Manuel diese orden cómo se pudiese satisfacer a la deuoción de tanta gente; y atento también que era quaresma, se ha tomado trabajo no solo de predicar en algunos lugares, en donde han sido bien aceptos los sermones del Padre Don Luis [1] y del Padre maestro Castañeda [2] y Salazar [3]; pero también estos mismos Padres han ido los domingos y fiestas a las cárceles y hospitales a predicar a aquellos pobres, de que no poco se han consolado y edificado los de la villa; que ha sido bien nueua, aunque no lo vuiera sido si antes de agora vuiéramos tenido en este collegio quien pudiera acudir a lo vno y a lo otro. Bendito sea el Señor, que no oluida a los encarcelados. Hase puesto remedio en sus juramentos y hase entendido en los negocios de algunos, según el instituto de la Compañía ha dado lugar, y después de pascua los fueron a confesar, y les han dicho missa de acá de casa. Y porque el fructo en esta quaresma fuese vniuersal en todos, paresció al P.e rector ordenar cómo los domingos y fiestas y dos días entre semana fuesen vn Padre y dos hermanos a enseñar a las yglesias a los niños la doctrina christiana. En el hecho ha auido notable prouecho, y en el modo grande edificación, porque yuan por las calles cantando la doctrina christiana, llamando a los niños con vna campanilla: yuan algunas vezes quasi mill niños, cuyas bozes, siendo de angelitos, creo yo subían al cielo y alcanzauan [a] del Señor lo que pedían. A bueltas destos yuan muchos hombres y mugeres porque en la yglesia o en la plaza, donde se enseñaua la doctrina, hazía el Padre alguna

[a] alcauan *ms.*

[1] Videtur indicari P. Ludovicus de Guzman.
[2] P. Joannes de Castañeda.
[3] Ipse epistolae auctor innui videtur. Utrum fuerit jam sacerdos necne, non clare nobis constat.

plática sobre vn mandamiento o sobre otra cosa de la doctrina, de que creo yo no menos prouecho se ha sacado, que de los sermones: hartas bendiciones echauan las madres a los que les enseñauan sus hijos, y otras aprendían de sus hijos lo que les enseñauan. Este es ministerio de que se halla sacarse notable fructo, y siempre que aya quien le pueda hazer, se hará.

5. No oluidó nuestro Señor a bueltas destas, las mugeres públicas, que tan oluidado le tienen en su corazón; porque el día de carnestolendas embió el P.ᵉ rector vn Padre y les hizo vn sermón, estando mucha gente de la villa allí: fué tal, que les dió nro. Señor tan gran sentimiento y contrición, que no pudiéndose ninguna valer de lágrimas, se salieron todas, y los que allí estauan las lleuaron a sus casas para ampararlas y recogerlas: buen bocado lleuó el Señor en esto al mundo, y hartas offensas de Dios se escusaron en aquel día, y después acá esto se sonó mucho en la vniuersidad, y edificó en gran manera.

6. Confessiones ha auido muchas, y no se ha podido satisfacer a la más pequeña parte, aunque todos se han esforzado a confesar dende el P.ᵉ rector y los Padres que estudian. En esto auía harto que escreuir, si fuera para cartas: bendito sea el Señor. Se han hecho muchas restituciones, amistades y algunas confessiones generales y otras obras, que suelen salir como fructo deste sacramento. Siempre ay mucho número de los que comulgan en nuestra yglisia, algunos de ocho a ocho días, otros de quinze a quinze días, otros cada mes, conforme a la disposición de cada vno y consejo de su confessor.

7. También se ha entendido de concordar y poner en paz algunos casados, y con vno que buscaua su muger para matalla, según dezían, se acabó el perdón: con otros se ha acabado que esperen a sus deudores, que no se acabaua con poco trabajo, por la necessidad en que todos están. En vn desafío que aquí ha auido de dos estudiantes de mala digestión, se puso vn Padre de casa de por medio

y lo trató de tal manera, que cesó. Bendito sea el Señor, por el amor que todos aquí nos tienen, y por la buena opinión y crédito que aquí tiene la Compañía, que aunque en estos negocios han entendido otras personas, los Padres de casa los han concluído, y no osan perderles la vergüenza.

8. Quanto a los otros ministerios que vsa la Compañía de visitar enfermos y ayudar a bien morir los que están para ello, se ha tenido la misma cuenta, y han dado su pedazo de trabajo; mas mucho más que todo esto, los muchos que en este tiempo han estado en este collegio haciendo los exercicios spirituales, vnos para confesarse generalmente de su vida, otros para ser enseñados de la oración, otros para determinar de su vida, recojiéndose a mirar lo que más les cumple para su saluación. Ya puede V. P. ver qué trabajo aurán dado tantas ocupaciones dentro de casa y fuera, que solo de exercitantes desde la quaresma acá ha auido en casa cerca de cinqüenta exercitantes.

9. Agora diré a V. P. los obreros que el Señor ha llamado para esta su viña, con algunas particularidades que en ellos se han offrecido, que son para mucho alabar al Señor y padre de las misericordias, que en estos días las ha multiplicado, ansí en los corazones de los que han entrado, como en el prouecho que se espera de tan buenos obreros como la diuina bondad ha escojido para cabar en su viña. Los que de la quaresma acá han entrado, son dos estudiantes artistas de buenas partes y abilidad: después destos se rescibió vn sacerdote muy ábil y apto para los ministerios de la Compañía. Tenía bien para poderse estar en el mundo: mas el Señor, que le abrió los ojos, le hizo dexarlo todo con gran facilidad [1].

---

[1] Ex CASTRO, *Historia ms. collegii complutensis,* part. II, lib. IX, cap. 4 (fol. 8) colligi potest hunc fuisse P. Petrum Rodriguez ex oppido Belmonte. Obiit Toleti anno 1596.

10. Después deste Padre entró el maestro Deza [1], encomendándolo primero algunos días a nro. Señor, haziendo para ello los exercicios, aunque auía más de vn año que nro. Señor le llamaua. La entrada deste hermano ha sido de tanta edificación y admiración, que no lo sabré dezir ni escreuir a V. P., por ser vna persona esta de todas las buenas partes de que el mundo echa mano, y estar tan adelante en negocios de collegios, cáthreda y otras oppositiones, que tenían en él puestos los ojos toda la vniuersidad, porque juntamente con ésto, sin encareçerlo, a boçes de todos era la más señalada y escogida abilidad que auía agora: auía lleuado primero en licencias de artes, y no menos lo lleuara en las de theología, en que entraua el año que viene, si nro. Señor no le atajara los passos con esta misericordia que le ha hecho. También estaua oppuesto ogaño en cáthreda, y sin falta la lleuara, lo qual ha hecho se echase de ver más su mutación, pues tiniendo tan en la mano lo que otros buscan y él pretendido auía, assí lo auía menospreciado. Hanse dicho tantas cosas de su entrada, por ser en tal sazón y no auer dado muestra de ello antes, que aunque la súbita mutación que pareçía ser, pudiera dar sospecha de que no lo auía mirado y considerado, la buena reputación de su ser y saber y prudencia ha tapado las bocas, y no han dicho sino que, pues que lo hizo, supo lo que hizo, y que estaua bien hecho. Los que le alaban, pareçe que dizen grandes encarescimientos. El P.e Mro. Mancio [2], catredático de prima de S. Thomás, ha dicho que en ninguna de las vniuersidades que ha andado ha visto mejor abilidad, y que si perseuerara en sus estudios, fuera de las mejores piezas de España en letras. Esperamos en el Señor lo será en esto y en el spíritu, que tales muestras ha dado en casa de su aprouechamiento, que nos tiene a todos admirados. Con su exemplo, vna hermana que tiene, que

[1] Alphonsus Deza.
[2] Fr. Paschalis Mancius, O. P.

estaua para casarse, offreciéndosele auentajados casamientos, los ha menospreciado todos, y se quiere meter monja. En la vniuersidad ha mouido tanto los estudiantes, que en aquellos días pareçe no se trataua de otra cosa. Dizían muchos: dexemos el mundo, pues el maestro Deza se ha entrado en la Compañía.

11. Después deste hermano tocó nro. Señor a otro, que se dize el maestro Alcaraz [1], de tal manera que le hizo dexar el mundo, en el qual estaua bien entablado. Agora está tan contento en auerlo dexado, que es harta confusión para los tibios. Este mancebo es muy docto en latín y poesía, y por tal laureado [a]; muy docto en las artes, y agora se auía de hazer doctor en theología, y andaua ya en ello, pretendiendo la honrra que en semejantes cosas se suele: agora es para alabar al Señor verle quán de veras pretende su menosprecio y mortificación, y tiene por más honrra ser mozo del cocinero, que alcanzar el grado de doctor, que pretendía.

12. Tras este hermano entró el maestro Martín Gómez, collegial theólogo, que no menos admiró en su entrada, que los demás. Dize[n] que no ha acaescido jamás que hombre, siendo collegial theólogo, se entrase en religión. Teníanlo esto por donaire y por preuilegio, pareciéndoles estar seguros; mas a la misericordia de Dios no ay cosa fuerte. Este hermano es muy gran subjecto, y muy apto para la Compañía: hale hecho el Padre Manuel comprador aquí, que ha sido espectáculo de todos, y él ha dado de todo muy buena cuenta, que no ha sido pequeña mortificación esta, por ser aquí tan conoscido.

13. Después destos entraron tres bachilleres en artes, discípulos del doctor Pero Sánchez, que pareçe el Señor los mouía a hazer camino a su maestro. Estos son de muy

---

[a] y por tal aureado *ms. Omissio litt.* l *explicatur ex* l *praecedenti.*

---

[1] Hernandus seu Ferdinandus de Alcaraz.

buenas abilidades. Los dos particularmente si estudian, saldrán bien con las letras, pero para en púlpito son piezas muy señaladas, según la muestra que aquí dieron de su natural.

14. Tras estos entraron vn estudiante artista ábil, y vn sacerdote de muy escogidas partes, hombre ya de treinta años. La manera de la entrada deste fué muy particular, porque nro. Señor le ha llamado para la Compañía con muy grandes deseos della y padecer por su nombre, menospreciando los regalos que tenía en el mundo. Tenía también renta por la Iglesia, que suele impedir a muchos. Después destos entraron dos estudiantes, que podrán empezar a oír artes. También ha entrado vn mancebo theólogo, muy buena cosa.

15. Tras éstos entró el doctor Pero Sánchez, collegial mayor y cathredático que era al presente; hauía sido rector desta vniuersidad. Esta ha sido la cosa más nueua que en Alcalá ha acaesçido de muchos tiempos a esta parte, y ha admirado en tanta manera su entrada, que no se podrá creer. No sabría dezir a V. P. la edificación que ha dado con su entrada este buen doctor. Las partes suyas son muy raras. Tiene muy buenas letras y púlpito, y con ésto le ha dado nuestro Señor vn deseo tan grande de buscar en todo su honrra y padesçer por su amor, que es menester bien irle a la mano para que no exceda en los feruores que el Señor le da. La manera de su entrada fué que vna mañana a las nueue fué al rector [1], y se le hincó de rodillas pidiéndole su bendición, diziendo que se yua a entrar en la Compañía. Paresciόle al rector al principio que era cosa de burla o donaire, mas en fin le dexó llorando, viendo que tan de veras era. Supiéronlo sus discípulos y otros collegiales mayores, y mucha otra gente, y vinieron con él acompañándole gran multitud de estudiantes, vnos llorando, otros admirándose y bendiciendo al Señor. Llegado a

---

[1] Intellige rectorem universitatis.

la puerta de nuestro collegio no quiso entrar, pidiendo primero que llamasen al P.e Manuel; vino, y allí a la puerta, hincado de rodillas, le pidió le quisiese admittir en la Compañía. Hízolo el Padre, diziendo delante de todos que no era aquella la primera vez que él lo pedía, y que auiendo tratado de ello algunos meses antes, era justo conçedérselo; metióle en casa, y fuéronse todos a la capilla, en donde dando gracias al Señor, vuo hartas lágrimas, y él de rodill[as] [a] salido de allí se despidió de toda la gente, que estaua el patio lleno della. Fué cosa de ver su alegría, y la manera con que se desnudó su manto, con deseo de desnudar el hombre viejo. Su contentamiento va cada día cresciendo y da grandes muestras que ha de ser gran sieruo del Señor, y obrero en su viña. Después de algunos días, entrado en casa, queriéndose más ligar con Dios, hizo delante de todos voto de castidad, pobreza y obediencia. Esto mesmo han hecho los otros maestros, offreciéndose del todo a nuestro Señor y a la Compañía, y por tenerse por indignos della, han hecho votos de ser perpetuos cocineros o mozos del comprador. Vea V. P. si tenemos materia de bendezir al Señor. No dexaré de dezir, para que se vea en este negocio más la mano de Dios, que antes que entrase el P.e D. Pero Sánchez y algunos destotros, se sonó aquí y en muchas otras partes que auían preso a muchos de la Compañía, y estaua la gente tan escandalizada, porque auían dado la nueua gente de fe y authoridad, que no daua lugar a que se pensase que era falsa, como de verdad lo fué. A cuya causa muchos mostrauan huír de nosotros; y en este tiempo pasando por todo, y no haciendo caso de lo [que] [b] dezían, aunque fuera verdad, se entró el buen doctor, por lo cual le tenían sus amigos mucha lástima. Mas él se la tiene mayor por ver quán engañados viben.

16. Tres discípulos suyos que andauan deseosos antes

---

[a] *Consumpta charta.* —[b] *Deest praeced. v. in ms., sed necessarium videtur.*

desto de entrarse en la Compañía, se acabaron de determinar para ello con su exemplo. Estos y los demás son los más escogidos de su curso. Sonándose en la vniuersidad la entrada de tantos, no parecía que auía de hauer hombre que hiziese lo mesmo; y el demonio no ha cesado de hazer de las suyas, tomando a algunos por instrumentos para apartar a algunos de los buenos propósitos que nuestro Señor les auía dado para seguillo, dexándolo todo. De ay a pocos días se entró vn liçenciado en artes, y theólogo, que estaua oppuesto a vna collegiatura theóloga, y la lleuara; de muy buenas partes y abilidad. Después de pocos días rescibió el P.e Manuel vn licenciado Martínez [1], mançebo de tan buenas partes como le auía en la vniuersidad. Lleuó terzero entre quarenta, y a boz de todos merescía primero. Tiene vase para ser gran letrado, y con esto le ha dado nuestro Señor otras partes de prudencia, todo junto con humildad. Este es agora nuestro cocinero, que no nos seruimos estos días de menos que de doctores y maestros; bendito sea el Señor, que lo tienen ellos por grande honrra. También se han resçebido tres coadjutores temporales bien aptos para su ministerio. Otros muchos tratan de entrar en la Compañía; entre ellos ay person[as nobl]es [a] y doctas. De lo que sucediere se auisará a V. P., entre tanto a ellos y a nosotros nos encomiende al Señor.

17. Las cosas deste collegio van muy bien por la gracia del Señor; es muy freqüentado de personas que quieren comunicar sus consciencias, y estudiantes; y aunque el P.e rector no tuuiese otra cosa en que entender, que en responder a las personas que acuden aquí, era harta ocupación.

18. El vicario de aquí nos es muy afficionado y muy padre; viene a dezir missa algunas vezes a nuestro collegio,

---

[a] *Consumpta charta.*

---

[1] Andreas Martinez.

y en las cosas que tocan al seruicio de Dios, huelga que el P.e rector le auise para proueerlo. Algunas vezes nos ha embiado a casa algunos sacerdotes delinqüentes para ser ayudados en sus almas, estando aquí recojidos algunos días, y por la bondad del Señor, se ha visto el fructo.

19. La semana sancta se empezó a hazer el officio en tono, al qual acudió mucha gente, y contentó tanto, y puso tanta deuoción, que para de aquí adelante será menester tener mayor iglesia. Estuuieron aquí algunas personas principales recogidas aquellos tres o quatro días.

20. De vna cosa tenía este collegio mucha necessidad, que es de vna casa en lugar apartado para aliuiar este collegio, embiando allí algunos que han menester más recojimiento, assí de fuera como de casa, por algunos días, y hémosla hallado muy a nuestro propósito, y son señores della el cabildo de los canónigos desta vniuersidad; hásela pedido el P.e rector, y ánsela ya offrescido, y presto se piensa lo concluirán, porque han mostrado mucha voluntad de hazernos alguna limosna. Esta lo sería muy grande, porque también lo es menester para ayuda de los que aquí enferman, máxime en los veranos, quando este lugar es malsano [1].

21. Los estudios de casa se lleuan con la sólita diligentia, y no se oluida la de la virtud y mortificatión, que ayuda a la de las letras. No resta otra cosa de que auisar a V. P., sino que todos nos encomendamos en las oraciones de V. P. De Alcalá.

Indigno hijo de V. R.a en el Señor, por comissión del P.e rector,

†
GASPAR [2].

---

[1] Erat haec domus eremitorium Sti. Dominici, intra fines oppidi Loranca de Tajuña, cui postea a P. Emmanuele Lopez, rectore, nomen impositum est Jesus del Monte. Ejus descriptionem affert CASTRO, loc. cit., cap. 8. Cf. etiam ASTRAIN, *Historia de la Compañía de Jesús...*, II, lib. I, cap. III, n. 4.

[2] Subscriptio eadem est quae in epistola diei 30 Octobris 1558, in qua

Inscriptio. † Ihs. Esta quadrimestre del colegio de Alcalá se ha de dar al P.e doctor Baptista.

Alia manu. 1558. Alcalá. Quadrimestra volgare del Maggio.

178

VINCENTIUS ROMENA

BIVONA 1 JULII 1558 [1].

1. *Maximus poenitentium numerus et quae hujus rei causa fuit.*—2. *Die paschatis a nostris Christi corpus ministratum.*—3. *De poenitentium constantia et profectu.*—4. *Patris rectoris ministeria in proximos.*—5. *De quadam bulla Sti. Sebastiani.*—6. *Spina e Christi corona solemni pompa circumfertur.*—7. *Doctrina christiana declaratur.*—8. *Casuum conscientiae utilitates.*—9. *Patris rectoris opera misericordiae.*—10. *Complures eum adeunt consilii capiendi gratia; cum illum, tum reliquos e Societate amant et reverentur.*—11-12. *Discipulorum numerus et profectus; eorum aliqui Societatem ingredi cupiunt.*—13. *De contione magistri Bonaherba.*—14. *De numero nostrorum eorumque exercitationibus et valetudine.*

1. † Jhus. M.a Gratia et pax Domini nostri Jesu Xpi. sit cum omnibus. Etsi et perpauca proximis his quatuor mensibus commemoratu digna a nobis hic gesta sunt, et pauciora in praesentia memoria retinemus, R.de P.er, tamen ea, qualiacunque sunt, breuiter iam recensenda duximus, vt morem et superioribus geramus, et Societatis seruemus. In primis, quod ad confessiones attinet (ex hoc enim exercitio maior quam ex caeteris Dei gloria ac animarum sa-

---

invenitur etiam cognomen, Gaspar de Salazar, qui Societatem ingressus est anno 1552 (Alcazar, *Chrono-historia*, I, 205). In catalogo collegii complutensis exeuntis anni 1557 aut ineuntis 1558 invenitur inter fratres, et de eo haec dicuntur: «El hro. Salazar, natural de Sigüença. Vn año de theología. Veinte y ocho años y medio de edad. Ha que es de la Compañía cinco años y diez meses. Ocúpase en estudiar.» In codice *Tolet. 12.a*, fol. 84.

[1] Ex originali a Polanco castigato, in codice *Sic. 181-Sic. 182*, 2 ff., nn. 65, 66; prius 321-323. Secundum hansen, *Rheinische Akten...*, 767, est apographum id archivo coloniensi.

lus prouenire videtur), maximus poenitentium numerus cum semper, tum potissimum per totum hoc quadragesimale tempus ad nostros sacerdotes confluxit, ex quibus multi huius ciuitatis primarii, *vt* vrbis praefect*us*, *protonotarius atque alii praecipui ciues* [a], ita vt saepe nostri Patres differrent prandium propius vesperi quam meridiei, saepe ad secundam vel tertiam noctis horam in nostro sacello audiendis confessionibus considerent, saepe non pauci, quod non satis suppeteret otii nostris ad omnes expediendos, aegre inconfessi, redituri tamen alias, abierunt. Quod sane aequalem consolationem atque admirationem huius oppidi incolis afferebat, cum nostros tanta cum diligentia, charitate, assiduitate ac labore auscultandis confessionibus gratis vacare conspicerent. Atque confessi plurimum adiuti ac instructi laeti discederent. Quid? Nonne quadragesimales dies nobis in audiendis confitentibus duplo plus solito protracti sunt? Quandoquidem vsque ad celeberrimum pentecostes diem multi quotidie ad nostrum sacellum confitendi causa veniebant, quibus postposito omni negotio, a nostris satisfactum est.

Et potissima huius rei causa P.er rector [1] fuit, quippe qui sua solertia et hortatu effecit vt vicarius per *eum Patrem* [b] concionantem semel atque iterum excomunicationem nondum confessis comminaretur, quorum non paruus erat numerus incuria praesertim praeteritorum vicariorum. Qua ex re, quamvis plerique partim timore, partim dedecore, ad sua scelera patefacienda quasi obtorto collo traherentur, attamen et insignis Deo Opt. Max. honor accessit, et praesens animabus quam grauissime aegrotantibus medella adhibita est. Quae monstra fuissent, ipse, Pater, expendito, cum ad confitenda sua delicta tanquam ad

[a] primarii ciues cum ipso vrbis praefecto. —[b] per ipsum.

[1] P. Petrus Venustus, ut dicitur in fine epistolae; cujus vitam et mortem vide in *Ribadeneira,* I, 556-573.

carcerem detruderentur. Illorum tamen plerique ad nos venerunt. Quapropter altera quidem ex parte non mediocri laetitia [a] affecti sumus, cum *tot,* tot annos, in tot indignis ne cogitatu quidem, nedum literis mandatis, flagitiis versatos, per poenitentiam e baratri faucibus ad paradisi portam dirigi pariter et deduci animo perpenderemus: altera vero ex parte non minori tristitia cruciati sumus, cum quam misere ac fallaciter omnis mali author oculos mentis mortalium occludat, consideraremus.

2. Multi quoque ex his qui nobiscum confessi sunt, maxime ex praecipuis tam viris quam feminis, a nostris sibi sacratissimum Christi corpus in resurrectione dominica, impetrata a vicario facultate, subministrari flagitauerunt; quorum pio desiderio, etsi insuetum, tamen quia honestum [b], satisfactum est. Illud etiam non parui momenti ac emolumenti [c], vt qui semel cum nostris confessi sint, cum iisdem etiam semper confiteri exoptent.

3. *Nunc autem ex iis, qui apud nostros sua peccata prodiderunt,* multi quidem ter quaterue *quoque* anno [d] poenitentiam repetunt; non pauci vero singulis mensibus; plures denique octauo quoque die confessionem frequentant, pariter ac caelestem panem in nostro sacello percipiunt, quorum numerus in dies crescit, eorumque vita emendatior et sanctior apparet. Quod profecto quemadmodum antea insolitum erat, ita nunc mirum ac aeque iucundum videntibus atque vtile id facientibus [e]. Qua ex re summo Deo laus et gloria, a quo cuncta bona procedunt. Atque hactenus de confessionibus: iam ad alia accedamus.

4. Pater rector ad circumuicina oppida aliquando vocatus, aliquando vero Societatis negotiis impulsus, se contulit, vbi verbum diuinum de more suo seminauit, et ita placuit, vt profuit, velut solet. Hic etiam Bisbonae, praecipue

---

[a] *3 vv. praeced. addita supra vers. ab ipso auctore.* [b] honestum id erat. —[c] emolumenti est. —[d] singulis annis. —[e] facientibus cernitur.

post resurrectionem, a vicario rogatus persaepe in templo maximo solennioribus diebus festis concionem habuit. *Atque* in nostro sacello vt plurimum diebus dominicis concionatur, quod videlicet sacellum non modica hominum frequentia tam verbi Dei, quam sacri auscultandi gratia, magna cum pietate ac reuerentia celebrat. Idem crebro apud moniales multis etiam aliis praesentibus concionatur, idque monasterium ipse pene solus quod ad animas spectat, regit [a] atque moderatur; adeoque pie ac bene illius moniales erga eum animatae sunt, vt quotquot sunt, ipsi suae animae vulnera aperiant, ac ipse pro virili illa curare conatur. Quamobrem illud mirum in modum iam reformatum est, eiusque bona fama per totum hoc oppidum percrebuit.

5. Superioribus mensibus promulgata fuit quedam bulla Sti. Sebastiani, cui nostrum templum dicatum est, statutumque tam a promulgante quam a vicario, vt quicunque illam caperent, ad nostrum templum precatum irent, vnde non parum deuotionis *atque affectionis* nostro sacello accessit, nam ex templo praecipuo egressi continuo nostrum turmatim petebant et adhuc petunt.

6. Primo praeterea die dominico Maii noua celebritas in nostro templo instituta est, nimirum de sanctissima Xpi. coronae spina, quam cum aliis reliquiis ab vxore ducis Bisbonae [1] donatis habemus, similiter et eodem die spina per totam vrbem comitante magna hominum multitudine in supplicationibus mira cum pietate ac religione circumlata est. Postea vero P.^{er} rector concionem habuit, via hominibus conferta, non sine applausu.

7. Ad haec sexta quaque feria in sacello declaratur discipulis doctrina christiana, cuius intelligendae causa praeter discipulos multi etiam alii, praecipue presbiteri, adueniunt

[a] ad tempus regit.

[1] Elisabeth de Vega, Petri de Luna, ducis Bivonae, uxor. Vide superius, pag. 555-556.

8. P.[er] quoque rector alternis diebus su[m]mam *Fumi* [a] [1] interpretatur, ad quam percipiendam aliquando circiter triginta tam ex presbiteris secularibus quam ex monacis conueniunt, *exceptis* aliquot primari*is* vir*is* atque mulier*ibus* [b]. Quod sane *non solum nostris, sed etiam* omnibus huius oppidi sacerdotibus pernecessarium est, ac omnium aliarum lectionum, meo quidem iudicio, longe vtilissimum, cum in his oppidis *monstruosa* [c] inscitia, omnium malorum origo, vigeat.

9. Itemque nonnulli ex nobilioribus inter se a P.[re] rectore reconciliati sunt. Permultum praeterea ab eodem pecuniae triticique transactis his mensibus in pauperes ad extremam pene inediam redactos erogatum est. Plurimi similiter aere alieno obstricti, in vincula coniecti, condemnati, aegroti, oppressi, fauore [d], auxilio, precibus *Pris. rectoris* magnopere subleuati sunt.

10. Permulti quoque tam ex primariis quam ex plebeis (sicut frequentissime vicarius, qui nichil omnino sine Patris consilio aggredi *audet) vt* [e] ex magistrat*u* [f] et superioribus coenobiorum, frequenter domum nostram ad consulendum P.[rem] rectorem in grauibus dubiisve rebus accedunt. Atque omnes fere in hac vrbe *tam* bene [g] de nobis sentiunt, nos reuerentur, *nos* [h] diligunt, praesertim P.[rem] rectorem, quem quam maximi faciunt, tum quod *bene audit* omnibus*que* consul*tum vult* [i], tum quod plurimum apud *omnes et maxime* ducem valet, ita vt omnes tanquam in sua potestate habere videatur, nemoque ipsi quicquam denegare audeat.

---

[a] quandam summam casuum conscientiae, vt vocant. —[b] praeter aliquos primarios viros atque mulieres. —[c] prodigiosa. —[d] huius Pris. fauore. —[e] aggreditur, tum. —[f] magistratibus. —[g] optime; *non deleto* bene. —[h] ac. —[i] quod omnibus consulit.

---

[1] Fr. Bartholomaeus Fumus, O. P. († 1545) scripsit Summam casuum conscientiae Auream armillam dictam. Cf. HURTER, *Nomenclator*..., IV, 1332.

11. Quod ad scholas pertinet, primum tua Rtia. sciat discipulorum numerum in dies augescere, licet non admodum grandis sit, propterea quod hic literis parum delectantur. Omnes etiam qui nostrum ludum literarium frequentant, perinde in literarum studiis ac in modestia, pietate, puritate proficere videntur. Magistros quoque, omnes*que Societatis* [a] beneuolentia ac honore prosequuntur. Cuncti (vt Societatis mos est) singulis mensibus confessionem repetunt, multi crebrius, non pauci demum octauo quoque die.

12. Aliquot item bonae indolis atque in literis prouectiores auide desiderant atque sedulam operam dant, vt in nostram Societatem admittantur. Veruntamen ipsos detinemus ac verbis pascimus quo simul et eorum constantia magis nobis probetur et eorum parentes libenter concedant. Magistri praeterea suo strenue fungi officio atque tum discipulis tum omnibus placere et satisfacere videntur.

13. Magister Vincentius Bonaherba, *qui in presentiarum loco meo tertiam classem moderatur*, Maio proximo habuit orationem apud fratrem ducis, qui eius vicem absentis gerebat, et optimates omnesque eruditos viros, quae maxime cordi atque voluptati omnibus audientibus fuit, eo quod non minus lepide ac venuste pronuntiata, quam docte ac eleganter composita fuit.

14. Nos vero in praesentia in hoc collegio decem ex Societate commoramur; tres sacerdotes, tres praeceptores, tres alii fratres domesticis rebus occupati, et adolescens nouitius duobus abhinc mensibus in Societatem ingressus [1], frater Vincentii Xacchetani, qui satis sui fratris Vincentii obedientiam atque sinceritatem refert; et vnusquisque

[a] et omnes nostros.

[1] In informatione collegii panormitani diei 2 Maji anni 1559 (in codice *Sic. 59*, n. 124v) dicitur: «Balthasare di Xacca fu riceuuto in Biuona da uno anno in qua, di 15 anni; è di buona edificatione; impara li principii di grammatica. E molto fermo nella sua uocatione.»

suum talentum vtiliter exercere et munus sibi traditum recte perficere, quoad eius fieri potest, enititur, in primis suae tum alienae salutis cupidus. Omnes quoque ex corpore rectissime valemus incolumesque futuros similiter proximis mensibus, primum diuina ope, deinde accomodata domo freti in spem adducimur, siquidem nouum dormitorium iam penitus construximus ac omnes fere illius cubicula ex aequo salubria atque commoda inhabitamus. Multa praeterea ante incepta iam rectoris industria, absoluta sunt. Templum nondum erectum quemadmodum superioribus mensibus sperabamus, idque propter omnium pene rerum praeteriti anni inopiam euenit. Et haec quae in praesenti scribenda iudicauimus, in mentem venerunt; quae vtpote paucula atque pauci momenti si nostram negligentiam ac ignauiam arguerint, tuam Rtiam. omnes ad vnum supplices deprecamur vt a Deo omnium bonorum authore gratiam impetret, qua posthac nos diligentius gerere atque nostrae professioni perfectius respondere possimus. Bisbonae calendis Julii anno post Christum natum M.D.LVIII.°

Ex mandato Patris Petri Venusti, huius collegii rectoris, tuae Rtiae. indignissimus in Jesu Chro. filius,

Vincentius Romena. [1].

Inscriptio. † Rdo. in Christo Patri Jacobo Laynez, vicario generali Societatis Jesu. Romae.

---

[1] Vide superius, pag. 561, annot. 1.

179

MARCUS VALDESIUS

PERUSIO 4 JULII 1558 [1].

1. *Domestica disciplina viget.*—2-3. *P. Andreae mors, elogium, funus.*—4. *Numerus discipulorum scholas nostras frequentantium.* 5. *Exorta adversus nostram docendi rationem procella, quomodo dissipata sit.*—6. *Adolescens in Societatem admissus.*—7. *Ex contionibus et confessionibus major in dies fructus colligitur.*—8. *Exempla quaedam in mutatione tum morum, tum voluntatum enarrantur.*—9. *Nostri nec carceres nec xenodochia adeunt, nisi rogati; quare ita se gerant.*—10. *Cardinalis perusinus, episcopus et gubernator omnia nostra et curant et tuentur.*

1. † Pax Xpi. Quae his proximis quatuor mensibus, R. P., gesta sunt, breui ad te conscribemus. Qui fructus, etsi tales non sunt, quales alibi aedit Societas Jesu; tamen quia nostrorum studium per quos illi percipi solent, ac diligentia non defuit, futuros tibi iucundissimos speramus. Exponam itaque prius quae inter nos; tum quae in scholis gerantur; postremo ex nostrorum studio quantum ad alienos et fructus et utilitatis peruenerit, ut Deo maximo a quo cuncta bona promanant, aeterna laus ac perpetua gloria tribuatur.

Omnes fratres, sicuti aetate ac tempore, ita et uirtute et religione procedunt, ut nullus sit, cuius ego et modestiam non laudem et constantiam [non] [a] admirer. Quisque suo fungitur munere, quoad fieri potest, diligentissime, ut turpissimo ocio, quod praeclara saepe ingenia corumpit, nihil loci relinquatur.

2. Pater Andreas [2], vir summa diligentia et uirtute,

---

a *Desideratur haec particula in ms.*

---

[1] Ex originali in codice *Rom. 126 A*, 2 ff., nn. 58, 59; prius 85-87. Secundum Hansen, *Rheinische Akten...*, 766, est apographum in archivo coloniensi.

[2] P. Andreas Galvanello intelligi videtur. Cf. *Epist. Mixt.*, V, 435.

obiit septimo idus Martii. Quantum uero desiderium sui, quantam admirationem reliquerit, declarant eorum sermones non solum qui domum nostram frequentant, sed quibus erat notus, erat autem omnibus. Dolent enim uehementer, quod et patre optimo et egregio consiliario fuerint orbati. Nam quis eo aut in succurrendo pauperibus diligentior? aut in consulendo promptior? aut in perferendis laboribus constantior? aut denique in omni uirtutis et pietatis genere frequentior? In quo, cum essent permulta, quae iure optimo laudare posses (imo uero, nihil omnino quod non posses) tum illud certe praestantius, quod nullam unquam occasionem iuuandi alterum praetermiserit: imo, si non quaereret, eam se praetermisisse iudicauerit. Ter aut quater concionabatur in die, ut omittam priuata colloquia, in quibus nunquam remissior fuit, quam soleret in concione. Quo quidem, etsi nihil potest excogitari laboriosius, frangere tamen eius animum et defatigare non potuit. Quantas uires haberet charitas, quid pietas ac religio posset, facile in eo deprachendebatur, quod nunquam diligentia refriguit, nunquam feruor honesti animi atque cupiditas cessauit.

3. Illum nobis acutissimus morbus inopinato abstulit, Deo reddidit maximo, cuius sacratissimam legem iam ferme moriens non sine lachrymis profitebatur. Funus uero permulti sacerdotes uirique religiosi ac nobiles, cum magna significatione amoris sui erga nos ac beneuolentiae honestarunt. De domesticis hactenus.

4. Quod ad scholas pertinet, sunt quidem frequentes, ad 200 fere discipulos, quorum ingenia, quo deteriora sunt et ad uitia procliuiora, eo maior solicitudo adhibetur, atque idcirco fortasse gratior. Fingunt plerique sese et ad Societatis institutum accomodant; qui refragantur, aut magistrorum consilio retrahuntur, aut poenae metu coërcentur. Confitentur singulis mensibus et in solemnibus diebus, si qui forte intercesserint.

5. Omnes uero in bonis literis, quoad cuiusque ingenium fert, non sine fructu et utilitate uersantur. Vnde fortasse

magni clamores excitantur ab iis, cum quibus nobis de ratione studiorum saepenumero controuersum fuerat. Obsistimus tamen ferendo. Quamquam superioribus diebus cum aures Ill.mi gubernatoris [1] assiduis rumoribus onerassent, illeque negocii summam reuerendi episcopi vicario [2] comisisset, eo redacta res est, necesse nobis ut fuerit discipulos nostros ad eum deducere, quo experiretur quantum in re literaria profecissent. Res uero foeliciter cessit, nam abunde et vicario ipsi et iis qui aderant, satisfecere. Tandem sedata tempestas fuit, sed cotidie procellae huiusmodi atque turbines oriuntur. Quod dum ad me refero, duco esse perutile ne unquam negligentes ac dissoluti esse possimus. Hoc uero nos, forti ut simus animo adhortatur, quod nihil unquam Societati Iesu tam graue periculum portendit, quin semper summam in laudem et tranquillitatem conuertatur.

5. Ex discipulis uero, etsi multi sunt qui Societatis institutum probent, atque trahi religionis studio uideantur, vnus tamen dumtaxat admissus est, quem ex tuo iussu Lauretum misimus, adolescentem bonae indolis et spei, in re autem literaria [a] mediocriter uersatum. Id a nobis eius frater multis cum lachrymis contendit, quod fortasse obtinuisset, nisi tenerrima [b] aetate (nondum enim decimum quintum annum attigit) impediretur. Sed de hoc alias plura.

7. Ex officiis uero charitatis ac rerum diuinarum administratione, magnum omnibus praesidium, qui nostrorum opera uti uolunt, atque utilitas promanat. Vacatur sacris concionibus frequenti admodum corona, sed plures certe coirent, nisi et angustiis templi et loci incomoditate impedi-

---

[a] *Praeced. v. add. supra vers.* —[b] *Praeced. v. add. supra vers. Post v.* aetate *sequuntur duo vv. deleta, quae legere nequimus.*

---

[1] Vide pag. 477, annot. 1.

[2] Praecedentibus annis erat vicarius episcopi Marcus Antonius Oradinus, quem credimus anno 1558 adhuc in officio perseverare. Cf. POLANCUM, *Chron.*, V, 62.

rentur. Augetur in dies confitentium numerus, atque incredibiles fructus reportant.

8. Accidit enim inter alia, ut cum uir quidam fratrem suum, a quo se extorquere aliquid sperabat, in periculum capitis uellet adducere, quod ille iam pridem utriusque fratrem maiorem natu interfecisset, et iam prope non iure legum aut iudiciorum contenderet, sed armis quoque certaretur; eam omnem controuersiam Pr. rector diuino auxilio diremerit et inimicissimos fratres ab intestino odio ad summam gratiam et beneuolentiam reuocarit. Alius uero, qui multos annos graue quoddam peccatum in confessione celarat, tandem adductus est ut confiteretur, seque contracta uitiorum mole ac magnitudine liberaret. Tum alius, qui septem annos turpissime uixerat ob impudicae mulieris consuetudinem, ab illa tandem abductus est, ac uidetur omnino mores pristinos immutasse. Foeminam praeterea nescio quam, humanae naturae hostis eo temeritatis adegerat, ut de diuina misericordia omni ex parte desperaret, sibique persuaderet Deum optimum non posse, nec dolenti quidem sibi tantam atrocitatem criminum condonare, parumque abfuit, quin sibi mortem consciuerit. Pater autem, omni errore sublato, eam ipsam in meliorem mentem ex summa insania et desperatione traduxit.

9. Carcerem ac xenodochia (quod diligenter a nostris curari solet) raro inuisimus, nisi rogati, ne fortasse aliis viris religiosis, quibus iam diu ea cura commissa est, iniuriam facere uideamur.

10. His rebus augetur in nos ciuium amor et obseruantia singularis, neque nobis patiuntur aliquid unquam deesse. Gubernator huius vrbis, quae ad nos pertinent, et curat et tuetur diligentissime. Rdus. autem episcopus [1] nec rebus nec authoritate deest. At vero amplissimo cardinali perusino [2], cuius exstant in nos beneficia maxima, dici non potest quantae curae simus.

---

[1] Vide pag. 477, annot. 3.

[2] Pag. 478, annot. 1.

Quae omnia, dum mecum repeto, diuinam in nos liberalitatem admiror; nam si quid aut fecimus, aut in nobis boni est, nihil omnino nostrum est, sua sunt omnia, quae tamen nobis, ac si essent nostra, remuneratur cumulatissime. Illum rogemus, ut quam nobis gratiam contulit, hanc semper adaugeat [a] atque amplificet. Quod ut facilius impetremus, tuis nos sanctissimis precibus uehementer etiam atque etiam commendamus. Perusiae quarto nonas Julii 1558.

Ex iussione P. rectoris [1], T. R. P. inutilis in Christo filius,

MARCUS VALDESIUS [2].

Inscriptio. Admodum Rdo. in Xpo. Patri Jacobo Lainez, Societatis Jesu vicario generali. Romae.

Alia manu. † Francia, Spagna, Portugallo.

180

ANGELUS XIBILIA

SYRACUSIS 9 JULII 1558 [3].

1. *Numerus sodalium singulorumque officia recensentur.*—2. *Praestantes cujusdam Patris labores.*—3. *Laeti atque uberes fructus capiuntur.*—4. *Virgines triginta monasterium ingredi appetunt.* 5. *Contionum fructus uberrimi.*—6. *Episcopi rogatu monasteria duo invisuntur; in eorum altero epistolae indicae leguntur et cultus quadraginta horarum adhibetur.*—7. *Amor syracusanorum et finitimarum civitatum erga Societatem.*—8. *Numerus discipulorum; oratio in laudem Sti. Joseph.*—9. *Dux Methymnae Coeli, prorex, versibus et oratione, honoris causa, excipitur.*

1. Ihs. Pax Chri., etc. Molto Rdo. in Chro. Pre. [*Scribendum tenendae consuetudinis causa.*]

---

a adauget *ms.*

---

[1] Cf. pag. 476, annot. 1.

[2] Vide pag. 105, annot. 1.

[3] Ex originali in codice *Sic. 181-Sic. 182,* 2 ff., nn. 108, 109; prius 503-506. Praecedunt duo exempla latina in ff. 103-106, 107. Primum plures habet correctiones; alterum exscriptum est post correctiones.

Et per cominciare dalle cose intrinsece del collegio, acciochè più facilmente quel che dipoi dirò si cognosca da quanto poco et debole numero sia col diuino agiuto qui operatosi; in numero donque saprà V. R. P. che siamo in tutto noue, et l'officio di ciascheduno è questo: habbiamo tre sacerdoti [1], vno dei quali è il Rdo. P. rettor, il quale oltra che li giorni di domenica predica nella nostra chiesa et dopo desnare in alcun' monasterio, attende etiamdio al gouerno del collegio et anche alle confessioni. Il secondo, benchè egli è sempre al quanto indisposto del corpo, nondimeno attende assiduamente a udir' confessioni. Il 3.° è necessario che sei hore del giorno attenda ad insegnar' i figlioli; ma il resto del tempo s'occupa negli essercitii della chiesa. Sonno altri tanti maestri i quali oltra le lettioni de humanità, greco et grammatica che nelle scole legeno, s'essercitano etiamdio tra di loro nel collegio. Nè più nè meno tre sonno quei che essercitano i seruicii del collegio. Onde già ben po V. R. Ptà. vedere quel che tanto pochi et occupatissimi possino fare.

2. Ma questo non tacerò. Quel che è sacerdote et maestro, talmente in tutte le cose è marauiglioso, che apena creder si potrebe: imperochè tanto è solecito di agiutare i proximi che d' niuna altra cosa par cogiti. Spesse fiate per vdir confessioni il vediamo fin' al tardi non hauer desnato: et anche molto di notte non hauer cenato. Ma di questo bon zelo dele anime è un segno euidentissimo che non hauendo alcuna uolta desnato con esso noi, dipoi alcune hore chiamato a desnare, che?, dice, non ho io desnato? Essendogli risposto di no, dice che già non più se ne ricordaua. E non è maraueglia, conciosiacosachè il suo cibo sia adur le anime alla cognition d'Iddio. Il medesmo Padre oltra del peso che ha in leger li figlioli, per tutto l'anno circa seicento persone ordinarie confessa, tra le quali sonno molti d'i principali di questa città. Mai si uede mesto, ma sempre

[1] Vide superius, pag. 564, annot. 2.

con allegrezza attende a pie opere. Che dirò più? Questo basterà agionger' a le cose del ditto Padre, che già per la cità non per proprio nome, ma santo è chiamato. Et perchè è hauuto in gran riuerentia da molti nobili, alcuni che sogliono in molte maniere biasmare questo collegio, sonnosi alquanti rafredati.

3. Il frutto adunque che per questo et per li altri nostri sacerdoti fa il Signore, è assai grande. Molti confessatosi generalmente si sonno uisti essersi grandemente emendati. Alcune etiamdio uedoue, lasciata la uanità del mondo, si sonno dedicate a Dio in continentia perpetua.

4. Ma che dirò dele vergine dele quali circa trenta caldissimamente desiderano congregarsi in un' nuouo monasterio, che pensiamo s'edificarà, per far santissima vita? Imperochè vna venerabile donna monaca, qual fu moglie d'un barone nobilissimo, dice di edificare un monasterio oue perfettamonte s'osserui la regula, nel che chiede agiuto da i nostri Padri, non acciochè piglino uniuersal cura di quello, perchè sà questo non si poter fare, ma acciochè con prediche, essortationi et altri pii essercitii lo agiutino. Ma non penso che lei questo ottenerà finchè non habbiamo il parere del Rdo. P. prouinciale [1].

5. Il frutto che nelle prediche qui si fa, li stessi citadini con opere dimonstrano. Imperochè nella quadragesima non predicando il Padre se non tre uolte la settimana, fu pregato assai da alcuni nobili dottori che predicasse ogni giorno, dicendo che magior frutto potrebbe egli fare che gli altri predicatori de la città; di maniera che mai li mancò bon concorso d'homeni et donne. Ma de le altre prediche non dico. In quella che si fè il uener santo, tanta fu la moltitudine de li auditori, che non potian capire nela nostra chiesa; onde alconi for de le porte vdiuano. Dal principio a la fine fu tal pianto qual esser sole ne la morte del vnigenito.

[1] P. Hieronymus Domenech, tunc Romae ob electionem generalis agens.

6. Questi et altre cose simile hauendo inteso monsignor Rmo. di questa cità [1], il quale c'è molto affettionato, pregò il Padre che non solo egli andasse, ma etiamdio alcuni altri deli nostri mandasse a predicare per li monasterii. Il che sicome pareua inconueniente negare, cossì si n'è uisto nascere gran bene. Nondimeno non potte in tutto satisfare a li desiderii del ditto monsignor, non ui essendo tanti nel collegio a questi idonei. Ma in duoi luoghi si è andato. Nel uno perchè i nostri riprendeuano acramente li abusi delle monache, loro gl'hanno dimonstrato mal animo, non tutte tamen questo fecero, ma poche tra li quali fu l'istessa abbadessa. Questo sapendo il Rmo. episcopo, subito ui mandò il suo vicario, il quale impostogli graue pena, comandò nè pur hauessero ardire d'aprir la bocca contra quei che gl'erano mandati. Quel che di ciò seguirà la R. P. V. ne sarà auisata. In un altro fummo riceuuti tanto gratamente che loro stesse continuamente dimandano confessori et predicatori. Et già vediamo che fanno incredibil frutto et molto si consolano intendendo i costumi de la nostra Compagnia, et spetialmente legendo le lettere del'India, forzandosi imitarci in quel che gli è possibile. Onde essendosi nela nostra chiesa questa solennità prossima passata del Spirito Santo fatta l'oratione di 40 hore con grande diuotione, frequentia et lachrime, subito ch'el seppero le dette monache, anchorchè siano a pena lor quaranta, nondimeno dimandornoci con grande instantia come s'intendesse tale oratione, et a doi a doi con stupor di tutti ororno. Di maniera che intende la Rda. P. V. doi uolte in questi 4 mesi essersi fatta tale oratione.

7. Vedendo tanto laudarsi il Signore per i nostri, li principali di questa cità molto si ralegrano et c'amano, onde un nobilissimo barone non solo con parole ma anche con fatti dà grande agiuto al collegio et con marauegliose offerte ha preso carrico di prouederci quanto può dele

[1] Hieronymus de Bononia.

cose esterne. Ma non solo in Syracusa fiorisce tal fama del collegio, conciosiacosachè etiamdio per le vicine cità è diuolgata, imperochè approssimandosi a queste parti l'armata turchesca, furno chiamati molti da i luoghi propinqui a defender la cità, i quali spesse uolte veniuano a la chiesa et alle scole laudando molto i nostri essercitii, et oltra alcuni si sonno qui confessati et communicati dolendosi di non hauer nele terre loro tale comodità di ben uiuere. Il nostro Signore sia lodato che etiamdio in questi tumulti di guerre tali beni opera.

Questo è occorso scriuere a la R. P. V. in quanto a i confessori.

8. Hora dei studii alcune cose diremo. Habbiamo 170 scolari, nei quali ogni giorno delle virtù et lettere si uede non poco profetto. Ma di queste cose sufficientemente si scrisse nele vltime a la P. V. Nela festa di Sto. Joseph, al quale è dedicato il nostro tempio; come qui si sole, fu recitata una oratione, a la quale si ritrouò monsignor con il capitano et li giurati; li quali rendendoci molte gracie, contenti si partirno.

9. Ma questo fu assai più admirabile che l'Illmo. Sor. duca di Medinaceli [1], vicerè di questo regno, expettandosi in Syracusa, il magistrato syracusano feci preparare molti archi trionphali con statue et epitaphii; ci pregò che facessimo uersi per mettergli, et fece anchora da altri maestri de la cità farne; poi douendo elegere quali più li piacessero, uolsi che quasi tutti i nostri fussero posti. Questo habbiamo scritto più per dimonstare la beneuolenza dil magistrato uerso il collegio, che per lodare a la R. P. V. la dottrina di soi figloli che qui sono. Dipoi che fu venuto il vicerè, il Rdo. nostro P. rettor il visitò; egli sapendo esser sacerdote della Compagnia di Ihu. il nostro Padre, disse che da lì a pochi giorni verrebe a visitar' il collegio; et essendosi spedito di militari negoci in parte, venne a la

[1] Joannes de la Cerda.

nostra chiesa, et vdita la messa, anchorchè fosse di molte occupationi grauato, nondimeno dimorò per intendere una oratione che era preparata per recitargli. Si doueuano anche recitare uersi greci et latini, i quali ci parse ben lasciare uedendo sua excellenza tanto occupata. Recitandosi adonque l'oratione, vi si trouò anche monsignor con gli giurati, a i quali tutti incredibilmente, et l'oratore et l'oratione piacque. Ma il vicerè, perchè diceua che non l'intese troppo bene per non esser cossì experto negli studii latini, mandò a chiederci la copia acciò si la facessi dechiarar d'altri. Noi l'oratione et li uersi che per breuità non si pottero recitare, allegramente gli offersemo.

Queste cose, R. in Chro. P., ci sonno occorse da scriuerui, le quali perchè son pochi, par che da se stesse dimandino più operarii. Imperochè come noi pochi poteuamo molte cose fare? Ma di questo penso esser stato scritto più largamente a V. P. R. dal nostro P. rettore. Resta adonque a la R. P. V. supplicare si degni ne le sue pie orationi et santi sacrificii assiduamente recomendarci al Signore. Di Syracusa a li 9 di Luglio 1558.

Per commessione del N. Rdo. P. rettore, della P. V. R.da seruo inutile et indegno figliolo,

Angelo Xibilia [1].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. M.ro Iacomo Laynez, vicario generale della Compagnia di Ihu. etc. in Roma.

---

[1] Vide pag. 523, annot. 3; 567, annot. 1.

181

JOANNES GURREA

AMERIA 13 JULII 1558 [1].

1. *De sua valetudine deque suis laboribus in monialium monasteriis.*—**2-9**. *Duo oppida invisit et quosdam christifideles ad confessionem et mutuam concordiam adigit.*—**10-11**. *De suis contionibus Ameriae habitis. Laborat in sacerdote aliquo ad sanctiorem vitam reducendo.*—**12**. *De adventu sociorum romanorum.*—**13**. *Quaerit quid de munusculis quibusdam faciendum.*—**14**. *De quodam Societatis candidato, et de quadam in oppido Narnia conversione.*

1. † Jhs. M.ª Muy Rdo. in X.° Padre. Pax Xpi. Esta será para haçer saber a V. R. cómo por gratia de el Señor de cada día me siento mejor en la sanidad corporal, en tanto que son algunos días que yo no me siento con dolor de cabeça ni otro dolor: de modo que no me podré lamentar de el aire de Amelia, y por sentirme assí me a pareçido con consejo de el P.ᵉ Georgio [2] no replicar a vn mandato de el Rmo. de Amelia [3] en el qual me mandaua que yo fuesse a haçer algunas exhortationes por sus monasterios, attento que lo deseaban las monjas; y assí lo hago sperando que de ello sacará fruto X.° N. Sor. Boi ordinariamente a dos monasterios quada semana, y no estando ningún forastero, no me es difficil por gratia de el Sor.; porque lo que digo en vn lugar, mudando poco o quasi niente, lo digo en el otro. Muestran grande contenteça y deseo de ajudarse, mayormente las monjas de S. Catalina [4], y se edifican según entiendo en ver que hasta aquí yo

---

[1] Ex autographo in codice *Rom. 126 A-126 B*, 2 ff., nn. 37, 38; prius 85-86. Multa verba itala cum hispanis miscet auctor, quae notare supersedemus.
[2] Georgius Passiu, domus ameriensis superior.
[3] Joannes Dominicus de Moriconibus.
[4] Cf. *Lainii Monum.*, II, 162, 163, 183.

no e hablado a ninguna en particular, sino en acabando la prédica me torno a casa. Lo qual pienso guardar siguiendo el consejo de el P.e Georgio.

2. En días passados después que vine de Narni, como screuí a V. R., monseñor de Amelia considerando que en vn lugar de aquí 7 millas estauan 50 scomulgados por no hauerse confessado la quaresma, y en otro, 5 millas, 18, me rogó que yo fuesse a haçerles qualche exortatión procurando con el aiudo diuino sacarles de el error en que estauan. Pareciéndome que esta era obra de la Compañía, consultándolo con el P.e Georgio, lo accepté de buena gana; y así me partí la vexilia de S. Pedro, dándome el obispo toda su autoridad de haçer absoluer y dar la potestà de absoluer a quien me pareciesse in Domino, y que hiciesse todo lo que me pareciesse, dándome vna patente pleníssima. Acaeció que fuí en tiempo que estaua fuera quasi la mayor parte, y así no se pudo haçer lo que yo desseaua; pur no se fué en valde sin algún fruto, porque nuestro Señor fué seruido que todos los que estauan en la tierra sin hauerse confessado, determinaron de haçer lo que les deçía; del que decía el cura se marauillaua, diciendo que aquellos eran los más obstinados, y que ya que estos se convertían, finalmente se converterían los otros.

3. Entre estos era vn padre al qual le era matado vn hijo casado, de los buenos jóuenes de aquella tierra, según dicen, 5 o seis meses hauía. Por causa de éste entre padre, madre, hermana, hermanos y mujer estauan siete descommulgados, estando obstinados de vengarse de sus enemigos y no perdonar. Quiso Dios que hablándoles in colloquio priuato, todos siete hicieron lo que les rogé; y así me prometieron de perdonar; y si fuesse menester ir delante sus enemigos, que irían y se abraçarían, como si no vbiesse succedido tal cosa. Harto me holgara de haçer esto, mas no estauan en la tierra los contrarios, y así quedé de tornar el Agosto con la gratia de el Sor., que todos habrán trillado, y alhora hacer lo que no pude haçer entonces. Después de

hauerles hablado en particular, me fuí con el padre a su casa haciendo que llamasse a su nuera, mujer y hijas, y delante de mí las exhortasse a la patientia; el que lo hiço con grande edificatión y consolatión mía, haciendo que la vna a la otra se exhortassen y animassen al perdonar; y haciéndolo di potestà al cura que las absoluiesse, prometiéndome todos ellos de communicarse el domingo siguiente. Fuera harto bueno que el P.e Georgio huuiera venido conmigo, mas siendo solo no pudo dexar a Santángelo [1].

4. Vn otra viuda estaua obstinada en no querer perdonar a aquel que hauía matado su marido, quatro meses eran; y con esta por ser la llaga fresca, tuue que haçer. Pero X.º N. Sor. le inspiró y dió gratia con la qual deliberó de perdonar y comunicarse.

5. Otros dos estauan sin comunicarse por estar en el concubinato, et erant aequalis conditionis, y hablándoles separatamente, y viendo que eran pobres, y que al vno y al otro venía bien en cassarse, ia que assí como assí aquel pobraço le hacía la costa, y eran muchos años que estauan en este peccado, exortándoles al matrimonio, quiso N. Sor. que determinaron casarse, y se dieron la palabra delante el cura, y assí le di potestà de absoluerlos.

6. Otra mujer de las terribles de aquella tierra, de la qual desperaua el cura, no se quería comunicar por tener inimicitia con vn otra, pero N. Sor. fué seruido que conociendo su error, determinasse rudillarse delante la otra su enemiga, y demandarse perdón la vna a la otra; lo qual se lo hiçe haçer delante los otros en la iglesia con harta edificatión, viendo que la vna y la otra lloraban demandándose perdón con grande humildad.

7. Vn otro el qual estaua en inimicitia con vn otro, le hiçe que le perdonasse y se communicasse, de modo que todos aquellos quedaron de confessarse y communicarse el domingo siguiente. Piense V. R. quanto vbiera deseado te-

[1] Templum domus ameriensis.

ner vn sacerdote della Compañía al lado, porque quedara harto más satisfecho.

8. Vltra de estos, todos los demás que estauan descommulgados, estauan fuera della tierra, y así me pareció irme a otro lugar donde estauan los 18 descommulgados, donde no hallé de todos más que a vn soldado italiano della terra, el qual no se confessaua por ciertas inimicitias; y haçiéndomele de el compaño, diciéndole que yo también hauía sido soldado, y que sabía las cosas de la soldadesca, etc., tandem me dixo que haría lo que yo le dixesse, y assí me prometió de confessarse y communicarse.

9. Viendo que por entonçes no se podía haçer cossa, diciéndome los curas que hasta el Agosto todos estarían occupados en el campo, etiam los días de fiesta, determiné venirme a Amelia, dando potestà al arciprete (vna persona, me pare[çio, de] [a] bien) que aquellos que en este medio se quisiessen convertir, los pudiesse absoluer, porque esta era la men[te de] monseñor, el qual me a prometido de no accusarlos a Perosa hasta que yo torne al Agos[to, por]que ve el fructo que se ha echo y la sperança que se tiene se convertirán los otros. Sea el Señor loa[do, que] in necessitatibus etiam de lapidibus scit suscitare concionatores verbi sui [1], vt glorificetur in omnibus illis. Laus et honor in secula seculorum. Amen.

10. En Amelia después que començé, siempre e predicado los domingos en Santángel, excepto dos vezes en el domo por necessidad. El fruto que se haga, yo no lo sé en particular. Pienso que el P.e Georgio lo sabrá mejor, porque él es el que trata con los de fuera. Diré esto que me pareçe: muchos de estos çiudadanos terribles dados al otio y a la murmuratión, poco deuotos de la palabra de Dios, no obstante esto entiendo decir que se spantan de la gente

[a] *Abscissa charta hic et infra in fine versuum.*

[1] Cf. MATTH., III, 9; LUC., III, 8.

que viene a la prédica. Esto me lo ha dicho entre los otros el potestà, diciendo que en la quaresma predicando vn prouintial de los scapuchinos de esta prouintia en el domo, no tenía la metad de los que yo en este tiempo tengo [a].

11. Aier me determiné de ir a hablar con vn sacerdote concubinario, el qual mostraua tenerme crédito; y quedamos que yo hiciesse oratión de aquí al sábado, y aque[llo] que me inspiraría el Sor., que él prometía de haçerlo, dándome a entender que se iría fuera. Spero en el Señor que le dará gratia con la qual conozca la ediondez en que está metido. V. R. por amor de Dios lo haga encommendar al Sor. Otro sacerdote me a dicho el P.e Georgio que dexó la concubina el sábado passado. Sea bendito el Sor. en todo.

12. El P.e M.o Eimundo [1] y M.o Rugerio [2] llegaron hoi aquí, y pareçe que le pesaban tanto los dineros que luego los dió al P.e Georgio; el qual prometo a V. R. que es buen ángel de el collegio de Amelia. Me haçe spantar diciendo que quada vno de los hermanos que estamos de el collegio de Roma, gastamos a lo menos ocho baioques al día: dos de vino, dos de carne, 4 de pan. Yo en esto no sé cómo entenderlo, sino captiuando el intellecto, que tengo harto que haçerlo, porque veo que raríssimas vezes se compra pan por Horatio, y veo algunas limosnas de pan y de vino traer a casa. Item que pocas son las vezes que se comen quatro baioques de pan, bien que estos días passados alguna vez con la carestía se comían, y según esto pienso que el Padre haçe la qüenta. No sé qué decirme sino que querría tener aquel zelo por el collegio de Roma, que él tiene por el de Amelia.

13. Querría sauer de V. R., por quitarme de vn scrú-

[a] *Sequuntur aliqua vv. deleta, quae legere nequimus.*

[1] Edmundus Augerius, ut videtur. Ipse in examine (apud *Epist. P. Nadal*, I, 740) dicit se fuisse aliquando Ameriae.

[2] Joannes Rogerius. Cf. *Lainii Monum.*, III, 472.

pulo, si me embiassen alguna limosna particular (dexo cosas de comer), como façoletos, camissas etc., si las tomaré y guardaré para lleuarlos a Roma, o veramente daré estas cosas al P.e Georgio. Dígolo porque en días passados me embiaron ciertos façoletos, y yo los tengo hasta saber la voluntad de N. P.e en esto y en lo que podría succeder cerca estos presentes.

14. El coco de el obispo de Basalon, que está en Narni, está en su buen propósito, según me an dicho, con grande deseo de entrar en la Compañía. Pienso que la semana que viene iremos el P.e Georgio y yo a Narni con la gratia de Dios, a confessar vno que ha tres años que no se a confessado; el qual viniendo a casa de el obispo, quiso Dios que se convirtiesse, prometiéndome de haçer todo lo que yo quisiesse la otra vez que tornaría a Narni; de lo qual se edificó harto el obispo, porque es tenido por vn hombre terrible. Este me embió a decir el otro día que fuesse allá, y por ganar esta ánima, parece al P.e Georgio que vamos. Entonces pienso hablar más particularmente con este coco, y ver sus buenos deseos, y según ellos hauisar a V. R. más particularmente. N. Sor. me dé gratia con la qual siempre haga su santa voluntad. Amén. En las orationes de N. R. P.e prepósito general, y las de V. R. con todas las de los Padres y hermanos húmilmente me encomiendo. De Amelia a 12 de Julio 1558.

De V. R. sieruo en X.o y indigno hijo,

†
Gurrea [1].

Inscriptio. † Jhs. M.a Al molto Rdo. in Christo Patre, il Patre Maestro Giouani di Polanco, professo della Compagnia di Giesù, etc. In Roma.

---

[1] Joannes Gurrea, hispanus. Ut ex contextu epistolae satis apparet, nondum erat sacerdos. Ita etiam ad calcem epistolae adnotatum est alia manu: ... «Del fratello Gurrea.» Ingressus fuerat Societatem Neapoli anno 1554. Cf. Polancum, *Chron.*, IV, 181, 373.

182

JOANNES RICASULUS

PATAVIO 16 JULII 1558 [1].

1. *De P. Benedicti Palmii contionibus.*—2. *Quo studio audiendi hujus Patris populus flagret.*—3. *Indicia uberrimi fructus exstant permulta, ut ingentes eleemosynae, confessiones, inimici reconciliati, conversiones.*—4. *Complures magno eucharistiae amore accenduntur.*—5. *Monachus ab haeresi revocatur.*—6. *Ex primatibus quadraginta congregationem pietatis constituunt.*—7. *Virorum exemplum nobiliores quaedam matronae imitari conantur.*—8. *De scholis et de discipulis.*—9. *Aliqui nobis commodas aedes in media urbe polliciti sunt.*

1. † J. Pax Xpi. Reuerende in Chro. Pater. Post litteras superioribus mensibus Rae. P. T. scriptas, tanta pietate ac religione patauinum hunc populum, R. P. nostri Benedicti [2] concionibus, erga Deum in dies magis creuisse uidemus, Rde. in Christo Pr.; vt simul uehementer laetandum ac dolendum uideatur. Laetandum quidem atque immortales sane Deo gratias agendum ob singularem diuinae Maiestatis eius clementiam, qua ciuitati huic, cum propter uariarum gentium discipulos in ea habitantes, tum ob Germaniae uicinitatem, perniciosae mundi sentinae, cunctorum scelerum ac haeresum multarum infectae, liberaliter subuenire et diuinae gratiae lumen praestare dignatus est. Maxime uero dolendum, operariorum penuria [3] eiusmodi hactenus hic messem et plurimas alias ubique terrarum, amitti: nec non assiduis precibus Dominus rogandus, quo (iuxta euangelicum illud) mittat operarios in messem suam [4].

---

[1] Ex originali in codice *Venet. 100*, 2 ff., n. 8, 9; prius 387, 388. Secundum HANSEN, *Rheinische Akten...*, 766, est apographum in archivo coloniensi.

[2] Benedictus Palmius.

[3] Mense Julio erant in collegio patavino tres sacerdotes: Joannes B.ta Tavonus, rector; Joannes Catalanus et Aloysius de Napi, ut dicitur in informatione collegii a P. Palmio scripta, in codice *Informationes Antiquae*, n. 95; prius 290.

[4] MATTH., IX, 38.

Verum, ne breuitatis fines transeam, his omissis, breuissime prosequar quibus obedientiae uotis satisfaciam. Atque ea prius dicam unde R. P. tua singula melius intelligere, et quae necessario praetermittenda censeo, facilius coniectura perspicere ualeat.

2. Cum igitur R. P. Benedictus sacrosanto quadragenarii ieiunii tempore, paulo antequam Venetias proficisceretur, Pataui se concionaturum publice promisisset, accidit ut, grauioribus quibusdam negotiis impeditus, Venetiis diutius immoraretur: quamobrem patauini, sacro tempore appropinquante, uerentes ne forte venetum precibus uel ipsius senatus auctoritate coactus, promissa non faceret, illius reditus adeo solliciti erant, ut nobis assiduis de eo interrogationibus molestiam fere parerent; Patrem uero compluribus ac crebris litteris euocare non cessarent, pollicitationes multas, nec non certissimas spes huius loci episcopatus addentes. Postremo autem, morae omnis impatientes, Venetias complures profecti non prius illinc discedere uoluerunt, quam Patrem una secum deducerent. Quamobrem haud difficile quilibet ex hoc intelligere potest, quantum concionibus suis profecerit. Etenim clementissimus et benignissimus Deus, qui summum desiderium atque amorem diuinae legis populo tribuit, idem post alacriter omnia perficiendi gratiam concessit. Tali autem studio audiendi Patris nostri uniuersus populus flagrabat, ut tanta hominum frequentia ad eius conciones undecunque concurreret, quantam uix unquam ullus hic meminisse uideatur.

3. Cunctorum uero interioris erga Deum affectus permulta extant indicia. Nam praeter eleemosinas ingentes et in hac urbe (ut asserunt) non amplius uisas, quibus innumeris pauperibus, et nonnullis etiam monasteriis subuenitur; confessiones nunquam frequentiores fuerunt. Plurimi praeterea, non hoc contenti, totius uitae suae crimina Patribus nostris sunt confessi: inter quos consanguinei multi, uxores et uiri, filii atque parentes grauiter sibi inuicem infensi, maxima Dei benignitate reconciliati atque in pristi-

nam gratiam restituti sunt. Nonnullae meretrices ad Deum conuersae, e turpissima daemonis seruitute ad ueram Christi libertatem transierunt.

4. Praeterea cum pluribus concionibus R. P. Benedictus, post pascha et ante, de sanctissimi eucharistiae sacramenti dignitate ageret, ac uemehenter in eos inueheretur qui, omni penitus exhausto rubore, ueritatem eius impudenter atque audacter contra orthodoxae Ecclesiae fidem negare audent, uel ab eius frequentatione fideles, nescio quo pietatis praetextu, reuocare non uerentur; complures eximio huius sacramenti amore sunt accensi.

5. Alii sacramentario atque aliarum haeresum morbo ac peste infecti, detestandum errorem suum agnoscentes, haeresi abdicarunt, librosque suos combusserunt. Inter caeteros autem quidam monachus et sacerdos apostata factus, cum perniciosissima hac haeresi laborasset, ad octauum usque annum, immo et uxorem duxisset, concionibus Patris ad poenitentiam inductus, in monasterium suum est reuersus.

6. Huc accedit quod ad quadraginta uel quinquaginta ex primatibus urbis ad Patris conciones compuncti, et crebris eius adhortationibus diuino amore inflammati, uehementer cupientes alienam in posterum ab omni flagitio uitam ducere et christianam pietatem exercere, eodem simul omnes spiritu conuenerunt, Patrem nostrum super hoc consulentes; cuius authoritate ac sententia Spiritus Sancti gratia constituta est congregatio pietatis nomine uocata: et ab eodem Patre ratio ac uiuendi modus praescriptus est. Longum nimis esset singula referre, sed ne tacitus omnia praeteream, summmam totius rei paucis expediam. In primis omnes istius congregationis oportet selectam propriae sanctitatis curam gerere; idcirco singulis diebus matutino tempore per dimidiam horam Deum precari atque eius auxilium petere debent, et noctu ante cubandi horam, singuli quae gesserint, per trientem horae examinare: singulis etiam quibusque mensibus confitentur, et sacrosantam si-

mul eucharistiam suscipiunt. Postea uero in rebus piis ac misericordiae operibus assidue se [ex]ercent [a], quibuscumque possunt uitae sanctimoniam persuadere conantes. Quo facilius autem id assequi ualeant, pauperes, et eos praecipue qui omni prope humano auxilio destituti summa in necessitate rerum omnium sunt positi, propriis facultatibus et inquirendis eleemosinis adiuuant: inter eos quatuor existunt uniuersae congregationis praefecti iuxta quatuor urbis partes dispositi; diebus festis omnibus conuenientibus et circa pauperum officium consultantibus, singulis aliquid agendum praescribunt. Enixe etiam student uulgatas mulieres e tartari faucibus eripere, et ad perfectam uitae integritatem reducere [1]. Quas ob res episcopus [2] necnon urbis praetor miro eos amore prosequi uidentur, omnem suam operam illis pollicentes: inter caetera enim relatum est nobis praetorem non multis diebus ante festum Spiritus Sancti, illis 200 aureos pauperibus distribuendos erogasse.

7. Exemplo uirorum nobiliores quaedam matronae excitatae, conuenerunt circiter decem et octo, eadem pro uirili parte inter mulieres exercentes, singulis mensibus confessionem ac communionem frequentantes.

8. Quod autem ad scholas pertinet, disciplui externi post pascha in dies creuerunt, qui iam numerum quadragesimum superarunt, quorum plerique rhetoricae, reliqui grammaticae student: speramus autem breui multo plures futuros, si (ut confidimus) in locum aptiorem in medio ciuitatis migrabimus, et aliquos qui magnam et sui et nostri expectationem sustinere ualeant, mittetis.

---

[a] *Abscissa charta.*

---

[1] De hac congregatione cf. SACCHINUM, *Hist. Soc. Jesu,* part. II, lib. II, n. 72; et TACCHI VENTURI, *Istoria...*, I, 379, ubi inter alia documenta hanc epistolam memorat.

[2] Patavinam dioecesin administrabat Aloysius cardinalis pisanus (EUBEL, *Hierarchia...*, III, 284) cujus suffraganeus seu auxiliaris, de quo hic agitur, videtur fuisse Gerardus Busdraghi. EUBEL, loc. cit.. 130, 361.

9. Nam quidam summo studio erga Societatem nostram affecti et salutis animarum mirum in modum solliciti, uidentes non mediocrem animarum iacturam fieri propter nimiam collegii nostri ab hominum coetu distantiam, polliciti sunt nobis admodum commodas aedes in medio vrbis, prope diuae Luciae templum conducere, ultro spondentes omnia nobis ad uictum necessaria se quaesituros. Nostri discipuli compositionibus graecis atque latinis se exercent. P. Joannes Catalanus, post P. Benedicti discessum, multorum uotis satisfaciendi causa, doctrinam christianam D. Luciae templo declarandam suscepit [1].

[1] De epistolae auctore legimus in catalogo conimbricensi ineuntis Januarii 1565: «Manoel da Costa, sacerdote, portugués, natural de la isla de San Miguel, de la ciudad de Punta Delgada, obispado de Angra. Entró en la Compañía a 18 de Maio de 1551; studiaua leis; y en la Compañía oyó el curso y poco más de vn año theología. Fué procurador dos años y medio en este collegio, y agora ayuda al procurador. En Lixboa fué sotoministro vn año, y ministro otro, y en Euora tres años.» In codice *Lus. 43*, fol. 237v.

Inscriptio. † Al muy R.do en X.º Padre, el P. Laýnez, vicario general de la Compañía de Jesú. En Roma.

189

P. GERARDUS WERTENUS

PRAGA MENSE AUGUSTO (?) 1558 [1].

1. *In vicinos pagos excursus nostrorum festivi, gratissimo animo a rusticanis accepti.*—2. *Patris Lucae ministeria parochialia.*—3. *Lipsiae ac Wittembergae catholica fides non penitus extincta.*—4. *Henrici Blissemii contiones ac doctrinae.*—5. *De Balthasaris patre ac fratre.*—6. *Varia, quae inter episcopi et principis benevolentia.*—7. *Catholici cujusdam fervor singularis.*—8. *De litterariis exercitationibus.*—9. *Adolescentis alumni pia mors.*—10. *Pragensis collegii fama.*

1. † Gratia et pax Xi. nobiscum. Amen. Summopere uelimus, R. in Xo. Pater, si pauciores fortasse proferat fructus haec sterilis et inculta regio, quam ipsi peroptemus, ne saltem nostra obsint peccata, quo minus animarum salus et Dei gloria promoueatur; quamuis et paruus et exiguus animarum numerus, si hic Xpo. lucrifiat, non mediocriter nos consolari et pro magno etiam estimari debeat.

Nouum iam ab aliquot diebus ex R. Pris. viceprouincialis [2] consilio, nostri subierant exercitationis genus, ut festis ac dominicis diebus pagos uicinos frequentarent, non tam manifesta spe statim auocandi ipsorum animos ab insitis et innatis erroribus, quam ut paulatim ipsos nobis hoc pacto conciliaremus, si nostrae uitae institutum clarius cognoscerent, ut nostram operam ad ipsorum filiorum institutionem et ad caetera pietatis obsequia benigne offerremus. Factum est id aliquoties, primum a Pre. Victoria, deinde

---

[1] Ex apographo coaevo, sed valde imperfecto, in codice *Germ. 143*, fol. 4; prius 258 (269). Caret omni temporis notatione, sed si conferatur cum epistola P. Lucae Molitoris diei 27 Julii anni 1558, quam supra, pag. 755 sqq. dedimus, apparet in hac repeti aliquas res ibi narratas; unde ad annum 1558 pertinere dicenda est, et scripta forte mense Augusto.

[2] P. Joannes Victoria.

ab aliis quantum fieri potuit per interpretem. Grato id adeo est acceptum animo a rusticana et simplici illa gente, ut pene nusquam ad iudices pagorum fuerit uentum, quin amicissime ad mensas inuitarent, dantes interim quaedam non occulta signa, quam non difficulter ad ueritatis uiam reduci possent, siquidem adsint a quibus fideliter iuuentur. Nec inuite nos audiret huiusmodi populus, qui non tantam prae se fert obstinationem, nisi operariorum uel interpretum penuria, hoc pietatis genus nos iam intermittere compulisset.

2. Pater Lucas qui in Oybin agit [1], magnis desideriis uicini pagi, ad parochiam suo pastore desertam, expetitur; quae cura, licet aliena sit a nostro instituto, iuuat tamen pauperculas [a] et desertas animas, non sine fructu et omnium satisfactione. Mulier quaedam, quae totam aetatem lutheranismo contriuerat, ad uerum Xi. ouile reuersa et etiam catholice confessa eidem Patri Lucae, paucis post diebus ex hac misera uita ad Dominum recipi meruit. In festo Magdalenae, ad exemplum illius beatae peccatricis, quinque sunt ibidem confessae.

3. Studiosus quidam lipsiensis qui ad nos his [b] diebus uenerat, memorauit non deesse Lipsiae qui publice catholicam non caelent fidem. Quin et in ipsa media Wittemberga, quae matrix et sentina est omnium istarum pestium, antiquae fidei semen non penitus esse adeo oppressum, quin et in aliquibus non obscure scintillaret germanicae simplicitatis ardor. Addebat et hoc, ab illo suo Ba [c] sic homines vulgo esse alienatos, ut iam luteranos se dici amplius nolint [d]. Illustret intimos ipsorum sensus benigna sua gratia Deus, ut tandem ueri xiani. uocari et esse mereantur.

---

[a] pauperculus *ms.* —[b] hic *ms.* —[c] *Sic ms., infecto verbo et vacuo spatio relicto.* —[d] uolunt *ms.*

---

[1] Vide superius, pag. 755-756.

4. Doctor Henricus in concionibus arcis perseuerat, cui adiuncta quoque lectio cathechismi post vespertinas preces, urgente ac saepius instante D. preposito [a].

5. Frater nostri Balthasaris, partim ut fratrem inuiseret, partim ut de religione fieret certior, ad nos diuertit. Nam pater qui semper hactenus sub altera specie uixit, ad utramque iam demum translatus, cogere quoque [b] filium suum uelle uidebatur; parochum tenent qui et hussitis et catholicis pariter in ministrando sacramento inseruit. Hic ergo cum animum pronum ad Societatem haberet, missus est Viennam ad R. P. Victoriam. De fidei nihilominus ueritate quam infans imbiberat, nutare se amplius negabat.

6. Confessiones aliquot nostrorum scholasticorum fuerunt et communiones.

Catholici nonnulli ex hereticis fierent [si] [c] parentum timorem Xpi. et propriae salutis uinceret amor. Vnus catholicus est factus.

Commensalis etiam noster Hieronymus non modo perfidiae rupit laqueos, sed et Societati desiderat adiungi. Augeat et perficiat idem qui coepit. Puer est non infoelicis ingenii et optimae spei.

Medicus archiducis Mathiolus summe erga nos affectus omnem suam nobis gratis praestat operam.

Episcopus viennènsis [1] totum se nobis obtulit ad omnia paratum. Pecuniam quam collegio mutuo dederat, ultro remisit. Gratum fuit ei nostrum studium, quo sui a nostris iuuarentur.

Princeps [2] de solita sua in nos beneuolentia nihil immutat.

7. Illud praeterieram quod non oportuit in hac spinosa inculta regione. Infirmus quidam, qui solus domi suae erat

---

[a] prepositus *ms.* —[b] quique *ms.* —[c] *Haec particula, quae non est in ms., necessaria videtur.*

---

[1] Antonius Brus de Muglitz.

[2] Ferdinandus, imperatoris filius.

catholicus, uix morbida membra ulterius trahere ualens ad nos huc properauit [a], ut nostris confiteretur, nullaque morbi uictus impatientia, diu Patrem expectauit, qui solus hic erat germanus et tunc in concione occupatus; sed eodem die post concionem ei confessus est. Postridie nusquam alibi quam in nostro templo communicare uoluit. Et cum uix pedibus consistere posset, Xpi. tamen dilectio et internum spiritus robur nullum corporis uel longi itineris sensit grauamen.

8. De literaria quoque exercitatione breuiter aliquid percurram. Orationes aliquot sunt habitae, uelut de Spiritu Sancto, de Corpore Xpi., de laudibus Petri et Pauli apostolorum. Puerorum multitudo crescit in dies, tantum ut ad altiora perseuerent optandum.

9. Nobilissimus quidam adolescens ex nostris maioribus discipulis confessus et plurimum admonitionibus et nostrorum charitate confirmatus, accepta communione et ultima unctione cum magna spiritus consolatione ad aeternam quietem migrauit.

10. Fama pragensis collegii non modo Boëmiam, sed et Germaniae peruagatur partes. Vlmensis et aliis ex terris aliquot nostras ad scholas uenerunt. Consiliarius marchionis Brandeburgensis tres filios nobis in domesticam disciplinam tradere summopere expetiit; ostendit suam pietatem ac beneuolum ac singularem suum aperuit animum, quem erga Societatem gerebat; satisfiet, credo, Pater celeriter eius efflagitatione [b], etc. Pragae.

Ex mandato.

GERARDUS WERTENUS [1].

Alia manu. Praga sine die et anno.

---

[a] propinauit *ms.* —[b] *Sic ms.; videtur scribendum fuisse* satisfaciet... efflagitationi.

---

[1] Cf. pag. 431, annot. 4; et pag. 525.

190

BARTHOLOMAEUS SQUARCIALUPI

CATANA 1 SEPTEMBRIS 1558 [1].

1. *Auctum esse poenitentium numerum.*—2. *Matrimonia quaedam composita.*—3. *Monialium coenobium reformari coeptum.*—4. *De scholis.*

1. † Rde. in X.º Pr., etc. Pax X.[i] Vt Rda. paternitas tua statuto tempore cognoscat ea quae hic *per nos indignos eius famulos,* Deo iuuante, sunt acta, ex quo tempore proxime literas misimus; pia sane confessionum materia mihi primum occurrit. Nam longe plures quam unquam antea confessioni frequenti dediti et melioris uitae rationem amplexi sunt, et nonnullos alios ad rectius uiuendum incitarunt. Quin etiam qui hic adsunt sacerdotes a primariis uiris huius urbis accersiti, qui uariis morbis afficiuntur (prout haec aestas insalubris et contagiosa fuit) adeo leniunt aerumnas et sedant flebiles eorum uoces, ut nihil sit illis gratius quam a nostris Patribus uel confessionis causa uisitari, uel ut eorum consilio ad prospiciendum (ut par est) animae suisque liberis in extremo uitae tempore, uti possint.

2. *Duo* [a] praeterea, gemino matrimonio copulati, Patrum nostrorum opera eo redacti fuerunt, ut alterum desererent, *quod a sacrosanctis Dei legumque decretis abhorrebat* et ad prioris connubii nexum reuerterentur, quod legitimis nuptiis contractum et celebratum fuerat.

---

[a] Quidam.

---

[1] Ex autographo, ut videtur, in codice *Sic. 181-Sic. 182*, 2 ff., nn. 67, 68; prius 368. Anni notatione caret, sed ad 1558 pertinere videtur, quia epistolae auctor venit in collegium catanense mense Martio hujus anni, et mense Majo aut Junio sequentis anni missus est Panormum, ut colligitur ex informationibus horum collegiorum in codice *Sic. 59*, nn. 103v, 205v.

3. Coenobium quoddam monialium *D. Benedicti, huius sanctissimi patris decreta contemnens,* eo deuenerat dissolutionis, praeuaricationisque ut *in quibus rebus totius monasticae uitae cardo uertitur, foedissime laberetur, discerptisque tam sacri corporis membris,* unaquaeque monialis alimenta undecunque posset peculiariter et seorsum ab aliis corrogaret, non modo ad uitam conseruandam, sed etiam plerunque ad suas explendas cupiditates; cumque huic malo nemo mederetur, Pater rector noster [1] egit apud episcopum huius urbis [2] ut illarum monialium petulantes et irreligiosos mores, regulis a se nuper promulgatis coërceret; *quibus si parere uoluerint, non dubium est, quin res Deo gratissima futura sit;* atque hactenus quaedam ex illis monialibus nobilioribus permotae cohortationibus Patris rectoris, qui apud eas diebus veneris concionari consueuit, ad omnem uitae emendationem paratae sunt, reliquis dissentientibus, in quas *admodum R.dus* Catinae antistes quaestione habita certisque poenis irrogatis animaduertere decreuit.

4. De scholis catanensibus hoc tantum dicam, Rde. in X.º Pater, spem illam, quam ego semper animo concepi, fore ut florentes numero et bonis discipulorum moribus euaderent, optimum euentum habuisse. Nam cum hic duae sint classes, altera ita referta est multitudine puerulorum, ut plures capere non possit, altera multos continet adolescentes, optima ingeniorum indole praeditos, plures habitura si, ut speramus, initio huic caetera respondebunt.

Haec sunt quae Rdae. paternitati tuae scribenda occurrebant, cuius sanctissimis orationibus totos nos qualescunque sumus in Domino commendamus. Catina Kal. Septembris.

---

[1] Collegii rector erat P. Antonius Vinck, sed eo absente ob electionem praepositi generalis, domum gubernabat P. Sanctius Navarro, de quo forte loquitur epistolae auctor.

[2] Nicolaus Maria de Caracciolis.

Ex mandato Pris. rectoris, tuae Rdae. Pater.tis minimus in X.o seruus,

BARTHOLOMAEUS SQUARCIALUPUS [1].

Inscriptio. † Admodum Rdo. in X.o Patri Mro. Jacobo Laynez, praeposito generali Societatis Jesu, etc.

Sigilli vestigium.

Alia manu. Emendata. Mandata a Spagna, Vienna, Portugallo, Francia, Fiandra, Italia.

191

P. ALPHONSUS HERNANDEZ

GENUA 1 SEPTEMBRIS 1558 [2].

1. *Virorum concursus in sacellum nostrum et novi templi acquirendi spes.*—2. *Mulierum quoque aucta religio.*—3. *Turcarum timor multis est salutis occasio.*—4. *De sanctissimi corporis Christi festo.*—5. *Nostrorum exercitia.*—6. *Discipulorum numerus et exercitationes.*

1. † Pax X.i, etc. [*Ut Deo bona opera, sic servis Dei bonorum operum nuncia gratissima sunt. De his ex obedientia se scripturum profitetur.*]

Primum igitur scias, R. P., usu experientiaque rerum nos tandem cognouisse maiorem frequentioremque ad nos concursum futurum, si ecclesiae commoditas id pateretur, qua omnibus his proxime elapsis 4 annis caruimus, tantumque sacello quodam paruo in collegio nostro vsi sumus, ad

---

[1] De quo haec scribebat P. Sanctius Navarrus die 25 Julii 1558: «Mro. Bartholomeo Scorchialupi, fiorentino, di età 21 anno; intrò in Roma, et sono già dui anni che è nella Compagnia. E uersato utcumque in humanità, rettorica et in greco; uine qui questo mese di Marzo proximo passato per mastro di scuola, et lege al presente Salustio, de coniuratione Catilinae [*ms.* Catiri.], il primo del Enei. di Virgi., la grammatica di Dispauterio, et in greco la grammatica di Clenardo. Lui è sano di persona, et è stato sempre quieto et non ha altro desiderio al presente se non di hauer asai piu scolari di quelli che haue.» In codice *Sic. 59*, n. 205v.; prius 233v.

[2] Ex autographo, ut videtur, in codice *Med. 75 (Mediolan. Annuae 1557-86)*, 2 ff., nn. 9, 10; prius 375-377 (deletis 365-367).

quod hominibus tantum patebat aditus; sed cum spes obtinendae ecclesiae in longum protraheretur, decreuimus sacellum hoc ita ornare ut nihil illi ad ecclesiam deesse videretur; quo ex tempore frequentior solito ad nos hominum multitudo confluxit. Nam praeterquam quod loci commoditas et ornatus eos allicit, concio etiam R. P. nostri rectoris, D. Loarte, quam post missae offertorium ad eos habere solitus est, mirum in modum eorum animos recreat atque reficit. Semper enim inserit atque intexit aliqua de sanctissimae eucharistiae sacramento, ad quod magna cum animi summissione suscipiendum hortatur, quibus rebus ita inflammantur, ut aliam videre possis apostolorum congregationem, cum omnes pariter in eodem loco constipati promissum Spiritum Sanctum summis uotis praestolabantur; sunt enim cum corpore uniti, quia prae loci angustiis stipati manere coguntur, tum uero spiritus colligatione coniunctissimi, ut merito de eis tunc temporis dici possit: Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in vnum [1]. Quare ut ad institutum reuertar, frequens est confitentium numerus, qui in dies magis magisque augetur; ex quo coniectura firmissima adduci possumus, ut credamus uberiorem multo et copiosiorem fructum perceptum iri, si ecclesia capax atque omnibus patens in urbis meditullio nobis esset ad manum, quam haud diffidimus, Deo dante, breui assequuturos. Nam si quando illius aliqua nos tenuit spes; nunc uero maxime praelucet in posterum, senatoribus omnibus huius reipublicae cum uniuersa fere ciuitate id expetentibus et a summo pontifice, legatione de ea re ad eum missa, idem efflagitantibus; sed quoniam rerum omnium exitus incerti sunt, adhuc pendemus animo, et in hac spe requiescimus, Deum scilicet supra quam nos desiderare poterimus, omnia suauiter dispositurum.

2. Caeterum quae hactenus diximus de uirorum tantum profectu intellecta volumus, de mulieribus autem idem di-

[1] Ps. CXXXII, 1.

cendum arbitror. Nam quamuis non pateat illis ad sacellum nostrum aditus, tamen in aede Diuae Mariae aliam ipsae seorsum spiritalem cohortem conflarunt, quae cum singulis diebus festis frequentes ad sacram synaxim accedant, multo tamen frequentiores sunt in festis solennibus praesertim Deiparae Uirginis, adeo ut confessarii nostri ipsis non sufficerent, nisi in alios differrent dies confessiones. Hinc effectum est ut certatim quodammodo mulieres nolint numero ab hominibus superari, vnde inueteratam infamiae labem, qua vulgo erant notatae, abluisse iam omnino videntur; vulgo enim et passim uno ore decantabatur (nec immerito) homines genuenses procliu[io]res [a] esse ad bonum foeminis, quae in uestium cultu atque ornatu plus operae quam in aliis rebus collocabant, quod iam aboleri coeptum est, cum demisso uestium nimio apparatu, ad bonam se iam frugem recipere incipiant.

3. Praeter confessiones ordinarias accesserunt et aliae extraordinariae non paucae, nam cum turcharum classis quae hac aestate nostra haec maria infestauit, magnum incussisset timorem maritimis locis, immunitis praesertim atque paruis, multitudo sane magna ex omnibus his oppidulis ad hanc confluxit ciuitatem, tanquam ad sacram anchoram; videres, mi Pater, tot pauperculas mulieres cum liberis suis (miserabile visu) omnem quam poterant supellectilem asportantes, prae timore vix posse respirare. Authoritate ergo publica cautum est ut pauperculae mulieres cum filiis suis per oratoria quaedam ciuitatis (quae casazze a genuensibus dicunt[ur]) distribuerentur, victusque necessarius ex publicis eleemosinis suppeditaretur. Atque ut ex hac misera fug[a] et calamitate aliquis spiritalis fructus in pauperculas has redundaret, R. P. D. Loarte principes huius c[i]uitatis uiros, quibus haec cura erat demandata, conuenit, effecitque ut non minor cura tuendi corporis quam animae haberetur, atque ita seipsum Patresque no-

[a] *Consumpta charta hic et infra in extremis versibus.*

stros confessarios libentissime obtulit ad audiendas singularum confession[es]; quam prouintiam ipse cum caeteris Patribus nostris diligenter obiuit, non sine maximo mulierum illarum fructu et totius ciuitatis mirabili approbatione. Quotus quisque enim inuentus esset, qui cum maxime solis ardore infestaretur, totos dies contereret in audiendis confessionibus? Praeterea quoniam mulieres hae cum liberis omnino rudes erant et ignarae doctrinae christianae, quippe quae syluestrem in montibus vitam semper egissent, decreuit etiam P. noster rector (ut charitas undique perfecta esset) ut quemadmodum iam a peccatorum sordibus per confessionem er[ant] ablutae, ita et instruerentur illis praesertim rebus quas christianos omnes scire oportet, ideoque fratres nostri iussu sanctissimae obedientiae haec oratoria circuibant in quibus docebant Pater et Aue Maria caeteraque quae necessaria videbantur; atque hic fructus eo fuit uberior, quo frequentior fuit audientium et ignorantium numerus. Fuerunt autem sexcentae et eo amplius animae quae per haec oratoria, quae dixi, erant dispertitae, vnde ortum est ut dum miseram turcharum seruitutem fugiunt, in libertatem filiorum Dei fuerint vindicatae, et sedato barbarorum tumultu, ad loca propria incolumes liberaeque redierint. Benedictus Deus, qui hoc periculossissimo tempore, cum angus[tiis] maximis et terrore omnes premeremur, tunc inopinato consilio iacentem et afflictum populum extulit, spir[i]tus autem feroces animosque depressit.

4. In festo sanctissimi corporis Xi., cum de more supplicatio solennis per uicos ciuitatis fieri, et per collegium nostrum singulis annis transire soleat, eodem apparatu (ne dicam maiori) suscepta a nostris est, quo proximis annis; excogitata tamen noua inuentione, quae et oculos et aures pasceret, animosque vehemen[ter] excitaret ad amorem sacramenti. Nam ut ommittam tapetum varietatem, pulchritudinemque quibus uia omn[is] erat ornata, R. P. rector decerpsit ex Sacra Scriptura potissimum authoritates quasdam ad dignitatem sacramenti pertinentes in triplici

differentia; primum eas quidem quibus Deus ipse inuitat nos atque allicit ut cum fiduci[a] ad eum, tanquam ad fontem viuum, confugiamus; secundo, alias comminatorias quibus terrore minisque propositis et malis quae nobis imminent, nisi id fecerimus, nos deterret; tertio, eas quae uberrimos ostendunt proponuntque fructus ex frequenti eucharistiae susceptione; quas omnes authoritates, literis maiusculis scribendas, atque parietibus hinc inde affigendas curauimus, ut praetereuntium oculis obuiae essent; subijecimus etiam singulis authoritatibus distichon latinum, idem omnino explicans. Porro carmina quaedam vulgari lingua composita de eadem materia a scholasticis nostris, fuerunt decantata in tribus altaribus quae in uia fuerant a nobis erecta, cum multis aliis carminibus ad praesbiteros et ad singulos fratrum monachorumque ordines, et ad ciues dum per collegium nostrum transibant; neque hoc solum praetereuntibus tunc temporis patuit, verum et toti fere ciuitati, quae pomeridiano tempore ad hoc pulchrum laudabileque spectaculum frequens concurrit; authoritates uero de quibus dixi, affiximus deinde circum parietes nostri sacelli, quae adhuc manent, et tacitae quodammodo ad sacramenti frequentiam inuitant.

5. De Patrum fratrumque nostrorum exercitiis et de spiritali incremento, non est quod sigillatim singula enumerem, satis arbitror significare, singulos pro uiribus suos contendere neruos, ut et sibi primum, deinde aliis prodesse possint, id quod potissimum fit per duos ex nostris qui uerbum Dei disseminant singulis diebus festis pomeridiano tempore, maximo cum fructu audientium.

6. De scholis, cum idem in omnibus collegiis ordo seruetur, nihil dicam, nisi de discipulorum numero, qui licet incertus sit et varius, modo enim crescit, modo instar maris decrescit, nunquam tamen desunt ducenti fere qui scholas nostras frequentent maximo cum fructu. Nam praeter exercitia solita Societatis nostrae, hic exercentur etiam in componendis declamationibus, quas publice recitant in

templo Diuae Mariae, quibus exercitationibus et studia aluntur, et opinio collegii nostri celebris per urbem emanat. Nam cum omnes mercaturae rebus sint implicati, mirantur si quando puerum aliquem publice declamantem audiunt, et arrectis, quod aiunt, auribus astant rei nouitate perculsi. Reliqua discipulorum exercitia, ut confiteri semel in mense, doctrinam christianam memoriae mandare, et semel in hebdomada concioni de eadem doctrina interesse, omnia de more fiunt, atque utinam uberiori semper in dies fiat fructu, quod nos quantum efficere enitique poterimus, facturos pollicemur, veniam suppliciter postulantes si quid hactenus incuria nostra praetermissum sit. Tu, R. P., fac ut nos filios tuos paterno semper amore tuearis, orationibus adiuues, et consilio tuo regas atque gubernes, ut tali duce a diuina nunquam semita deflectentes, sempiterno aeuo una tecum perfruamur. Vale. Genuae, ꞔhal. Septembris 1558.

Ex commissione R. P. rectoris D. Loarte, seruus tuus in X.º,

† ALPHONSUS HERNANDEZ [1].

Inscriptio. † Ihs. Admodum Rdo. in X.º Patri Mtro. Iacobo Laynez, praeposito generali Societatis Ihu. Romae.

192

AEGIDIUS FABER

MESSANA 9 SEPTEMBRIS 1558 [2].

1. *Multi fideles ad sacramenta suscipienda et contiones audiendas accedunt.*—2. *Odia capitalia extincta. Foeminae viris suis reconciliatae. Aliae ad officium revertuntur.*—3. *Scholasticorum frequentia.*—4. *Proregis benevolentia.*—5. *Sodalium numerus adauctus.*

1. † Ihs. Maria. Molto Rdo. in Cristo Padre. Pax X.[i],

---

[1] Vide pag. 368, annot. 3; et pag. 627, annot. 1.

[2] Ex autographo, ut videtur, in codice *Sic. 181-Sic. 182*, 1 fol., n. 76; prius 492. Praecedit exemplum latinum in fol. 75. Secundum HANSEN, *Rheinische Akten...*, 767, est apographum in archivo coloniensi.

etc. Questa uerrà più per seruar l'instituto delle quadrimestri che per esserci cosa di nuouo degna d'auiso. Pure hauemo da ringratiare N. S. della frequentatione delli santissimi sacramenti di confessioni e comunioni che si fa nella nostra chiesa ordinariamente, non mancandoci mai [a] buon numero; e così alle prediche e lettioni.

2. Questi giorni per gratia del Signore si sono accomodate alcune capitali nemicitie; si son fatte fare restitutioni e riconciliate moglie con li mariti. Et oltra di questo con l'aiuto delli nostri alcune donne infideli si sono ridotte alla fede.

3. Da certi mesi in qua si sono hauuti più scolari che per l'adietro, i quali assiduamente hanno frequentati li studii, nè curatosi in certi tempi far le vacantie che dalli giouani per costume sogliono esser desiderate.

4. Qua il vecerè [1] l'hauemo hauuto sempre fauoreuole e questi giorni particolarmente per una prouisione fatta contra certi che noiauano di parole questi delle nostre scuole.

5. Il numero delli nostri di casa dopo che uennero l'anno passato quelli di Roma, è cresciuto di più circa dodici, tra quali sono stati tre sacerdoti. Et ultimamente s'è riceuuto un spagnuolo, toletano [2], che per esser stato assai desiderato e procurato da un signor don Bernardino di Cordoua per hauerlo in sua casa, per esser questo buon musico e persona di buon costumi, nè le promesse grandi che l'erano fatte, nè anco una heredità che li ueniua per la morte della madre, e tutto in questi giorni che staua per risoluersi dal mondo, dico tutto ciò non è stato bastante a

---

[a] *Praeced. verbum add. supra versum.*

---

[1] Joannes de la Cerda, dux de Medinaceli.

[2] In catalogo collegii messanensis mensis Septembris anni 1559 recensetur quidam Franciscus de Toledo, de quo nihil praeter nomen habetur. Fortasse de hoc agitur. Catalogus praedictus servatur in codice *Sic. 59*, n. 90v.

rimouerlo dalla sua buona risolutione. Altro non occorre... [*Sequuntur preces.*] Da Messina li IX di Settembre MDLVIII.

De V. R. P. minimo et indegno seruo nel Signore,

EGIDIO FABBRO, Brugen [1].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Cristo P., il P. Mro. Jacomo Laynez, preposito generale della Compagnia di Gesù. A Roma.

193

JOANNES GARCIA

OCANIA 11 SEPTEMBRIS 1558 [2].

1. *Collatum Lainio supremum in Societate magistratum, eidem gratulatur.*—2. *In magna esse Societatem apud ocanienses omnes aestimatione, unde concursus ad contiones et confessiones*—3. *Collegii conditoris amor et liberalitas.*—4. *Nostrorum numerus, valetudo, officia.*

1. † Pater admodum reuerende. Seruator noster Christus Iesus tibi et omnibus pacem suam impertiatur. Cum primum audiuimus te a Deo Optimo Maximo huic *toti* Societati suae esse praepositum constitutum et creatum, incredibili gaudio et summa laetitia cuncti affecti fuimus et exultauimus. Omnes enim vno ore clamauimus te diuinitus nobis [a] omnibus praefectum esse tributum; quamobrem summopere confidimus te (fauente Domino) maximo auxilio toti Societati futurum, ut in dies Deo magis ac magis grata reddatur; idque etiam nos a Deo quotidie summis votis poscemus. Interim tamen, Pater admodum reuerende, cum intelligam te ex aliis literis antehac missis res hujus collegii ocaniensis praeclare nouisse, missa de industria faciam

[a] nob9 *ms.*

[1] Vide pag. 645, annot. 2.

[2] Ex autographo, ut videtur, in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 172, 173; prius 481, 482.

que tibi nota esse opinor, et solum indicabo et referam, quo in statu res hujus collegii hoc tempore versentur [a].

2. Hoc ante omnia scito, Pater admodum reverende, religionem nostram et Societatem in hoc municipio (summa laus Deo Optimo Maximo) multo honore affici et ingentibus laudibus ad sydera usque extolli, et non tantum a popularibus et plebeiis hominibus, verum etiam a religiosis et presbyteris; omnes ciues vna voce fatentur, Patres nostros ad hanc urbem peruenisse, impulsos diuino numine, ut tot tantisque calamitatibus et flagitiis mederentur. Quo fit, ut libentissime intersint concionibus, quae a nostris Patribus habentur (habentur autem plurimae) et in nostro templo et in aliis; accedunt etiam multi homines ac mulieres in edes nostras sacras apertum sua crimina Patribus nostris. Quod quantopere prosit toti municipio, omnes experimento cognoscunt, et ingentes gratias agunt Deo, cum videant innumera peccata, tan priuata quan publica auulsa et exclusa esse, quibus vniuersa ciuitas involuta et obcoecata turpiter haerebat; quorum scelerum mentionem sigillatim nullam facio, ne longiorem plus justo scribam epistolam.

3. Protonotarius qui nostrae Societati collegium tribuit et Patribus omnia necessaria hilari animo et alacri vultu porrigit [1], viuit ac valet, et maximo amore prosequitur Societatem; quotidieque pollicetur [b] se cunctis in rebus Patribus nostris opem laturum, ut facilius animas Christi sanguine redemptas [c] et e manibus cacodemonis ereptas, Christo lucrifaciant.

4. His diebus quatuordecim degunt vitam in hoc collegio: sacerdotes quinque; reliqui sunt fratres; omnes tamen prospera fruuntur valetudine. Tres fratres profitentur

---

[a] versenter *ms.* —[b] pollicitur *ms.* —[c] redeptas *ms.*

---

[1] Ludovicus de Calatayud.

grammaticam cum vberrimo fructu [a] et magna scolasticorum vtilitate; habent centum discipulos qui singulis diebus audiunt sacrum, quod illis fit; vnoquoque mense confitentur sua crimina; pariterque in literis magnos progressus faciunt.

Hec et alia plurima beneficia a me consulto pretermissa Patres nostri assidue conferunt in ciues hujus municipii memores semper religiosae perfectionis, ad quam omnes resistentes proprio juditio et aduersantes propriae voluntati; toto pectore anhelantes [b] celeri gradu properant. De his hactenus.

Hec sunt, Pater admodum reverende, de quibus jussu praefecti hujus collegii [1], feci te certiorem. Vale et valeas vtinam semper plurimum apud Christum. Datum Ocaniae tertio idus Septembris anno a Christo nato milessimo quingentessimo quinquagessimo octauo.

Indignus filius, et filius tuus in Domino,

GARCIA [2].

Inscriptio † Al muy R.do en Christo P.e nro., el P.e M.ro Laýnez, praepósito general de la Compañía de Jesús. En Roma.

---

a frutu *ms.* —b hanelantes *ms.*

---

[1] Primus collegii rector fuisse videtur P. Didacus Carillo. Vide superius, pag. 647, et *Stus. Franciscus Borgia*, III, 442.

[2] In catalogo collegii ocaniensis anni 1560, ut videtur, ponitur tertius inter sodales: «El P.e García, de Requena, obispado de Cuenca; veynte y cinco años [de edad]; seys años y medio [de Compañía]; lector de gramática de mayores; buena habilidad, special para letras humanas; quatro años y medio [de votos]; ha oýdo el curso de artes y vn poco de theología.» In subsequentibus catalogis hujus collegii non apparet. In catalogis collegii gandiensis annorum 1561 et 1563 (codice *Aragon. 15*, ff. 27, 31) invenitur P. Joannes Garcia ex Requena, cujus notae satis cum praecedentibus conveniunt.

194

P. BARTHOLOMAEUS HERNANDEZ

SALMANTICA 15 SEPTEMBRIS 1558 [1].

1 *Gratulatio de electione P. Lainez*—2-3. *Status, ministeria et observatio regularum in collegio.*

1. † Ihs. Muy R.[do] P.[e] nro. en X.[o] Gratia et pax X.[i] Por vna del P.[e] Francisco [2] supimos la buena y dichosa nueua del auernos dado Dios N. S. a V. P. por padre y general desta su mínima Compañía. Bendito sea el Padre de las misericordias que así ha querido proueernos a todos. Plega a su diuina Magestad tenga por bien de proueer a V. P. con la abundançia de su spíritu y dones, para que nos rixa y gouierne a todos como él quiere, y a todos sus súbditos de tal manera nos dé su spíritu y gracia que vniéndonos y juntándonos todos con nuestra caueza, reconozcamos y reuerenciemos en V. P. la persona de Jesucristo que es verdadera caueza de donde deçiende y mana todo lo bueno.

2. En este collegio auemos estado este año hasta treynta, aunque agora faltan algunos que han ido a peregrinar, pero para de San Lucas en adelante espero en N. S. que estaremos treynta y más. Aora al presente tenemos todos salud, por la bondad de Nro. Sor. Agora por ser las vacaciones no se entiende en los studios, porque para S. Lucas se empieçen con mayores alientos. Estamos bien ocupados siempre en los ministerios sólitos de los próximos, de confesiones y communiones y ayudar a morir a mucha gente que freqüentemente nos llama. Visítanse los hospitales y trátanse amistades y otros negoçios píos, que freqüentemente vienen a esta casa a pedir que los tratemos, y en todo pareçe seruirse

---

[1] Ex originali in codice *Hisp. 96*, unico fol., n. 219; prius 450, 451.
[2] Stus. Franciscus Borgia.

nro. Sor. y edificarse los próximos; y así lo han mostrado aora en auernos ayudado con limosnas de trigo, que abrá para buena parte del año; lo qual pareçe han dado con muy buena voluntad, teniendo entendida la pobreza desta casa y que no tiene renta.

3. En lo que toca a la vigilante obseruançia de las reglas y constituciones y mucha cuenta con la mortificaçión ordinaria y aprouechamiento de los particulares todos, se tiene por principal negoçio siempre; y así pareçe que N. S. haze merced a todos los que están en esta casa de darles particular amor y afiçion a esto. A V. P. suplicamos todos estos sus hijos nos tenga particularmente encomendados en sus sanctas oraciones, pidiéndonos al Señor que nos dé gracia para que siempre crezcamos de virtute in virtutem; y porque por la quadrimesta [1] avrá entendido V. P. el número de los que aquí han entrado, que han sido muchos, y las qualidades dellos y los muchos que se han aprouechado desde quaresma acá en hazer exerçiçios, en esta no será menester tornarlo a repetir, y así no diré más de que de aquí adelante se terná mucha qüenta con dar aviso a V. P. del estado de toda esta casa, como nos está ordenado. En las oraciones de V. P. y de todos nuestros charíssimos Padres y hermanos desa sancta casa nos encomendamos; y nro. Sor. nos dé a todos su gracia para sentir y cumplir su santa voluntad. De Salamanca a 15 de Setiembre de 1558. De V. P. hijo indigno y sieruo,

† BARTOLOMÉ HERNÁNDEZ † [2].

Desideratur inscriptio.

---

[1] Quadrimestrem hanc epistolam non invenimus; nisi forte indicetur illa quam supra, pag. 696 sqq. edidimus.

[2] Collegii rector. In catalogo collegii salmanticensis ineuntis anni 1566 de eo scribitur: «Rector. El P.e Bartolomé Hernández; ha quinçe años y medio que entró en la Compañía. Hizo professión de 4 votos a 2 de Hebrero año de 60. Es de junto a Toledo. Antes de entrar en la Compañía auía sido collegial en Toledo, y graduóse de bachiller en cánones allí. Antes de entrar en la Compañía era sacerdote y ayo de vn caua-

195

P. ALPHONSUS ROMAN

caesaraugusta 18 septembris 1558 [1].

1. *Nostrorum numerus, valetudo, studium sanctitatis.*—2. *De confessionum frequentia et fructu, deque falsis in Societatem sparsis rumoribus, qui tamen facile evanuerunt.*—3. *De ministeriis aliis, maxime de christiana doctrina et de carceribus.*—4. *Iterum de confessionum fructu.*—5. *Jubentibus fidei quaesitoribus, duo e nostris ad mauriscos colendos proficiscuntur.*—6. *Preces postulat.*—7. *De domus aedificio.*

1. † Jhs. Muy R.do P.e nro. en Chro. Augmente sus santos dones y gracia el Spíritu Sancto en el alma de V. P.ad Amén. Aunque se suele dar cuenta deste collegio muchas vezes o a V. P. o al P.e M.o Polanco, en las que se le scriuen, pero por la obediencia diré aquí lo que se me offrece, de que dar auiso destos 4 meses próxime passados a V. P.ad, del modo de proceder en casa y de lo que por los nuestros el Señor obra en los de fuera.

Hemos sido aquí este tiempo ochò en todos, los quatro sacerdotes y los 4 hermanos, hasta que de tres o quatro días acá se embió al P.e Francisco [2] vn hermano por su orden, y otro Padre y vn hermano se partirán mañana de aquí a lo que después diré. Hemos tenido salud todos el tiempo passado por la diuina bondad, y la tenemos al presente, exceptas algunas indisposicioncillas breues que algunos han tenido. Hase tenido y tiene en casa cuydado diligente en la obseruancia de las reglas y de la obediencia, hauiendo para ello sus síndicos y continuas penitencias en refectorio, con lo qual y con la diligencia que no falten a sus tiempos a la

---

llero. En Salamanca después de entrado en la Compañía, oyó el curso de artes y theología. Hase exerçitado quasi todo este tiempo en confessar y predicar algunos años. Ha sido rector diez años aquí en Salamanca. Es de edad de 43 años.» In codice *Cast. 13*, f. 81 (deletis 107 et 226).

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 176, 177; prius 327, 328.

[2] Stus. Franciscus Borgia, Societatis in Hispania commissarius.

oración, y con pláticas o conferencias spirituales que ha hauido algunos días de cada semana en quietes, y vna ordinaria que vn Padre ha hecho los viernes a la noche, y los sermones de refectorio cada fiesta, por la diuina bondad proceden todos con edificación y approuechamiento y con attender cada vno de buena voluntad a lo que según su talento le es encargado; y aunque las demás virtudes ha communicado el Señor a estas buenas almas, es para alabar mucho su bondad que en special les ha dado la virtud de la paciencia, porque con la cruz de contradictiones y murmuraciones que suele ser aquí quasi continua en alguna manera, no solo no se ve contristación en alguno, sino alegría y consuelo de la misericordia que el Señor nos haze en esta parte con las demás. Él sea por todo glorificado, el qual por su bondad ha dado harto sosiego en nuestras cosas al presente.

2. Con los de fuera se ha attendido a muchas y muy freqüentes confessiones en nuestra yglesia y fuera, según algunas exigentias, porque sin necesidad no vamos a otras yglesias; y de las personas que se confiessan con los nuestros, son muchas principales; y por la diuina bondad se ve particular approuechamiento en muchos de los que freqüentan los sacramentos, y aun en poco tiempo que perseueren en se confessar con alguno de los nuestros, máxime en algunas almas, a quien según su modo y disposición se suele communicar alguna instructión en la oración mental; y aunque cada día se confiessan y comulgan en nuestra capilla, y las fiestas y domingos en mayor número; pero las fiestas principales (como ha sido en estas de nuestra Señora de Agosto y Septiembre) ha sido para alabar al Señor la mucha gente que aquí se ha confessado y comulgado, specialmente hauida consideración al costumbre de la tierra y condición de la gente, que suele ser algo dura de su natural en estas cosas; y por la bondad del Señor ha sido quasi de no considerar la quiebra por las murmuraciones que contra nosotros ha hauido en la prisión que se ha he-

cho de lutheranos en Valladolid y Seuilla los meses passados (las quales por hauer muchos ánimos duros en nuestras cosas se entonaron en esta tierra mucho), pero ha dado el Señor claro conoscimiento de la verdad; para lo qual también ha aprouechado vn testimonio de la sinceridad y libertad de los de la Compañía en estas cosas y buen modo de proceder con toda edificación etc. que el inquisidor general [1] embió a los inquisidores desta ciudad y reyno, para que lo diuulgassen y diessen noticia a los prelados y personas principales.

3. Suelen los nuestros ser llamados a ayudar a bien morir y se acude a ello con toda [a] diligencia (quien quiera que lo pida). La doctrina christiana se ha en este mes començado a enseñar las fiestas y domingos, y se ha resumido el visitar tres vezes el hospital general cada semana y vna plática que se suele hazer a los de la cárcel cada semana (que por los rezios calores se hauían interrumpido); y de todo con la edificación de la gente (que es mucha) se suele Nro. Sor. seruir grandemente; porque con las pláticas que a los encarcelados se han hecho, se han muchos confessado, y a ratos de muchos años antes, y se han reformado marauillosamente en el jurar, y se consuelan mucho, y se les han hecho otras ayudas en lo temporal y en su liberación. Y por la doctrina se ve en los niños particular prouecho, y es para loar al Señor oyr los cantares mudados por lo que se les enseñó. Por todo sea el Señor alabado. Algunas enemistades se han remediado por mano de los nuestros, y se han hecho otras diuersas obras de charidad; que commúnmente se offrecen y se suele mucho seruir el Señor en ellas. Él sea glorificado. Amén.

4. Dexo de dezir aquí diuersas y muy notables particularidades que en confessiones suelen occurrir y remediarse

[a] todo *ms.*

[1] Ferdinandus Valdes, archiepiscopus hispalensis. Cf. *Lainii Monum.*, III, 298.

por los nuestros a ratos, nunca entendidas o aduertidas por otros confessores, o que en el remedio dellas no ha hauido el zelo y diligencia deuida, pues ya se entiende ser muy ordinario en la Compañía que Nro. Sor. nos suele entre todas las religiones hazer esta misericordia, y de venir a nosotros con particular confiança los que tienen particular desseo de su spiritual approuechamiento.

5. Con todas las contradictiones, es grande el crédito que aquí tienen en lo commún gente de más tomo, de la Compañía; y el amor que nos muestran, y entre otros los inquisidores, confessándose con nosotros y communicándonos cosas de no pequeña importancia y freqüentemente. Por orden destos señores, se parten mañana el Padre y hermano que arriba he dicho en peregrinación a lugares de moriscos para instruyrlos en las cosas de la fe y enseñarles la doctrina christiana, porque se ve gran necessidad. El viaje es tal de que speramos en el Señor será muy seruido (como de otros que para lo mismo se han hecho).

6. Para que en todo lo dicho procedamos a mayor gloria diuina y seamos fieles obreros, encomiendo en los santos sacrificios de V. P. a todo este collegio. El Señor nos dé a todos su copiosa gracia para más conoscer y perfectamente cumplir su voluntad sanctíssima. Amén.

7. Hemos edificado en nuestra casa material quasi todo este verano para la acommodar a la nueva yglesia que el Señor nos ha dado [1], y las obras van quasi al fin; y aunque nos han dado trauajo, confiamos en el Señor nos dará consuelo lo que dellas procederá spiritualmente quando vsemos y gozemos de la yglesia.

De Çaragoza 18 de Septiembre de 1558.

De V. P.ad indigníssimo hijo y sieruo en el Señor,

†

† ROMÁN † [2].

---

[1] Vide superius, pag. 417.

[2] Vide pag. 418, annot. 3.

Inscriptio. † Ihs. Al muy Rdo. en Chro. P.e Nro., P.e M.o Laýnez, prepósito general de la Compañía [de] Jesús. En Roma.

Sigilli vestigium.

196

JOANNES FERNANDEZ

BURGIS 24 SEPTEMBRIS 1558 [1].

1. *De Lainio in generalem electo laetitia, cum nostrorum, tum cardinalis burgensis.*—2-3. *De consuetis ministeriis eorumque fructibus.*—4. *De fratrum nostrorum studiis.*—5. *Cura aegrotis in xenodochio collata.*—6. *Cardinali jubente, nostri una cum illo dioecesim invisunt.*—7. *Lamiarum et venefici cujusdam senis conversio.*—8-9. *Pergunt nostri dioecesim invisere.*—10. *De nostrae domus angustiis deque spe melioris acquirendae.*

1. † IHS. Pax Christi. Suspensi erant nostrorum animi, Pater admodum reuerende, celebrabantur crebro apud nos communi uoto non sine mentis deuotione, sacra, assiduae ad preces [a] diuinae Maiestatis fundebantur preces, implorabatur diuina clementia, macerabantur quotidie in obsequium Christi verberibus corpora, dum anceps adhuc electionis euentus filiorum de Patris totius ordinis creatione pectora agitabat. Sed quo saeuiores procellae fluctusque acerbiores quorundam jam fere trepidantium oculis sese obtulerunt, eo (quae, Deo tandem fauente, successit tranquillitas) jucundius nobis omnibus et clarius affulsit frontemque contractam exhilarauit. Non possumus itaque non plurimum laetari tam felici rerum successu, tanta pontificis summi in nos beneuolentia, tantis Dei omnipotentis

[a] *Sic. ms.; forte* pedes.

[1] Ex autographo in codice *Hisp. 96,* 2 ff., nn. 183, 184; prius 368. Exstat ibidem, fol. 181, exemplum hispanum brevius, in quo scriptionis dies et annus clare exaratus est. Est etiam aliud exemplum latinum in ff. 185-186; et secundum Hansen, *Rheinische Akten...*, 767, invenitur apographum in archivo coloniensi.

erga nos benefitiis. Est et Rmus. cardinalis burgensis [1] laetatus uehementer, literis perlectis quae Roma [a] ad nos allatae, ad ejus manus peruenere; dixitque nullum sibi de nostris nuntium laetius afferri potuisse. Sed quia mihi iniunctum est de hujus collegii burgensis rebus scribere, ut moris est, de hoc latius dicere supersedebo.

2. Praeter ea spiritualia munera, quibus in hoc collegio Patres, ut consueuerunt, incumbunt, audiendis nempe confessionibus, quarum magna apud nos frequentia est, administrando eucharistiae sacramento pluribus, qui in nostrum sacellum, feriatis praesertim diebus, studiose concurrunt, dirimendis litibus, si quae occurrunt, uisendis aegrotis, exhortandis ad laborum tolerantiam eis qui uariis calamitatibus afflictantur: sunt et alia, quae jucundam in hac ciuitate consuetudinem nostram populo reddunt, multorumque nobis animos conciliant. Misit ad nos hisce diebus Pater Franciscus a Borja concionatorem egregium, nomine Baptistam [2], toletanum natione. Hic feriatis fere diebus in diui Aegidii concionatur; concurrit populus, adsunt primates plurimi; ille spiritu fertur uehementi, et imperterrito uultu uitia profligat. Sunt etiam modo domi duo diaconi [3], ex illis quos Pr. Franciscus ut ecclesias uiserent, doctrinam christianam docerent et clericos burgensium dioeceseon exhortarentur, ad Rum. cardinalem hac aestate misit, qui in sacello nostro intus et foris, ut loci ferunt angustiae, astantibus turbis euangelium Christi praedicant, non sine auditorum plausu et animorum ad pietatem propensione. Nec fructus aut praedicationis assiduae aut syncerae Patrum in hoc populo consuetudinis aut orationis omnium, quae aliquibus frequentissima est, parum suc-

---

[a] Romae *ms.*

---

[1] Franciscus de Mendoza.

[2] P. Baptista Sanchez, de quo vide, sis, ASTRAIN, *Historia de la Compañia...*, II, 492 sqq.; 509.

[3] Quorum unus ipse epistolae auctor, ut inferius dicitur.

cedit. Referunt enim Patres aliquorum confessiones generales audisse. [*Omittimus nonnulla exempla.*]

3. Audiunt et confessiones in carcere. Nonnunquam enim ex Patribus aliquis uisit miseros qui in vinculis retinentur, concionatur, ad poenitentiam pietatemque prouocat, consolatur afflictos, coronae Virginis Mariae studiosos reddit, adeo vt me praesenti, qui illos jussus aliquando visi, clamitarent multi coronamque Virginis sibi quandoque a nostris promissam efflagitarent. Apud hos etsi quando exoriantur jurgia, et hoc enim maxime curant Patres, ut ciuium animos, si forte alternis exasperati verbis, aut quauis alia de caussa saeuire coeperint, verbis blandis, prudentique consilio leniant, disruptaque resartiant amicitiae foedera. Ex his autem quae noui, referam dumtaxat vnum maxime dignum auditu. Conceperat quidam in alios non paruum odium decreueratque aperto marte cum hostibus dimicare; munitus lorica, ense et pugione satelliteque stipatus per vrbem incedebat, cumque casu domum nostram cum socio ingrederetur, haud scio quibus inditiis rem sacerdos ex nostris conjectauit. Alloquitur hominem, hortatur, mulcet verbis, terret nonnunquam; ille autem qui tumultus antea minabatur, redit ad sese, rem ordine narrat, loricam, qua erat indutus, exuit, paulo post ab incepto desistit, confitetur domi peccata supplex.

4. Haec Patrum exercitia. Sed quid fratres? Illi quidem cum ob juueniles annos ad haec maiora sunt minus apti, orationibus incumbunt, obedire discunt, jam fere logicalia audierant, audient cito physicam.

5. Caeterum non praetermittam sex fratres hisce diebus ad nos missos, burgensibus xenodochiis jussu Patris Francisci aegrotis ministrasse, doctrinam illic christianam docuisse, religionis et pietatis specimen dedisse non paruum. Licet enim uix eos xenodochiorum praefecti recipere voluerint prima fronte, recusauerintque deinde necessarium pro X.º laborantibus uictum praebere, precibus tamen reuerendi Patris Ferdinandi Aluarez, hujus collegii

rectoris (abest enim Pater Gaspar [1], qui rector antea fuerat; in obsequium D. cardinalis burgensis ad praedicandum missus) tandem recepti sunt, et vt uiros religiosos decet, munere functi, multorum sibi beneuolentiam promeruerunt. Haec fauente numine domi gesta, foris autem non pauca, ex quibus breui compendio, ne prolixus videar, nonnulla perstringam.

6. Non ignorat, vt arbitror, paternitas vestra, Rum. cardinalem burgensen ineunte uere a Patre Francisco nonnullos ex nostris ad se mitteret efflagitasse, qui montanis Burgorum locis doctrinam xianam. praedicarent, clericos instruerent, examinarent quos uellent, ineptos quidem ad animarum curam gerendam notarent, idoneos autem et ad probos mores et ad proximorum saluti inuigilandum inflammarent. Misit ergo Pr. Franciscus duos presbiteros totidemque diaconos, de quorum in hoc obeundo munere diligentia, in profligandis uitiis acrimonia, in flectendis ad poenitentiam flagitiosis hominibus ui et energia, superioribus diebus scripsimus. Quid uero postea? Perstiterunt in officio indefesso animo et genera superstitionum uaria pro uiribus extirparunt, quibus hae praecipue gentes maxime laborant. Audierunt multorum generales confessiones, quarum non paruus fuit concurssus; praedicarunt assidue verbum Dei, et eos qui quauis de caussa inimicitias mutuo gerebant, in gratiam pristinam reduxerunt. Tandem duos ex his, me diaconum (de me enim scribere jussus sum) et Patrem Garsia, praesbiterum, qui in territorio burgensi uicos triginta hujusmodi exercitiis dediti percurreramus, accerssiri jubet reverendissimus cardinalis, et comites indiuiduos sibi recipit. Decreuerat enim ad montana non parua clientum cohorte procedere, quod et fecit. Tum ut visitationis praefectis animum adderet, pigritiam excuteret, fidei illorum in tanto munere exacte seruandae periculum faceret; tum et vt barbaris terrorem incuteret, colla doma-

[1] P. Gaspar de Acebedo.

ret (est enim fere indomita gens) ecclesiis prospiceret, cuncta denique melius praesens quam absens gubernaret; nec tamen ipse per uicos passim discurrebat, singulas hostiatim ecclesias uisitans, neque enim poterat ob regionis sterilitatem et penuriam, sed cum hoc uisitationi praefectis delegasset munus, ipse opulentiori aliquo et rerum omnium foecundiore loco residebat, clericos inde a singulis dioecesibus [*sic*] conuocabat, hortabatur, causas ad se concurrentium expendebat, publica flagitia ut plecterentur curabat, quorum non paruum numerum, ad alia pergens, silentio praetermittam. Denique uelut ex arce quadam gubernabat omnia, me dominicis diebus et feriatis populo praedicare jubebat, praecipue si ad moniales, quarum sunt nonnulla his locis monasteria, haberetur concio. Aderat ille semper concionanti, quamuis aliquando langueret; uigebat enim aestus. Concurrebat frequens multitudo quae ex aliis etiam castellis audiendi gratia confluere consueuit. Mirabatur ille aetatem meam, imberbes genas, aspectum puerilem. Pater Gartia, qui mecum erat, audiebat confessiones, docebat vesperi doctrinam christianam, visebat aegrotos.

7. Accidit aliud auditu dignum. Inuentae sunt D. cardinalis industria, veneficae mulieres non paucae, quas lamias [1] uocant, inter quas comprehensus est etiam homo senex, qui multis annis eidem flagitio operam dederat. Hic publice confessus est percussisse cum daemone foedus, abnegasse Christum et sacram Virginem ejus Matrem ac sanctos omnes, multaque alia nefanda patrasse. Homo extremo dignus supplitio. Commendatur nobis ut ad peccatorum dolorem adduceremus, ne anima tandem periret. Adimus carcerem, alloquimur solum, sciscitamur nonnulla; dicit nunquam ea flagitia declarasse sacerdoti, licet saepe postquam cum daemone foedus pepigerat confessus fuerat; velle tamen modo confiteri; lacrymatur, abnegat daemo-

---

[1] Exemplum hispanum habet «bruxas», seu brujas.

nem saepe, implorat Christi clementiam, declarat nonnulla etiam alia quae celarat. Gaudemus, et ne ficta sint illa, oramus Deum. Alias etiam lamias in carcere sumus allocuti et ad poenitentiam hortati, quas lacrymari uidimus et alia signa contritionis edere; daemonem uocibus execrari et Christum dominum confiteri.

8. Caeterum vrgentibus in dies magis ac magis aestiuis caloribus, orta canicula, coepit cardinalis noster ilium dolore uexari et febribus nonnunquam; cumque opus esset in ciuitatem reuerti, Patrem Gartiam, qui mecum fuerat, cum duobus uisitationi praefectis ad montana misit vlterius vt ad mare usque peruaderet, et doctrina christiana rudiores instrueret populos. Ipse uero dispositis rebus cum Patre Gaspare regreditur paulatim domum. Constituit autem obiter ecclesias, quas in itinere haberet, visere, clericos exhortari et examinare, me et cum vicario generali suo, quem uulgo prouisorem uocant, et quodam alio praefecto, alia uia Burgos misit, vt eodem modo quas haberemus obuias ecclesias in itinere, uiseremus. Conuocabat passim generalis ille uicarius episcopi, magna grauitate et aequitate uir, ex singulis dioecesibus clericos; conueniebant autem ad generalem, quam uocant, uisitationem aliquando triginta, aliquando quadraginta, nonnunquam 60 clerici, qui omnium, qua transcurrebamus, pagorum curam gerebant. Quod autem mihi a Rmo. cardinali injunctum esset clericos exhortari, sedebam illis circumstantibus, fungebar munere, deinde examinabam clericos. Quanta uero imperitia laborent multi, quos uix legere, uix quae legerint intelligere deprehendebam, dicere non morabor; breuitati enim studuisse fateor, et nonnunquam etiam summa rerum capita perstrinxisse. Illud non praeteribo: nobis ad sacramentorum frequens studium summopere adhortantibus, cardinalem nostrum societatem instituisse quam de poenitentia nuncupauit; singulis in ea fratribus quater confiteri quotannis praescribitur, taxata insuper mulcta ab eis persoluenda, qui ab officio deflexerint. Mutua sibi praestant

pietatis obsequia, defuncti fratris exequias justis honoribus prosequuntur. Adiecit demum cardinalis quas potuit indulgentias, quo magis ad eam rem suorum animos incitaret. Compertum satis habuimus quantum in multis oppidis et ad expurganda flagitia et homines in officio continendos res ista profecerit.

9. Nunc jam dominus cardinalis burgensis in metropoli commoratur, licet inuitus; morbi enim, ut insinuant, uiam obstruunt ne ad suos festinato gressu procurrat, ecclesiasque, si opus fuerit, hostiatim uisitet. Animo tamen per medias montanorum niues, difficilia quaeque peruadit, singulisque rebus, quae illic geruntur, uehementi desiderio, absenti licet corpore, praesens est.

10. Nos Burgis angusta domo premimur; curat tamen Pr. Ferdinandus Aluarez aliam ampliorem aut emere aut pretio conducere. Studiosi enim nostri eleemosynas oblaturos, si res ex sententia succedat, pollicentur. Domus quoque, quam hinc non longe nobis aedificat Benedictus Vguchonius [1], jam a fundamentis non parum emergens, primis tabulatis pulchrisque enixa marmoribus erigitur; ineunte jam aestate aliquam ejus partem habitari posse confidimus.

His, reuerende admodum Pater, quae de nostris rebus scribere jussus sum, vnum hoc tantum addam, nos omnes assiduo Maiestatem diuinam deprecari, gratiam tibi, nostro omnium parenti, largiatur vberrimam, qua et Ecclesiae sanctae prodesse plurimum, et nos omniaque nostra in Deum Opt. Max. dirigere felicius possis. Burgis 8 cal. Octobris.

Commissione Ri. Patris rectoris, seruus et filius in Christo,

† Joannes Fernandez † [2].

---

[1] Hic fundavit collegium in oppido Billimar, prope urbem Burgos.

[2] In catalogo collegii vallisoletani ineuntis Januarii 1565 haec leguntur: «P.e doctor Juan Fernández. A ocho años y 4 meses que entró en la Compañía, y más de 6 que hizo uoto de escholar. Es de Toledo. Antes de entrar en la Compañía había oýdo rhetórica, 3 años de griego y oýa theología y hebreo, y hera licenciado en artes por Alcalá. Después de

Inscriptio. † IHS. Al muy Rdo. Padre nro. en Christo, el Padre maestro Laýnez, praepósito general de la Compañía de Jhus. En Roma.

Alia manu. 1558...

197

P. HENRICUS DIONYSIUS

COLONIA 28 SEPTEMBRIS 1558 [1].

1. *Coloniense collegium maxime floret alumnorum numero, nobilitate, progressu.*—2. *Gymnasiarchae cujusdam irriti conatus in Societatem.*—3. *Ejusdem disciplina perditi adolescentes, in gymnasio nostro resipiscunt.*

1. † Pax Chri. Sustinemus, P. R., non vulgarem expectationem, *quam vincere quidem pulcherrimum, negligere turpissimum, respondere autem ilii aliqua ex parte fuerit* [a] necessarium. Alii quidem cum apostolis manipulos frugum in horrea inferunt, nos cum Ruth spicas adportamus; *pudor quidem est dicere, sed tamen obedientia tacere vetat.* Vetus quidem cantio est, non tamen gustui insuauis nec auditui iniocunda nec fructu vacua: nempe discipulorum numerum quotidie magis ac magis incrementum sumere. Nam [b] vndique glomeratim adolescentes accurrunt, quasi nusquam melius quam apud nos institui queant. Si numeri

[a] cui respondere saltem aliqua ex parte esset. —[b] *Quae praecedunt, desiderantur apud* H.

entrado, acabó el curso de theología, y ordenóse y graduóse de doctor por Gandía. Ha seis años que predica, y peregrinó por el obispado de Burgos en compañía del cardenal predicando y enseñando la doctrina. Es de 28 años y 4 meses.» In codice *Cast. 13,* fol. 33 (deletis 86 et 170). Plures annos theologiam docuit in collegiis Hispaniae et in Urbe, et apostolica ministeria fructuose et heroice exercuit in castris Flandriae. Quem etiam P. Aloysius Coloma, S. J., celebravit in «Hombres de antaño», apud *Mensajero del Corazón de Jesús*, 1884, II, 46 sqq.

[1] Ex autographo a Polanco emendato, in codice *Germ. 142,* 2 ff., nn. 49, 50; prius 536. Edita est ab Hansen, *Rheinische Akten...*, 313 ex apographo coloniensi. Polanci correctiones et emendationes consueto modo indicamus.

habenda est ratio, *qui non leniter estimandus est*, reliquas bursas superamus. Si nobilitas spectetur, aut superamus aut certe [a] aequamus. Si vero de morum ingenuitate, litterarum et pietatis progressu sermo est, profecto longo [b] alios interuallo post [c] terga relinquimus; hunc profectum ex frequenti communione, ceu ex radice ramusculos suppullulare comperimus. Ad hanc usque adeo anhelant frequenter, ut in festo natiuitatis S. Mariae proxime elapso cateruatim, non sine plurimorum admiratione confluxerint, non solum ex mediocris fortunae iuuenibus, sed etiam ex nobilioribus. *Praeter alios etiam accessit nobilissimi cuiusdam baronis filius quem in collegium sollicitati suscipere non potuimus ob loci angustiam* [d]. *Sunt enim fere 70 qui nobiscum victitant.*

2. Quidam gymnasiarcha, non *admodum* in fide syncerus, fouet in schola quadam triuiali plus minus mille quingentos adolescentes [1]. Is conquestus est (si cuidam probatae fidei uiro fides adhibenda est) sibi maximam inferri iacturam, quod celeberrima nostri collegii fama quamplurimos discipulos ab illius schola euocet ac abducat in nostrum conuictum, aut saltem sub nostram disciplinam. Incredibile dictu quantam nunc ille nauet operam ut suos conseruet, partim per praeceptores quos sibi vndecunque potest accersit doctissimos, partim solito maiori diligentia, qua [e] leges scholasticas renouat, praefectos iuuenum per domos ciuium constituit ut perdendae iuuentuti vacet et suis crumenis consulat. Caeterum tantum abest ut spars*um* de nobis *rumorem* [f] *aut* obscurare *aut etiam labefactare* queat, ut etiam non mediocriter illustret. Nam illius praestigiae *ac sycophantiae,* quibus incautos adolescentes illaqueare ac irretire contendit, adeo innotuerunt ut catholici

---

[a] recte H. —[b] longe H. —[c] p9 *ms.* —[d] *A vv.* Ad hanc usque *desunt in* H. —[e] quam H. —[f] sparsam ... famam.

---

[1] Ut annotat HANSEN, loc. cit., agitur de Monheim, professore dusseldorpiensi.

parentes vehementer abhorrentes ab illius institutione filios suos auocent ac nobis instituendos committant, non sine querelis ac improperiis quibus illum incessunt [a] quod filios tam nephandis heresibus imbuerit. Nec certe falluntur. Nam dum ad nos veniunt, a confessione, communione et religione orthodoxa videntur alienissimi. Et res ipsa docet. Nam dum quidam a multo tempore non interfuerunt missae sacrifitio, mirabantur celeberrimos Eclesiae ritus; stupebant cur reliqui adolescentes pectora tunderent pugnis; item cur rosarium circumferrent ac in genua prouoluerentur. *Tum suppliciter rogitantes edocebantur.* Aliquot vix a quinquennio semel confessi erant: intrepide non solum de nostrae religionis mysteriis dubitantes, sed singula quasi ridicula aut impia suggillabant impudenter. Iam vero ex institutione confessarii et aliorum exemplis ita commutati sunt, ut ex impiis pii, ex demonibus angeli effecti esse videantur. Adde quod etiam alios pietate superare contendant [b]. *Quid memorem quo pacto* haereticorum libros, ex quorum lectione pestilentissimum illud animae virus hauserunt etiam prompti, non sine haereseon abominatione, ad regentem nostrum ut comburantur adporta*bant?* [c] Sed est haec mutatio dexterae excelsi [d]. Nec hoc silentio inuoluendum est, quod etiam sacerdotes *extranei* [e] et adolescentes confessionem generalem fecerint non sine singularis emendae [?] [f] coniectura. *Egregiam operam nos nauasse existimabimur, si illius gimnasyarchae vires retundamus aut improbos conatus labefactemus, si omnino eneruare non poterimus. Nos interim vestris ac fratrum precibus adiuti non parcemus industriae quam sentimus in nobis esse exiguam* [g]. *Postremo* regens noster [1] in quodlibeta-

[a] incessant H. — [b] *A vv.* Nec certe *desiderantur apud* H. — [c] adportant. — [d] *6 vv. praeced. desunt apud* H. — [e] externi. — [f] *Obscure exaratum;* curandi H. — [g] *A vv.* Egregiam operam *desiderantur apud* H.

[1] P. Joannes Rethius.

rium (ut vulgo dici solet) omnium consensu electus est. In hac functione non exigua amplissimae messis spes reposita est. Praeceptores omnes ac fratres recte valent et suo probe funguntur offitio dum et in pietate et in literis progressum non poenitendum faciunt [a]. M. Joannes Berckel, elapsis aliquot diebus, nempe 22 Septembris in s. theologia pro baccalaureatu cum honore respondit. Sunt et alii qui ad responsiones in eadem facultate se diligenter parant. In lectionibus eodem perstant feruore, imo se vincere student. Praeceptorum sedulitas diligentes etiam reddit discipulos [b]. Dictu mirum, sed non relatu *mirandum* [c], quanta animositate et alacritate orationes declamant Ciceronis flosculis non inconcinne illitas. Ego in sacris concionibus perseuero; sed in amplissima messe operarium indignum, vestris flagrantissimis precibus adiuuate, quo et se et Christo multos lucrifaciat; qui R. P. T. cum omnibus fratribus diu nobis ad gloriam nominis sui seruet incolumen. Amen. Scribebam Coloniae 28 Septembris, anno 58. Consalutant R. P. T. cum omnibus fratribus, Pater Leonardus cum reliquis omnibus.

Henricus Dionysius [1] servus inutilis, ex voluntate P. Leonardi.

Inscriptio. R.do in Christo Patri, P. Jacobo Laynezio, generali Societatis Ihs. praeposito.

Alia manu... Receuta a 5 di Genn.o 1559. Emend.

---

[a] *A v.* Praeceptores *desunt in* H. —[b] *Quae sequuntur usque ad v.* Coloniae *desunt in* H. —[c] iniocundum.

---

[1] Noviomagensis, de quo saepe in litteris coloniensibus mentio facta est. Cf. pp. 2, 3, 45, 61, etc.

198

P. ANTONIUS FONTOVA

MURCIA 29 SEPTEMBRIS 1558 [1].

1-2. *Gratulatio de electo Patre generali. Plura missarum sacrificia hac occasione Deo oblata.*—3. *Propter pestem grassantem epistolae difficile mittuntur. Lectionibus et contionibus interruptis, omnes confessionibus audiendis dant operam.*—4. *Septem in collegio socii remanserunt; scholastici fratres in heremitoria quaedam missi sunt; octo de Societate in provincia vita functi; unus tantum in Societatem ingressus.*—5. *De aegrotis qui in collegio sunt, maxime de fratre Alexandro Romam mittendo.*—6. *Episcopus desiderat collegio beneficia adjungere, ac scire cupit, sitne id permissurus summus pontifex.*—7. *Omnes in collegio bene procedunt; usus tamen mortificationum remissus est hoc tempore.*—8. *Ministerium doctrinam christianam docendi pueros cessat ob plurium mortem.*

1. † Ihs. Muy Rdo. P.e en Chro. Gratia et pax Chri., etc. Habrá doze días que rezcebí vna del P.e Francisco [2], de Valladolid, con vna copia de vna del P.e D. Auellaneda, de Roma paral mesmo P.e Francisco, y dellas entendimos cómo Nro. S.or auía dexado concluir lo que tanto desseáuamos, como era la electión del general; y specialmente nos hemos en extremo consolado en que nos haya dado a V. R. Plega a su Magestad communicarle su spíritu y dones, como hasta ahora lo ha echo, y nosotros lo auemos menester.

2. En este collegio se han dicho, y de muy buena gana, y se dirán por toda la prouincia las seys missas que el P.e Francisco ha ordenado que diga cada sacerdote, tres en hazimiento de gracias con el Te Deum laudamus todos juntos, y tres por V. R., por el qual como hijos que tanto lo deuemos, no cessaremos continuamente de rogar.

3. Los postreros de Agosto escriuí largo a V. R. con

[1] Ex originali in codice *Hisp. 96,* 2 ff., nn. 187, 188; prius 377, 378.

[2] P. Franciscus Borgia, Hispaniae commissarius.

la del mes, y vna quadrimestre [1] de las cosas deste collegio; del qual si no se resciben cartas, no es porque se dexen de escreuir, porque esto siempre se ha hecho a sus tiempos; la causa será por la pestilencia con que Nro. Sor. ha visitado esta ciudad y Valencia y Barcelona, por lo qual están tan sospechossas estas ciudades, que con grande difficultad y maña entra y salle carta dellas, a lo menos desta; y ha esta causa han cessado los estudios de latinidad y lición de casos de consciencia que aquí se leýa, desdel primero de Julio, y los sermones; porque la gente se ha ydo toda la que ha podido, y los que aquí estamos, nos occupamos omnino en confessar los enfermos y sanos; de lo qual summamente se ediffican los que han quedado, y por defuera, donde se ha harto estendido el buen odor.

4. Estamos en el collegio tres sacerdotes y 4.° hermanos; a vnas hermitas que nos dió el obispo, a vna legua de aquí, se fueron los hermanos estudiantes con vn sacerdote que leýa latinidad; es lugar muy cómodo, y pienso que estarán harto seguros de la contagión. No son muchos los enfermos de la ciudad, y los que mueren son pocos, pero al fin es deste mal. En esta prouincia, que yo sepa, han muerto ocho de la Compañía; 3 sacerdotes y dos legos en Barcelona [2], y dos legos en Valencia [3], y aquí vn hermano estudiante llamado Cabrera; estos han muerto desdel miércoles santo hasta ýltimo de Agosto. Queda esta prouincia

---

[1] Vide superius, pag. 763 sqq.

[2] Tres hi sacerdotes fuisse videntur P. Joannes Gesti, collegii rector, P. Ludovicus Cistero et P. Joannes Baptista Sepulveda. Ita in catalogo defunctorum collegii barcinonensis (in codice *Aragon. 15,* fol. 9; prius 28, deletis 179 et 376) qui ad annum 1564 usque pervenit; quamvis in catalogo hi Patres dicuntur, per errorem ut videtur, mortui anno 1557, et nullus invenitur vita functus anno 1558. Fratrum nomina ignoramus.

[3] Didacus Sarabia et Martinus de Gaona. In cod. cit., fol. 62; prius 12. Astrain, *Historia de la Compañía...*, II, 527. Plures alii sacerdotes et fratres obierunt in hac lue subsequenti tempore, viginti numero, quos inter epistolae auctor.

bien falta de subiectos por auerse muerto muchos, y no se recebir quasi nadie, sino fué en este collegio antes desta enfermedad vn bachiller en artes, natural de la ciudad, bien hábil y morigerado.

5. Vn hermano lego se nos hirió habrá más de 15 días; ha querido Nro. S.or que se ha librado; ya se anda por casa. Al P.e M.o Gaspar López dieron vnas tercianas habrá diez días, y como es viego y débil, lleuáronlo muy al cabo; y assí apenas teníamos esperança de su vida; después ha querido Nro. S.or dexárnosle para nuestra consolación y ajuda, que lo es bien menester en este tiempo; aunque desseaua más acabar la jornada, que otros procuran alargarla; el domingo dize el médico que podrá descender a hoir missa a la capilla. Al hermano Francisco Alexandro tenemos malo de tercianas desde 18 de Agosto, creó que le conosce V. R.; quando los Padres fueron a la congregación tenían orden de lleuarlo y no se pudo hazer; dexáronle en este collegio para desde aquí embiarlo con la vía más cómmoda que vuiesse; no se ha offrescido hasta ahora. Si Dios le diesse salud agora, entrada de inuierno, se auía de offrezcer algun passaje, y assí pienso embiarlo; todavía porque estoy perplexo, holgaré de saber la voluntad de V. R.; y creo según su flaquessa, habrá tiempo para la repuesta; él aunque no muestra desseo de ir por allá, antes parezce que lo rehuye, pero él biue siempre affligidíssimo como dije, y está inútil y por tal le han jusgado por acá los Padres para la Compañía, neque enim videtur omnino sane mentis.

6. La obra deste collegio ha cessado del todo con esta enfermedad; es menester rogar por la vida del obispo [1] porque quedaría muy imperfecta y el collegio con mucho trabajo. Dessea su S.a vnir al collegio préstamos o beneficios, porque si biue le vendrán a las manos; dessea mucho saber si su santidad lo querrá hazer, y esto me ha

[1] Stephanus de Almeyda.

scrito el P.e Francisco que consultasse con V. R., y assí sería necessaria la repuesta.

7. Todos los deste collegio proceden in spiritualibus bien, gloria a Dios; aunque a mortifficaciones no se da tanto lugar, por ser el tiempo tan trabajosso.

8. La doctrina christiana se empeçó a enseñar desdel primero de Setiembre a los niños, y no sé si del aiuntamiento o de qué, se hirieron vnos quantos niños y murieron y el hermano de casa, que arriba dixe, que ajudaua a enseñarla; y otros dos mancebos estudiantes deuotos, que también ajudauan, se hirieron y el vno murió; y assí la dexamos, y los padres tampoco no querían embiar los hijos.

En los sacrifficios y oraciones de V. R. y de toda essa casa y collegio húmilmente me encomiendo y todo el collegio. Chro. nro. Sor. a todos dé su santo amor y temor. Amén. De Murcia y de Setiembre 29 de 1558. De V. R. indigníssimo hijo y sieruo en Chro.,

Antonio Fontoua [1].

Inscriptio † Ihs. Al muy R.do y charíssimo P.e en [Christo, e]l P.e D. Laýnez, prepósito general de la Compañía de Iesús en Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu... R.ta a 20 de Feb.ro 1559.

---

[1] Vide superius, pag. 766, annot. 2.

199

P. PETRUS SANCTA CRUCIUS

MONTE REGALI 30 SEPTEMBRIS 1558 [1].

1. *Confessionis et communionis frequentatio.*—**2**. *Graviter decumbentes juvantur.* —**3**. *Dies visitationis B. M. Virginis magna sollemnitate et nobilium concursu in nostro templo actus.* —**4-5**. *Odia restincta.*—**6**. *Contiones habitae.*—**7**. *Scholasticorum infrequens numerus.*—**8**. *Sodales.*

1. ✝ Molto Rdo. in X.º P.ᵉ Pax Chri., etc. Per questa scriuirò alla P. V. il frutto spirituale il quale Iddio uro. Signor s'ha dignato adoperar in questi sei messi passati per mezo de gli serui suoi, gli quali ci trouiamo in questo collegio della Compagnia nostra.

Primamente quanto alle confessioni et communioni sempre ogni dominica et festa mai hanno mancato, quando 10, quando 12 communioni in chiesa nostra; di fuora hauemo confessato molte persone infirme, delle quali sonno state molte, massime questa state, et penso siano state più di 100 persone quelle che hauemo confessato in manco di duoi mesi, perchè pochi sonno stati quelli che non siano stati amalati, fra gli quali hauemo confessato alcuni di 2 anni; altri di 4, altri di 6 et etiam di 8 anni che mai s'erano confessati.

2. Hauemo etiam essortato a ben morire a molte persone delle quali siamo stati chiamati, et questo per la grande affettione ci portano, et etiam perchè dicono che non vedono nelli altri tanta gratia et dono d'Iddio in questa opera di charità, quanta in quelli della Compagnia, gli quali non facendolo per guadagno temporale, con più consolatione et deuotione delle anime loro partono di questa vita quelli che morono con tale essortatione.

3. Nel giorno della visitatione della nostra Donna (nel qual giorno si celebrò la festa della chiesa nostra) fu gran-

[1] Ex autographo in codice *Ital. 113*, 2 ff., nn. 142, 143; prius 309.

de il concurso delle persone alle vespere, le quali furono solenne, alle quali si trouò monsignor il vescouo di questa città [1], et nella missa fu più grande il concurso della gente perchè la cantò il signor inquisitore de questa insula [2], il quale per la grande affettione porta alla Compagnia nostra volse venir in compagnia del signor gouernatore et altri molti gentil'homini per trouarsi presente; nel qual giorno si communicorno più di 40 persone, et nel giorno della assuntione della nostra Donna, furono anchora più di quelle del giorno della visitatione, et etiam tutta l'ottaua non mancorno [a] communioni.

4. S'ha fatto la remissione d'una persona che fu amazata anni sonno, gli parenti della quale mai haueuano voluto perdonar, ma per mezo d'uno della Compagnia l'hanno fatto; della quale remisione ha proceduto grande affettione alla Compagnia, in quanto che la persona che haueua fatto il danno, era persona conosciuta et amata del vescouo di questa terra et de gli altri sacerdoti di essa, et haueuano procurato per mezo d'altre persone impetrar la remissione, et mai l'haueuano potuto ottener.

5. S'ha fatto anchora la pace fra due persone, le quali cercauano d'occidersi l'uno al'altro; la quale inimicicia et odio mortale molto tempo era si portauano; pur hora si portano grande amore l'uno al altro, et se prima si odiauano mortalmente, adesso si amano cordialmente.

6. S'ha predicato alcuna volta nel monasterio delle monache di questa città, et hanno sta[to] [b] molto consolate et desiderose della predicatione di quelli della Compagnia. S'ha predicato anchora nella chiesa nostra nelle dominice et feste.

7. Alle schole sonno venuti pochi scholari, perchè molti

---

[a] marcorno *ms.* —[b] *Consumpta charta.*

---

[1] Vide superius, pag. 244, annot. 1.

[2] Franciscus III de Horosco ab Arce. Cf. Pirrum, *Ecclesiae panormit. Not. I*, lib. I, p. 141.

de loro hanno cascato malati, et li loro parenti; pur quelli ch'hanno venuto, s'hanno confessato ogni mese.

8. Gli fratelli nostri, per gratia del Signor, fanno sempre frutto nella loro vocatione et vanno sempre inanzi nelle bone opere et virtù. Del tutto sia ringratiato il datore d'ogni bene.

Per questa non altro. Tutti ci raccomandiamo nelle sancte orationi et deuoti sacrifitii de V. R. P. et di tutti gli Rdi. Padri et charissimi fratelli della casa et colegiò. Di Monreal a gl'ultimo di Settembre 1558.

De V. R. P. seruo indignissimo in Jesu X.º,

SANTA CROCE [1].

200

P. RAPHAEL RIERA

LAURETO 1 OCTOBRIS 1558 [2].

1. *Varii Patrum labores eorumque fructus erga innumeros peregrinos Lauretum advenientes. Nostrorum bonus Christi odor late diffunditur.*—2. *Labores sociorum Recineti, in Romandiola et Maceratae. Spes collegii habendi Maceratae affulget.*—3. *Patres et fratres collegii bona valetudine gaudent, mira pace fruuntur atque in spiritu proficiunt.*—4. *Cardinalis carpensis, nostrorum labores miratus, humanum ac benignum se praebet.*—5. *Dux Urbini aliique nobiles cardinalem carpensem imitantur.*

1. Ihs. Pax X.ⁱ, etc. Molto Rdo. in Xpo. Padre. Per le grandi et smisurate occupationi di questo santo luogho s'è vsata alguna negligentia nel scriuer' a V. R. P. le presenti quadrimestre; pur adesso per non cascar in doppio error con ogni breuità sodisfarò alla pia mente et santa ordinatione sua et a questo nostro obligo. E stata cosa degna d'admiratione et de molti anni in qua non più vista il grande concorso de popoli et altri pelegrini, quali tutta questa estade et massime alquanti giorni auanti et dopo

[1] Vide pag. 85, annot. 2.

[2] Ex autographo in codice *Ital. 113*, 2 ff., nn. 148, 149; prius 106, 107.

la festa della madona de Setembro hanno visitato questo santo luogho, et tutta via ci viene ogni dì grandissima moltitudine per respetto della fiera di Racanati et delle grandi indulgentie di questa santa casa, per il che sono stati occupatissimi tutti gli sacerdoti et hanno hauuta occasione di meritar moltissime corone in essercitar la charità con gli prossimi lauando tanti migliar d'anime nel sangue di Jesu X.º, toglendole al demonio et rendendole tutte santificate et belle al loro creator', in supportar et instruer' la ignorantia de molti, in far restitutioni [a], paci et altri infiniti beni a grande gloria de Dio et essaltatione de la santa Chiesia et particularmente di questo santo luogho, et anche della nostra minima Compagnia, cui fama et odor di santità et di santa et catholica dottrina ci diffunde ogni dì più et fa venir ogni dì più gente in questo santo luogho sapendo che sono accharezzati, instrutti et ben confessati, qual cosa in rare parti del mondo ritrouano. Ci partano molti talmente conpunti et tocchi del spirito de Dio, che dopoi danno molti boni essempi de virtù et santi recordi ad altri. Tra i quali spesse volte sono alguni prelati et altre persone di respetto [b], per mezzo dei quali opera Iddio grande cose. Questi et altri infiniti beni sa cauar la infinita potentia, sapientia et bontà de Dio di questo continuo essercitio di sentir confessioni in vn tal loco per mezzo de molti Padri della Compagnia ben fundati in letter' et santi costumi, del che anche essi loro ne fanno special professione conforme al nostro instituto.

2. La stade passata sonno stati alquanti de gli nostri in Racanati doue col medesimo spirito hanno aggiutate et confirmate molte anime. Et vno degli fratelli nostri per alquanti mesi ha insegnato molti putti non solamente lettere, ma anche boni costumi et la dottrina xpiana. Doi altri Padri di questo collegio essendo mandati in Romagnia, hanno essercitati gli suoi talenti non sensa algun frutto et conso-

---

[a] restituoni *ms.* —[b] respesto *ms.*

latione de molti. Si è anchor fatto algun frutto in altre bande, massime in Macerata doue ha mosso Iddio N. S. talmente gli cuori di tutti gli primi, che per ogni modo spettiamo presto di hauer vn bellissimo collegio in quella vniuersità.

3. Ma lasciando vn poco le cose che si son fatte fuor di casa, scriuirò a V. R. P. alguna cosa di quello che a noi ci apartiene. Non mi ricordo hauer vedute mai le cose di questo collegio proceder' con tanta prosperità, augmento et quiete, quanto questo anno, perciochè pochi infermi habiamo hauuti, et adesso nissuno per gratia del Signor. Et quanto alle cose temporali del vitto et vestito ci ha proueduti Iddio et gli nostri maggiori competentemente. Si è veduta nelli fratelli vna certa pace et quiete tanto de gli animi, quanto de gli corpi, de la quale n'è nata molta deuotione con grandi zeli et principii d'ogni perfettione. Et così anchi nelli studii ci è fatto molto frutto. Procura l'vno edificar l'altro, et tutti insiema, come c[i] piacciono a Dio et edificano molto gli prossimi, senza far grande demostratione nelli occhi de gli homini, non essendo venuto anchor il tempo nel quale s'ha de cauar la lucerna nascosa sotto il moggio [1], benchè alquanti se ne son cauati per diuerse bande; i quali spero che daranno splendor et essempio di la loro santa conuersatione, massime quello che è stato mandato all'India.

4. Il R.^{mo} cardenal de Carpi [2] visitando adesso vn altra volta questo santo luogho, ci è molto aconsolato vedendo et intendendo d'altri il grande frutto che fa Iddio N. S. in questa alma casa per mezo della Compagnia. Et per demostrar quanto conto fa di quella, ha spresissimamente comandato più volte a qui tiene la cura, che non ci lassi manchar cosa alguna. Et al nostro Padre rettor [3] ha con-

[1] Cf. MATTH., V, 15.

[2] Rodulphus Pio de Carpi almae domus lauretanae et Societatis protector.

[3] P. Oliverius Manareus.

ceduto quanto li ha saputo domandar per vtile et ornamento di tutti li membri di questo santo loco; et già a molte di quelle cose s'a dato tal ordine, che spero ne sarà molto seruito il Signor et aconsolati li prossimi in vtroque homine. Sua R.^{ma} S.^{a} molto di cuor' ci racomandò alle orationi di tutto questo collegio.

5. Il simile ha fatto il duca d'Vrbino [1] et molte altre persone di grande qualità senza l'altra multitudine de la quale ogni dì siamo pregati, et certo a nostra grande confusione vedendo il gran concetto che hanno de noi et di tutta la Compagnia. Faccia il Signor secondo la fede et bisogno loro, et a noi dia gratia di poter degnamente caminar inanzi nella via del spirito, acciochè in noi et in ogni altra creatura sia lodato, magnificato et ringratiato nei secoli dei secoli. Amen. Di Loreto al primo di Ottobre 1558.

Per commissione del nostro R. P. rettor', D. V. R. P. indegno figliolo et seruo in Jesu Xpo.,

RAFAEL RIERA [2].

Inscriptio † Al molto R.^{do} in X.^{o} Pre., il Pre. M.^{o} Hiacomo Laynes, preposito generale della Compagnia di Giesù. Roma.

---

[1] Vide superius, pag. 663.
[2] Cf. pag. 400, annot. 1.

201

CAROLUS SAGERIUS

PARISIIS 2 OCTOBRIS 1558 [1].

1. *De Patris Bellefille assiduis laboribus.—2. De fratrum nostrorum studiis.*

1. Jesus. Gratia Dni. nostri Jesu Xpi. perpetua nos donet libertate. [*Multis verbis deliberat utrum scribat necne.*] Atque primum vt a Patre nostro (in quo rei huius initium atque exitum quaerere debeo) incipiam, si singula eius quo animo ea exerceat munera singulosque labores vellem persequi (neque enim eius commendatione maiore, quem satis per se commendatum ac probatum scio, adductus dico) rem in infinitum profecto producerem; eoque magis mihi exacte omnia explicare esset difficilius, quo mihi incogniti magis fructuosi quidem sui labores; solus quippe ab ortu lucis ad eiusdem occasum (vt vix ei respirare liceat, sumendique prandii nihil aut parum otii supersit) confessionibus audiendis cum vberrimo amplissimoque fructu ac sine vlla propemodum intermissione dat operam. A quibus vbi pedem retulit, egrotantes, quos soletur, visitat, quod certe cum alio tamen fratrum nostrorum haud exiguo cum fructu (vt de vno tantum egrotante compertum habeo) fecisse cognoui, cui ab omnibus quidem in infirmitate derelicto ac panem petente, qui ei frangeret, aderat nemo [2]. Curauit vero quam maxime potuit frater ille noster, vt primum confessionis tum eucharistie sacramentis confirmaretur: quae cum auide et cupide a multis jam diebus desiderans sumpsisset, non ita multo post ad coelos, ni fallor, demigrauit.

Sed ad Patrem nostrum redeo, quem vnicum hic sacerdotem habemus. Qui non modo interdiu audiendis confes-

[1] Ex autographo in codice *Gal. 53*, 2 ff., nn. 60, 61; prius 386 (237). Exstant tria apographa in ff. 36, 37 et 38. Autographum anni notatione caret. In apographis appositus est annus 1558.

[2] Cf. THREN., IV, 4.

sionibus, solandis afflictis, visendis egrotantibus, sed etiam noctu iisdem sarte ab omni perturbatione conseruandis studet, atque ipse vel maximis illis negotiis praepeditus quod e re nostra est et institutis, rura petiuit.

Fratris vero nostri, cuius mentionem paulo ante feci, studia his profecto non dissimilima nec cum labore minore suscepta, percensere opus fuisse arbitratus sum. Nec vero qui nobiscum singulis dominicis ac festis diebus D. Germani edem adire consueuerant, ab eo quidem desciscunt, sed qui antea minime solebant, jam nunc accedunt. Multa sciens, R. P., sed que, consuetudine in nobis posita, ordinem suum sequuntur, praetereo.

2. Jam si de studiis nostris pauca dixero, nihil quod sciam mandatu dignum praetermittere videbimur, quae quidem certe vna cum moribus mihi florere ac vigere (neque enim id nostri fauore allectus testificor) non obscure videntur vt domesticis quibusdam exercitamentis et inter nos concisis disputationibus non parum progressionis, vt diuino auxilio freti speramus, in litteris faciamus. De cetero omnes prout suae cuiusque sunt partes in iis non inconcinne versantur, sed spe magis alimur omnes (in quibus nulli adhuc aut exigui certe in proximum redundantes fructus existunt) qua, fructuosorum officiorum et ad proximum pertinentium recordatione, apud nos letemur, quippe qui litterarum adhuc studiis occupati iis rebus animum, vel etiam volente ita Patre, intendere nequeamus. Pater noster ceterique fratres omnes, bene fauente Deo, preclare nos habemus, nosque vno animo tuis ac ceterorum Patrum sanctissimis precibus commendatissimi haberi desideramus, vt cum illis labores quosuis qui in Dei cedant gloriam, in proximi salutem redundent, subire, nec facile oneri succumbere possimus. Vale. Lutetiae Parisiorum, secundo die Octobris. R. P. T. indignissimus in Xpo. filius,

Carolus Sagerius [1].

[1] Vide pag. 365, annot. 2.

Inscriptio. Rdo. in Xpo. Pri. ac Dno. Jacobo Laynez, vicario generali Societatis nominis Jesu. In aede Beate Mariae della Strada. Romae.

202

P. JOANNES DE CASTAÑEDA

OCANIA 4 OCTOBRIS 1558 [1].

1. *Civium benevolentia erga nostros et frequentia sacramentorum.*— 2. *Numerus alumnorum.*—3. *Ministeria spiritualia Patrum et publica conversio et reconciliatio cujusdam viri praepotentis.*— 4. *Unio cum fratribus franciscanis.*—5. *Collegii fundatoris amor.*

1. † Ihs. Muy R.do en Chro. P.e nro. Pax Christi. Las cosas de este collegio de Ocaña, después que a ella vino la Compañía, van siempre cresciendo en maior augmento del aprouechamiento spiritual de las almas; es grande la voluntad y afectión que todo el pueblo nos muestra, y lo que más es la deuoción y calor que en él se vee de la freqüencia de los sacramentos, tanto que serían menester hartos más sacerdotes de los que en casa ay para satisfacer al deseo de las gentes.

2. El exercicio de las letras no es menor; ay tres clases y en ellas asta cien o más studiantes, y es sufficiente número para no auer más de medio año que a esta villa vino la Compañía; creemos aurá adelante muchos más, porque ya comiençan a concurrir de los pueblos de al rededor.

3. Son muy seguidos los sermones de los nuestros, y tanto según confiamos en el Señor el fruto como el concurso. Los días pasados en vn pueblo de los principales de esta comarca vbo vn gran alboroto que duró por muchos días, y teníale rebuelto vn hombre muy rico; fueron allá dos Padres de casa y quiso el Señor por medio de ellos ablandar tanto aquella alma, que con ser hombre de mucha

---

[1] Ex autographo, ut videtur, in codice *Hisp. 96*, 2ff., nn. 189, 190; prius 472.

estofa, se humilló ha yr a pedir perdón al cura con quien auía pasado lo más de la riña, y traxéronlo consigo a Ocaña a que hiziese exercicios. Hízolos con mucho aprouechamiento, y freqüenta después de salido mucho los sacramentos, y da grande exemplo de sí en Ocaña adonde se vino a viuir por vyr las ocasiones de más escándalos en el pueblo do antes residía. Es muy deuoto de casa, y da muestras que faboreçerá largo en lo temporal de este collegio, porque es hombre que lo puede muy bien hazer.

4. Los Padres franciscos están muy bien con nosotros, conuidáronnos con mucha charidad el día de S. Francisco a su casa; fueron algunos Padres allá y tratáronlos con mucho amor y offrecimientos de hermandad y vnión en el Señor para obrar en su viña; lo qual no fué poca consolación para nosotros, y no creo que será poco seruicio de Dios.

5. El fundador [1] cumple muy bien lo que puso con la Compañía, y allende de eso faboreze muy largo en lo que puede, y mostrando tanto mayor la voluntad, que no estima en nada lo que haze para lo que desea poder hazer. En fin, por ser hombre particular y no de mucha renta, no ay en casa aparejo sino para poca gente. Speramos en el Señor nuestro quél dará disposición para más. No más sino quel Spíritu Santo assista y rija a V. P. en todo para augmento de su Compañía. Amén. Todos nos encomendamos en los sanctos sacrificios y oraciones de V. P. De Ocaña a 4 de Octubre 1558. De V. P. indignníssimo hijo en el S.or,

†
CASTAÑEDA [2].

Inscriptio. † Ihs. Al muy R.do en Chro. P.e Nro. P.e, el P.e M. Laínez, general de la Compañía de Jesús. En Roma.

Alia manu... Del P.e rector [*sic*] ... R.da 6 de Março 1559.

---

[1] Ludovicus de Calatayud.

[2] Vide superius, pag. 600, annot. 1.

203

P. JACOBUS DURAN

HISPALI 7 OCTOBRIS 1558 [1].

1. *Sociorum numerus, valetudo, ministeria. Bonus odor nostrorum occasione errorum lutheranorum.*—**2.** *De scripto anonymo contra Societatem, et de inquisitorum benevolentia.*

1. † Gratia et pax Xpi., etc. Ne iniunctum obedientiae munus de literis quarto quoque mense Romam mittendis praetermittatur, en tibi, Pater in Christo plurimum obseruande, eorum quae hic gerantur summam accipe. Valent omnes Hispali, atque instituti nostri ludo vires intendunt; nam licet grex noster non numerosus adeo sit, quantum emporium hoc, quo undique nationes confluunt, efflagitat, tredecim namque sumus non plures: at vero et proximis inuigilatur, tum sacramentorum frequenti ministerio, tum iam iam morituris assistendo; et quia omnium bassys est firmissima, mores proprii regularum obseruatione ac carnis castigatione pro uiribus excoluntur. Sit Xpo. Opt. Max. gratia, cui difficile non est saluare uel in multis, uel in paucis [2], unde fit ut multi, deposita inuicem diuturna simultate, et intestinis quae inter se gerebant odiis, foedus persancte ineant, ministro aliquo sodalitii nostri Patre; nec enim authoris titulum operis tanti arrogabit quisquam, si sapit, cum nec qui rigat, nec qui plantat aliquid sit, sed qui incrementum dat Deus [3]. Is tandem virgulto huic Societatis in terra hac inuia et inaquosa consito incrementum dedit adeo, ut illius doctrina sincera, pura, et nihil omnino faecis habens ab omnibus judicetur, idque frequens populus, qui ad nos tam priuatis quam publicis exhortationibus concurrit, testatur facile; nec tamen id exigui momenti

[1] Ex originali in codice *Hisp. 96*, unico fol., n. 191; prius 494.

[2] Cf. I Reg., XIV, 6.

[3] I Corinth., III, 7.

duci debet, his praesertim temporibus calamitosis, ubi occultae haereses, lutherismi plurimi, longe lateque urbem hanc labefactantes nunc demum suppullularunt; adeo ut multos apud populum magni nominis uiros cancer iste infecerit, serpserit, et medullitus corroserit. Placuit vero Patri misericordiarum, qui hunc Hispaniarum angulum ab hoc praesentissimo ueneno hactenus praeseruauit, quique illum velut terrestrem pasadissum flammeo gladio atque versatili, nempe sanctae Inquisitionis munere, custodiuit, antiquae serpentis insidias detegi, sinuosos flexus inuestigari et bestiam hanc ascendentem de abysso subolfieri. Quaeruntur complices, ligantur matronae, promiscuum vulgus trahitur, post comprehensa dogmatistarum capita, si modo capita, et non potius acephalum corpus sit dicendum, quod Ecclesiae caput mente sacrilega abnegat [1]. Simbolum autem nostrum Christus est, Ecclesia est, et qui Xpi. vicem in terris gerit; quod usque adeo apud omnium aures inualuit, ut et inimici nostri sint judices, nempe vulpeculae quae vineam Dei sabbaoth demoliri machinabantur.

2. Contigit enim abhinc paucis diebus paschillum quendam gradibus maioris Ecclesiae hujus urbis affixum, et materno sermone conditum reperiri, qui ad literam sic habebat: «† Ihs. Maria. Quisquis doceri velit doctrinam xpianam. Sancti Officii, repetat limina Societatis Ihu. ibi enim docebitur, modo ne juret aut cartharum ludum exerceat.» Quod cum sacerdos quidam probatae vitae ac nobis conjunctus valde, resciret, ecce, inquit, Cayphas alter, qui corrupto animo prophetauit [2]. At vero inquisitores, qui tam sunt negotio nostro propensi, ut et hospitiolum nostrum visitare et apud nos tenue prandium interdum sumere non dedignentur, conscii facti, gaudemus, inquiunt,

---

[1] Vide, sis, Menendez Pelayo, *Historia de los Heterodoxos españoles*, II, cap. IX.

[2] Cf. Joann., XI, 51.

quod doctrinam uestram tribunalis nostri discipulam nouerint; dabitur interim opera, libelli authorem, si fieri possit, cognoscamus; ideoque apud se paschilum reliquum fecerunt.

Hoc tibi, reuerende in Xpo. Pater, scribendum censui, deprecans praecipias fratribus, improbis interpellent precibus sinagogam hanc sathanae ab urbe hac expellat Dominus, Aegiptique locustas deturbet in mare. Faxit ipse, cui nihil difficile, nosque omnes sospitare velit, ut Christi Jesu crucifixi Societatem nomine et re pro uiribus referamus. Amen. Hispali, nonis Octobris, anno 1558. P. T. indignus filius,

† DURAN [1].

Inscriptio. † Jhs. Al muy R.do P.e nro. en Chro. N. Padre M.o Laýnez, prepósito general de la Compañía de Jhs. en Roma.

204

LUDOVICUS GERARDINUS

BILLOMO 12 OCTOBRIS 1558 [2].

1. *De confessionum et contionum fructibus.* —2. *De scholis earumque exercitationibus.*—3. *Nostrorum occupationes, valetudo, numerus. Adolescentes duo Societatem ingressi; quae quidem apud omnes optime audit.*

1. † IHS. Gratia et pax X.i [*Ex obedientia se scribere dicit et ordinem dicendorum proponit. Duo conversionum exempla omittimus.*] Dei *porro* benignitate nobilissima quaedam [a] extremo uitae suae die, quo [b] utebatur

[a] quaedam domina quamuis extra vrbem esset. —[b] eum quo.

[1] Epistolae auctor videtur esse P. Jacobus Duran. Cf. *Lainii Monum.*, III, 509.

[2] Ex autographo in codice *Gal. 53,* 4 ff., nn. 149-152; prius 198-203 (33-35). Secundum HANSEN, *Rheinische Akten...*, 767, exstat apographum in archivo coloniensi.

confessario, *eundem* accersiri iussit, *cuius* [a] precibus se commendans *effecit* [b] ut mortua non ab alio quam a Patre nostro in sepulchro conderetur. Cuius mortuae pietas ac religio uix dici potest quantopere apud omnes commendetur. Sic uero nostrorum Patrum concionibus afficiuntur omnes, ut piis eorum uotis ac desideriis satisfacere difficillimum sit. Quod hinc constare satis potest, quod alterius dioecesis briodenses M. Robertum Clayssonium iam tertio anno sollicitent, ut aduentus et quadragenarii ieiunii tempore [c] concionetur. Eundem quoque Montisferrandi ciues iam secundo efflagitant. Verum R. episcopus *mecoenas n.* [d] est eius animi, si per ualetudinem liceat, ne alibi quam Marlinch tum temporis concionetur, quo [e] zizaniam illic pullulantem, Domino cooperante, extirpare possit. Taceo sacram eucharistiam singulis dominicis diebus sumentium profectum, ne idem semper scribere uideamur. Eo siquidem crebrae P. nostrorum conciones potissimum tendunt, ne horum feruor diminuatur, tanque utile ac salutare remedium aspernentur, quin potius illorum exemplo atque hortatu plures in dies excitentur. Quod quam difficile factu sit, *iam saepius* nemo est nostrum qui non expertus sit; omnes enim id nouum et plane inusitatum ante aduentum nostrum clamitabant fuisse. *Faxit Deus ut toties ad sanctam coenam inuitati, huius seruis aliquando obtemperasse nobiscum gaudeant, aut si eos audire recusare pergant, alios per compita, plateas et uillas aduocaturi alii mittantur* [1], *quorum et nos feruore amplius excitemur.*

2. Nunc ut de scholis nostris aliquid dicamus, *propositus a nobis ordo commonet. Qua in re prolixe mihi agendum minime arbitror, quod pluribus ad nos literis harum ordo*

---

[a] a quo adiuta eiusque. —[b] obtinuit. —[c] apud se. —[d] claromontanus. —[e] hereticorum.

---

[1] Cf. Matth., XXII, 1 sqq.

iandiu nobis innotuerit. Vt enim [a] docendorum puerorum semel a nobis succepta prouincia, ab instituto nostro discedere non patitur, ita certe exercendae in omnes charitatis studium sanctaeque obedientiae meritum magis ac magis in dies munere nostro fungi suadet impellitque, ut non solum bonis artibus ac disciplinis, sed etiam honestis moribus religioneque christiana puerorum animi instituantur. Hinc fit ut in hac parte quoque plurimum apud omnes [b] magis ac magis *in dies* scholae nostrae commendentur, vtque hinc triginta et amplius miliaribus una cum suis paedagogis non paruus discentium numerus ad nos confluat, Societatis instituto applaudens, quae et adultis et paruulis consultum esse uoluit. Quippe qui magna saepe animarum iactura, falsaeque doctrinae periculo, sub aliis praeceptoribus dare operam prius cogerentur. Futurum enim Dei ope existimant omnes, non paucos e scholis nostris egressuros qui, hereticorum technis retectis [c], aliis exemplo sint quonam christianorum more uita sit instituenda. Quantum uero ad hanc rem emolumenti crebrae confessiones afferant, nemo est qui non uideat, quod et nonnulli horum singulis dominicis, permulti uero solemnibus diebus sacrosanctum Xi. corpus sumere soliti sint. Quo autem nos amore prosequantur, non facile dixerim. *Nescio enim utrum illi nos, an nos illos magis redamemus.* Quorum numerus haud dubitamus quin multo copiosior fuisset, ni morbo passim serpente ac ab Augusto inualescente (qui nunc demum Dei gratia se remittit) plures aëris mutatione sibi consuluissent, aut male affecti patrios lares reuisissent. *Qui quominus nunc omnes reuersi sint, uindemias in causa fuisse compertum habemus.* Non propterea tamen aduentantibus quotidie nouis scholasticis, etiam diebus canicularibus (quibus antecedente anno lectiones intermissae erant) a publico docendi munere uacauimus, eundem horarum, lectionum et repetitionum ordinem seruantes, quem romani collegii more

---

[a] vt. —[b] in dies. —[c] doctrina resistant.

non minori prudentia quam fructu P. Baptista Violaeus nobis praescripsit. Sex numero classes sunt. Caeterum quid in harum qualibet quisque profiteatur, ex catalogo librorum qui cum conclusionibus publice spacio duorum dierum celebri consessu disputatis ad uos trasmittuntur [1], T. R. Paternitas cognoscere poterit; in theologicis, M. Roberto Clayssonio eius facultatis professore praeside, M. Nicolao Paredensi defensore; in metaphisica, phisica, ethica, logica, rhetoricaue M. Leonardo parmensi [a] [2], duobus uero eiusdem discipulis defendentibus. Quae duorum dierum spacio ante studiorum instaurationem durarunt. Quibus finitis locum habuit comoedia iambicis metris a nobis conscripta, B. Malchi eremitae, ut a diuo Hieronimo recensetur, uitam complectens, quem nos differentiae ac ornatus gratia, Malchium nominauimus. *De qua ne quid temere dicam,* nullum utilius argumentum pueris proponi *potuit; quam* [b] ita exhibuerunt, ut res agi serio uideretur. Paucis uero ante diebus, cum hac iter faceret R. [c] Niuerniae praesul, doctrina ac pietate clarus, Jacobus Spifamius, reginae [3] causa, legatione fungens, ut quibusdam controuersiis cum *mecoenate* nostro R. [d] episcopo [4] finem imponeret, ad illum salutandum tam soluta ad eum habita oratione, quam graecis et latinis uersibus decem nostrae scholae adolescentes se contulerunt, quibus quantopere recreatus fuerit Societatisque institutum approbarit, suam nobis operam promittens, multis uerbis declarauit. *Quorum omnium foelicem successum autori in primis rerum bonarum Deo, tuis deinde ac fratrum orationibus omnino acceptum referimus.*

---

[a] praeside. —[b] potuisse videbatur; eam vero. —[c] Rmus. —[d] Rmo.

---

[1] Hunc catalogum non vidimus.
[2] Leonardus Masserus. Cf. *Lainii Monum.*, III, 434.
[3] Catharina de Medicis.
[4] Gulielmus a Prato.

3. Habes, R. P., quae scribenda de scholis nostris putauimus: eadem superest ut breuitate quae ad nos pertinent, persequamur. Vt quod potissimum est primo loco recenseam, sedulo a Pre. rectore curatur ut omni φιλαυτία a nobis auulsa, solita pace ac charitatis uinculo pro uirili nostro in munere omnes uersemur.

M. Petrus Canalis, quantum per dolorem capitis conceditur, tantam in audiendas scholasticorum confessiones operam confert, cui cum P. rectore [1] *M. Robertus ac M. Jacobus Morellus non raro adiumento sunt, quin et M. Nicolaus, cum maior est communicantium frequentia. Insuper M. Jacobo* [2] *uisendorum ac consolandorum aegrorum praecipua incumbit cura, quorum tam domi quam foris maximus fuit numerus. Valemus tamen nunc omnes Dei beneficio, M. Roberto excepto* [3], *cuius ualetudo a graui ac diuturno morbo nondum est prorsus confirmata. Tam siquidem, aliis duobus fratribus decumbentibus, periculose aegrotauit, ut quatuor pene hebdomadarum spacio diu noctuque ei adesse aliquem nostrum perpetuo oporteret, vt tunc primum exercendi charitatis officia domi occasio sese obtulerit. Fratris nostri M. Jacobi uis morbi in quartanam conuersa est, quae dum recurrit, M. Jacobus a docendi labore eum subleuat. Frater Sanson adhuc decumbit, de quo spes est maxima propediem pristinam ualetudinem recuperaturum.*

Benedictus sit Dominus, qui quod optimum suis nouit esse, elargiri dignatur, suorum afflictionis tempore deserens neminem. Numero tam Patrum quam fratrum quindecim sumus, iampridem duobus ex scholasticis nostris in Societatem admissis, quorum unus est tertiae classis, alter uero primae; ut optimae sunt spei ac indolis, sic certe Societatis instituto aptissimi. Huic nomen est Bartholomaeo,

---

[1] P, Hieronymus Bassius.
[2] Jacobus Morellus.
[3] Robertus Lanesius? Vide superius, pag. 714.

illi uero Claudio. Quod perspiciens *mecoenas* [a] noster horum precibus putauit acquiescendum esse. *Pene pari sunt aetate, alter enim uigesimum tertium agens annum, duobus alterum superat.* Faxit Deus ut horum feruor ac religionis profectus in dies augeatur, quos ad sui obsequium certissimis argumentis est uocare dignatus. Subsequuturos, eodem uocante, non paucos, maxima nos spes tenet illius ope ac bonitate persuasos, qui maiorem in dies suae minimae Societatis existimationem excitare dignatur, ut uix quisquam sit qui non magnifice de Societate sentiat, illiusque instituti utilitatem, ne dicam necessitatem, non predicet, ut non solum apud aruernos, sed finitimos ac uicinos populos, nec tantum a popularibus aut sacerdotibus, sed etiam a religiosis illorumque praefectis aliarum religionum institutis praeferatur, qui uno ore affirmant omnes, non potuisse melius labenti et prope cadenti reipublicae christianae subueniri, quam pia ac fideli puerorum institutione, sacramentorumque administratione. Vnde fit ut collegii struendi cunctationem non possint omnes non aegre ferre, metuentes ne R. [b] episcopus *tantam faciens moram,* morte praeuentus, tanto bono reddatur indignus. Ille uero maiori quam unquam erga nos affectu queritur Patrum nostrorum nimiam moram [1]. In primis R. Patris Baptistae, cuius industria ac prudentia haec perfici cupit. *Multa praetereo ut non omnino scitu digna, ita persaepe toedium ac nauseam parientia.* [*Veniam precesque postulat.*]. Ex billiomaeo collegio 4 idus Octobris 1558.

Ex mandato R. P. rectoris, tuae R. P. indignissimus in X.º filius,

Ludouicus Leodiensis [2].

---

[a] episcopus.. —[b] Rmus.

---

[1] Intellige PP. Paschasium Broët, et Joannem Baptistam Viola, qui Romae jam diu agebant ob congregationis generalis negotia. Versus finem mensis Octobris Biliomum pervenerunt. Cf. *Epist. PP. Broët, Jaji...,* 125.

[2] Vide supra, pag. 658, annot. 2. De illo dicitur in codice *Aquit. 9,*

Inscriptio. † Jhs. Rdo. in X.º Patri M. Jacobo Laynes, Societatis IESV generali praeposito. Romae.

Polanci manu. Emendata.

Alia manu. Spedita per tutto.

205

SIMON VIEIRA

EBORA 21 OCTOBRIS 1558 [1].

1. *Frequentia ministeriorum domi et foris.*—2. *Studium perfectionis apud nostros poenitentes excitatur.*—3. *Alieni a Societate ei conciliantur. Aegroti et in carcere detenti invisuntur.*—4. *De quodam monacho, qui ope cujusdam Patris redit ad claustra, et de muliere a daemone vexata.*—5. *Numerus et progressus nostrorum in virtutibus. Aliqui ad Societatem vocati.*—6. *Publicae litterarum exercitationes; epigrammata et epitaphia de imperatoris obitu.*—7. *Mutatio magistrorum, alumnorum copia.*

1. IHS. Rde. in Chro. Pater. Ea quae diuini numinis auxilio proximis quatuor mensibus a nostris acta sunt, ex sequentibus quanta sint, facili negotio cognosces. Cum enim omnes nostrorum Patrum consuetudine et colloquiis summopere delectentur in quibusuis ad animarum salutem pertinentibus, usque adeo eos occupare solent, ut aliquando tempus ad necessaria peragenda non suppetat; non solum enim in nostro templo, sed etiam in tota vrbe confessiones audiunt; ex quibus incredibilis fructus percipitur.

2. Vnde etiam quamplurimi ad eos de nouo concurrunt, et, ut a quibusdam Patribus audiui, in dies magis ac magis poenitentium numerus augetur, qui non contenti animae confessione, meditationes et similia exercitia obnixe eflagi-

---

in catalogo provinciae, qui est in ff. 1, 5-15, ubi ponitur inter sacerdotes non professos: «P. Ludouicus Gerardinus, admissus in Societatem anno1552, natus est annos 36; emisit vota; est natione leodiensis, doctus in philosophia et in latina lingua; professor». Est autem hic catalogus anni 1566.

[1] Ex originali in codice *Lus. 51*, 2 ff., nn. 38, 39; prius 331-332 (723-725).

tant, in quibus se tanto cum progressu et fructu exercent, ut dignum admiratione uideatur.

3. Nonnulli etiam qui antea uidebantur a nobis aliquantulum alieni, modo ita nostros amant, ut domestici uideantur, saepissimeque mundandi animi causa ad nos ueniant. Aegroti uero nostrorum uisitatione ingenti solatio afficiuntur; quamobrem diu noctuque ad eos in extremo spiritu subleuandos accersuntur, quod externos non mediocriter delectat, cum uideant Patres quacumque hora paratos esse. Quamuis autem aegroti habeant aliquos quorum praesentia et colloquio recreari possint, semper tamen nostros accersunt, quod ex miro erga nos studio proficisci certum est. Conciones, excepto uacationum tempore, mediocri hominum concursu habitae, nec mediocris tamen inde utilitas percepta; multi enim ad confessiones commouentur, alii uero iam ueluti currentes (ut aiunt) incitantur.

Eorum qui in uinculis sunt, maxima cura habetur, semper enim a quodam Patre ad uitia fugienda et uirtutes summo animi ardore amplectendas, ad suorum criminum confessiones et sanctissimum Christi corpus sumendum excitari solent. Tantus autem fructus ea in re apparet, vt explicari facile non possit; cum enim multa sint obstacula quae eos quominus Deo se tradant, impedire possint, fere omnes confessarios petunt, saepe tamen illis propter alias et similes occupationes satisfieri non potest. Pater qui eos inuisit, ita omnibus placet, ut non solum uincti sed etiam multi alii, aliquando uiri nobiles, ad eum audiendum accedant. Cumque Pater quadam die sermoni finem imposuisset, quidam ex iis, qui in custodia erant, ad eum accedens, dixit se in eius manibus animam suam ac salutem collocare, ac deinceps praeteritam uitam et solitos mores correxit.

4. Effecit etiam quidam Pater diuino auxilio, vt quidam monachus qui a suis defecerat, vigesimumque octauum annum iam apostolica autoritate extra religionem transegerat, iterum ad pristinum uiuendi statum rediret; idemque Pater praepositum coenobii vt eum admitteret, alloquutus

est. Illud item silentio non praetereundum esse iudicaui, quod superioribus diebus domi nostrae contigit, nam cum mulier quaedam quae a daemone iam octo annos uexabatur, in nostrum templum uenisset, eodemque die sanctissimum Christi corpus sumpsisset, subito a daemone correpta, ueluti extra se posita concidit; rogatus autem spiritus a quodam Patre, quoniam multa quae iam diu contigerant, et omnibus ignota proferebat, aliquorumque hominum multa crimina aperiebat (quem fallere uellet) [*sic*], respondit, seipsum. Cum tamen Pater euangelium et aliqua alia recitasset, adhibito crucis signo, discessit. Mulier uero, quieta ac tranquilla in astantes oculos, ignorans quorsum adessent, coniiciebat, magnoque dolore cordis quo antea octo iam annos assidue premebatur, liberata est.

5. Haec quoad externos. Domi omnes in dies in Dei seruitio proficiunt, et in regularum obseruantia, obedientiaeque perfectione quaerenda magnos progressus faciunt. In hoc collegio erimus circiter 40; quidam uero elapsis diebus in nostram Societatem admissus est, qui iam totam dialecticam audierat, bonae quidem indolis et ingenii, nomine Petrus Gondicalus, alii etiam vt admittantur summis contendunt precibus; alii uero maxime desiderant, et spero cito petituros. Dominus, quae eius benignitas et bonitas est, eis et nobis uires atque animum inspiret, vt in proposito firmi semper permaneamus.

6. Quantum ad studia attinet, mense Septembri omnes scholastici qui litteris humanioribus operam dabant, examinati sunt, quamplurimique in principio anni ad altiora gymnasia promoti. V nonas Octobris disputationes generales habitae sunt, quo ad audiendum tum ad argumentandum, multi doctores, e quibus fuit episcopus targensis [1] nostrae Societati nimium deditus, D. Pelasgius [2], magister Paulus, D. Nonius Aluarez, aliique uiri docti canonici ac ma-

[1] Vide pag. 8, annot. 3.

[2] Cf. pag. 198.

gistri, multi etiam medici [a] et reliqui id genus, qui in hac vrbe commorantur, conuenere. Pomeridiano tempore post disputationes habuit frater Barbosa [1] orationem tali actione, ac vultus gestusque moderatione, ut omnibus summopere placuerit. Chartae uero quas scolastici in hunc diem parauerant, vt parietibus more solito affigerentur, quia biduo ante nuntius de obitu imperatoris allatus est [2], non sunt affixae; ne tamen omnino columnae suis ornamentis spoliatae uiderentur, iussit Pater Leo [3] fratri qui nuntium attulit, qui etiam primum gymnasium moderaturus erit, vt aliqua epigrammata et epitaphia componeret. Quamuis autem breuissimum tempus esset, tot composuit vt omnes columnas, quae sunt numero uiginti, carminibus ornaret; quo [b] scolastici tristitiam quam de non affigendis chartis perceperant, animo prorsus abiecerunt, magnoque gaudio affecti sunt quod praeceptor primarius tot carmina tam breui composuerit (quod ad collegii autoritatem plurimum licuit, multi etiam ea descripserunt, aliique postea petiuerunt).

7. Die sequenti factae sunt mutationes, tum discipulorum tum etiam praeceptorum. Duo enim praeceptores Cospaeanus [4] scilicet primanus, et Raphaël [5] tertianus Olysipponem discesserant. In locum Cospaeani successit frater quem [c] diximus supra carmina composuisse; Raphaëlis, frater Freitas [6]. Adest magna scholasticorum copia quanta hucusque [d] in hoc collegio (ut arbitror) non fuit; saltem in primo gymnasio in quo cum anno praecedenti solum ui-

---

a *Prius* canonici; *emendatum ab auctore, ut videtur.* — b quos *ms.* — c quo quem *ms.* — d huiusque *ms.*

---

1 Balthasar Barbosa.
2 Carolus V, imperator, diem supremum obierat die 21 Septembris.
3 P. Leo Henriquez, collegii rector.
4 Joannes Conspeanus.
5 Raphael Texeda. Vide pag. 324, annot. 2.
6 Laurentius Freitas.

ginti scolastici (ut contingere solent in primis gymnasiis, cum omne bonum rarum sit), modo septuaginta uersantur, inter quos sunt quatuor domestici; praeter hos etiam solent adesse aliqui qui dant operam cantui; alii etiam qui iuri pontificio, qui, cum Pater Leo in gymnasium descendit, exire solent; sunt omnes scholastici assidui, tum lectionibus, tum confessionibus, tot autem singulis ebdomadis sua delicta confiteri solent, vt non possit illis aliquando satisfieri. Ex philosophis enim fere omnes, ex primanis circiter quadraginta, et in caeteris similiter. Modo, R.de in Christo Pater, plura tuae paternitati scribenda non occurrunt. Hoc unum a te peto, vt hos tuos indignos filios Deo optimo maximo commendes, qui nos sua gratia et auxilio dignetur, quo ei in omnibus morem gerere et placere studeamus. Datae Eborae duodecimo Cal. Nouembris 1558. Ex commissione Patris rectoris, indignus filius paternitatis tuae,

†
SIMON VIEIRA [1].

Inscriptio. † Al R.dmo en X.° Padre, el Padre Maestro Dieguo Laínez, general da Companhia de Ihs. En Roma.

---

[1] De eo dicitur in catalogo collegii eborensis, qui videtur scriptus exeunte anno 1558 aut ineunte 1559 (in codice *Lus. 43*, ff. 96 sqq.; prius 416 sqq.): «El her.° Simón Viera de 21 años. Ha 4 que estaa en la Compañía. Oyó humanidad 5 años y medio; oyó el curso de artes. Agora lee aquí en la primera classe, y ha ya un año que enseña en ella. Es de muy buen juizio y ingenio. En el stylo de uerso y prosa está muy adelante, y juntamente en el griego. Es bien dispuesto y de buenas fuerças corporales.»

206

INNOCENTIUS SPATAFORA

FLORENTIA 22 OCTOBRIS 1558 [1].

1-4. *Singulorum Patrum labores.*—5. *Sacramentorum frequentia.*—6. *De nostris fratribus, quorum unus sodalitatem pauperum virorum magno cum successu curat.*—7. *Sua ipsius officia exponit.* 8. *De scholis.*

1. Jhus. Pax Christi etc. Molto Rdo. in X.º P.ª Io mi forzarò scriuere quanto piu breuemente si potrà delle cose che la diuina bontà si è degnata operare per mezzo delli suoi indegni figlioli. Siamo in questo collegio dieci, benchè pochi giorni fa quattro sono partiti del nostro collegio et andati in altri. Et per cominciare dalli essercitii de li nostri Padri, sappia V. P. che non è nissuno de suoi figlioli, il quale non si esserciti diligentissimamente nella uigna del Signore. Et prima il Rdo. P.ª rettore [2] si occupa quasi sempre in diuersi negotii spirituali et di importanza con gran frutto delle anime. Imperochè nella nostra chiesia nisun giorno ci manchano confessioni; et oltra di questo uisita alcuni monasterii de monache, prigioni, alcune congregatione de fanciulle abbandonate et di altre donne conuertite, doue predica con grande attentione et frutto et il più delle uolte ancora confessa, dalla qual cosa ne nascono marauigliose mutatione de [a] costumi. Oltra di questo la estate passata prese ad insegnare un [b] figliolo fanciullo dello illustrissimo signor ducca [3], et andando spesse uolte al suo pallazzo

[a] *Prius* delli. —[b] *Prius* il.

[1] Ex originali in codice *Rom. 126 A*, 2 ff., nn. 52, 53; prius 112. Praecedit apographum italum in fol. 49, et originale latinum in ff. 50-51.

[2] P. Fulvius Androtius.

[3] Juniores filii Cosmae de Medicis erant: Garzia seu Gratia, natus anno 1547 et Ferdinandus, natus anno 1549. Primus obiit anno 1562; alter factus est cardinalis anno 1563, postea fratri primogenito in ducatu successit.

per insegnarli la dottrina christiana, l'ascoltaua con tanta attentione et benignità, che il medesimo Padre rettore haueua gran speranza che si fusse seguitato ad insegnarli li costumi xpiani., sarebbe deuentato un deuoto giouene et haueria aiutato grandemente la sua casa. Tanta forza ha la parola de Iddio. Et questo sia detto generalmente del Padre rettore. Vna cosa non posso lassar di scriuere. E qua un certo monasterio de monache ch'chiamano delli Angioli, le quali poi che cominciorno ad essere aiutate con le confessione et prediche del medesimo Padre rettore, possono in uerità chiamarsi angeli.

2. Del Rdo. P.e don Diego Guzmano [1] non so che dirmi, imperochè gran parte del tempo è stato in Roma. Oltra di questo l'istessa P. V. harrà potuto conoscer' quanto aiuti il sopradetto Padre alla salute de le anime et gloria diuina, massime allora quando menò in Roma alla P. V. duoi figlioli, li quali erano stati presi qua.

3. Del P.e Desiderio [2] dirò una cosa solamente, la quale certamente è degna di grande admiratione. Imperochè essendo esso tanto piccolo et debole de corpo, nondimeno in sopportar fatiche non cede a nissuno, imperochè esso è il primo ch' l'mattina a buon ora se ne ua in chiesa per confessare, et esso è l'ultimo a partirsi de chiesa uerso le deciotto hore.

4. Il P.e Jacobo [3] fiamengo, il quale pochi dì fa andò in Venetia, andò il giorno de san Bartolomeo a Prato, imperochè certi huomeni deuoti haueuano domandato un predicatore delli nostri per quella festa, dalli quali il sopradetto Padre fu riceuuto benignamente et ascoltato con grande attentione et utilità de quelli.

5. Nella nostra chiesia qual concorso sia di quelli che si confessano et communicano, altre uolte l'hauerà potuto in-

---

[1] Vide superius, pag. 582, annot. 2.

[2] Vide pag. 585, annot. 2.

[3] Ibid., annot. 1.

tender' V. P. Imperochè non passa nessuna domenicha, nella quale non si comunichino più de cento. Lassiamo stare il numero di quelli che si comunicano le feste delli santi, massime della B. Virgine Maria.

6. Hora ueniamo alli fratelli del nostro collegio. Habbiamo mandato da qua tre fratelli et uno altro P.e Jacomo fiamengo, li quali tutti speriamo che sono usciti da qua tanto bene ammaestrati nel spirito et nelle lettere, che saranno molto utili a quelli collegii alli quali sono iti. Vno altro fratello, che ha nome Marco [1], ha cura di una compagnia di huomini spirituali, li quali si radunano nel nostro collegio ogni festa et ogni domenica, li quali ammaestra et insegna a fuggire li inganni del diauolo. Questi sono più di sessanta et la maggior parte iddioti et con gran fatiche a pena possono sostentare se et la sua famiglia. Molti de loro nel principio ch' furno admessi a questa compagnia, non potteuano sopportar uolentieri la pouertà; ma (o grande efficacia del diuino sacramento) hora caminano tanto allegramente nella uia del Signore, che danno grande marauiglia a questa città. Che dirò io quanto marauigliose mutationi accadeno in questa compagnia? Imperochè sono molti li quali essendo auezzi a biastemar Iddio et li suoi santi, hora per il contrario lo lodano. Molti di loro spinti dalle essortationi de' nostri si sonno confessati generalmente. Lasso stare molti altri, li quali quantunque non siano in questa compagnia, nondimeno fanno confessioni generali.

7. Di me stesso dirò poche cose, benchè non son tali che io pensassi douersi metter in queste lettere, se la santa obe-

---

[1] De eo videtur intelligendum quod scribebat P. Guzman die 13 Februarii 1557, in codice *Informat. antiquae*, n. 107v.; prius 260: «Marco es buen hijo y laborioso y modesto; está bien de la salud corporal y es muy robusto. Tiene la 3.ª clase y haze bien su oficio y tiene buen ingenio para aprender, según dize León [Lilio].» Anno 1556 erant Florentiae duo hujus nominis fratres, qui in epistola ejusdem P. Guzman diei 21 Februarii 1556 (loc. cit., 106; prius 259) dicuntur Marco milanés, et Marco tudesco. Praecedentia de priore intelligenda videntur.

dientia non mel commandasse. Io ogni sabatto dì leggo la dottrina xpiana. in chiesa alli scholari nostri. Li mesi passati, mentre il P.[e] don Diego fu costì, io in suo luogo andaua predicar ' et insegnare la dottrina xpiana. in un certo luoco de fanciulle abbandonate, la purità delle quale manifestamente ci dimostra nella facilità et attentione in imparar le cose che appertengono alla salute loro, il che fanno con grande consolatione. E questo basti de' nostri.

8. Hora ascolti V. P. breuemente quello che forse desidera udire delle nostre schuole. Habbiamo qui due classi; nella prima insegno io, nell'altra [a] M.[o] Luca. Habbiamo pochi scholari in questo tempo. Imperochè oltra le cause che habbiamo altre uolte scritto a V. P., è questa che sogliono gli fiorentini con tutta quasi la sua famiglia starsi in uilla una gran parte dell'anno, massime quando si uendemia. Con tutto questo non manchano nelle nostre schuole gioueni di bonissima speranza, delli quali habbiamo gran speranza ch'alcun tempo si faranno religiosi, il che ci promette la deuotion loro e buoni costumi.

Questo è quello che habbiamo pensato fare intendere a V. P. Resta che noi pregiamo et lei et tutta la Compagnia che riccomandi a Jesù X.[o] S.[or] N.[o] questa uigna fiorentina, la quale benchè hora paia sterile, nondinemo speriamo che per l'auenire darà abundantissimi frutti. Il Signor Jesù ci conserui V. P. sana. Da Firenze a 22 di Ottobre 1558.

Per commissione del P.[e] rectore, di V. P. indegno figliuolo et seruo,

Innocentio Spatafora, calabrese [1].

Inscriptio, † Al molto Rdo. in Xpo. Pre., il Pre. M.[o] Jacomo Laynez, preposito generale della Compagnia di GIESV. A Roma.

---

[a] altro *ms*.

---

[1] Vide pag. 390, annot. 2.

207

GEORGIUS MERCATUS

PANORMO 25 OCTOBRIS 1558 [1].

1. *Zelus Patrum tempore aestivo erga pestilentia aegrotantes.*— 2. *Concursus fidelium in nostro templo; plurium hominum pietas et proximorum amor.*—3. *Fructus in universum; odium inveteratum depositum.*—4. *De quibusdam piis feminis earumque eximiae pietatis operibus.*—5. *Res litteraria; mores.*

1. † Gratia et pax Domini nostri Jesu X.[i] sit cum omnibus nobis. [*Fusius de hoc scribendi genere dicit.*]

Scias, R.[de] Pr., nullum potuisse nobis tempus ad opera charitatis exercenda commodius offerri, quam quod hisce mensibus est oblatum; nec hoc amissum segniter diuino fauente auxilio laetandum est. Nam cum hac aestate non tol*l*erandis pene caloribus, haec ciuitas aestuaret et febris illa uulgi sententia contagiosa in cuiusuis conditionis homines tamquam pestis late longeque serperet, ac pallida mors aequo pulsaret pede pauperum tabernas regumque turres, fugacemque persequeretur uirum, *et sine discrimine sortiretur insignes et imos* [2], nullus fuit Patrum aut fratrum qui sibi indulgendum in tanto animarum periculo existimarit. Immo unusquisque prout sibi per obedientiam licebat, efficere aliquid in animarum salutem laborabat. Confessariis uix cibo corpus reficere in tantis laboribus, plerumque concedebatur, cum sine interuallo ad audiendas aegrorum confessiones accerserentur. Quid, noctu etiam quoties fuit repente surgendum? quoties ducendae noctes insomnes? dum hi confessarios uocant, illi alios qui excessuris e uita adessent, eosque de rebus ad bene moriendum spectantibus com-

[1] Ex autographo, ut videtur, a Polanco emendato, in codice *Sic. 181-Sic 182*, 2 ff., nn. 89, 90; prius 269. Bina apographa exscripta secundum correctiones inveniuntur in eodem codice ff. 86 et 91.

[2] Cf. Horat., I *Od.* 4, 13; III, 2, 14; III, 1, 15.

monefacerent. Itaque non solum Patres, sed et fratres etiam summe in hisce operibus fuerunt occupati, nec sine magno animarum commodo, ut speramus. Id uero tanto maiorem exteris afferebat admirationem, quanto lubentius a nostris fieri, quod alii cane peius et angue fugerent, uidebatur. Ecquis sibi non timuisset dum *adolescentes formosos*, robustos iuuenes, uiros potentes et opibus afluentes, qui paucis ante diebus splendide agebant repente *nonullos,* intra quatuor alios uel octo dies uita defunctos, misere deferri conspiceret ad tumulum? Quid! num propterea uanus timor, animarum saluti *nobis* fuerat praeponendus? *Quid dices, si nec ea re perterritos uel* [a] a charitatis opere tantillum auocatos affirmarim, quod ipsi pauperum cadauera in uia foede prostrata non nisi (horrendum dictu) canibus dilaceranda uiderimus. Proh miseram hominum conditionem, quot peccata non confessi e uiuis excesserunt! sed longe plures haud dubie excessissent, ni praesto nostri Patres aegrotantibus affuissent. Neque enim facile confessarios reperiebat pauperum turba, *dum lucro alius studet, alius sui corporis magis quam animarum saluti consulit.* Vnde *non abs re* nostros uere Dei seruos (utinam nos ille tanto dignetur honore) plebs clamitat [b] *et tamquam Xpi. apostolos ueneratur.*

2. *Sed neque nostro in templo confessiones defuerunt, tanta enim aliquando penitentium multitudo confluxit, ut ipsi confessarii omnibus satis esse non possent. At uero qui singulis dominicis diebus conscientiis per sanctae confessionis sacramentum a uitiis emundatis ad sanctissimam eucharistiam sumendam accedunt, sunt sane non pauci, eorum*[*que*] [c] *numerum magna omnium laetitia augeri uidemus. Ad sacras uero conciones, transactis iam caloribus, complures conueniunt, et ex his multi nobiles quos hinc in spiritu proficere intelligimus quod multa pietatis opera exerceant,* sunt *enim eorum* nonul-

---

[a] Imo nec. —[b] clamitabat. —[c] *Consumpta charta.*

li [a] tanta religione et pietate uiri, eoque animarum zelo rapiuntur, ut si quos letali peccato infectos norint, eos citissime adeant, admoneant, hortentur; precentur etiam, ut relicto peccato in omni sanctitate Deo inseruiant; quod si efficere ipsi non ualent, aliquem ex nostris accersunt; atque id magna cum animarum fruge contigisse, sumus experti; multi enim concubinas quibuscum multos annos egerant, domibus pellunt; non pauci debita uel ablata dominis rescribunt; multaque huiuscemodi fiunt, quibus animae Christi sanguine redemptae a [b] misera daemonis seruitute, fauente illius diuina gratia, liberantur.

3. *Itaque facile futurum speramus ut diuini uerbi, quod uacuum nunquam redit, uirtute maior huius populi pars, prementi uitiorum iugo subdita, ad ueram diuini obsequii libertatem sit trahenda. Cuius quidem rei indicia clara sunt edita, et* nuper quidam, cuius animo usque adeo tenaces radices iecerat quo in nonullos exardescebat odium, ut nulla habita christianae pietatis diuinique praecepti ratione [c], a salutari confessionis sacramento *nedum a sanctissimo uitae nostrae uiatico,* duodecim annos misere se continuerit et tamquam diaboli uilissimus seruus per id tempus uixerit infelicissime; ducente Spiritu Sancto quendam ex Patribus nostris adiit, diuinoque amore sic repente comotus est, ut non odium tantum abiiceret ex animo, sed praeterita etiam tempora defleret, quibus miserrimus peccator mortis particeps factus uitam parui faceret aeternam, ac uulnera omnia aperuit; cumque praesentia remedia suscepisset, fugato mortis timore ad regale conuiuium accessit, ciboque uiuifico refectus, et Christi fidelis amicus refectus est.

4. Quid uero de piis quibusdam foeminis, quae nostrum templum frequenter adeunt, dicendum? An non in his etiam Dei gloria [d] maxime relucet? Mundi pompis et uanitatibus

---

[a] nonnulli ex his qui in ecclesia nostra crebro versantur. —[b] fa *ms.* —[c] *Prius* rationem. —[d] *Prius* gloriam.

non solum nuncium miserunt, sed maiores in dies in pietatis operibus progressus faciunt; ex his quae possident plurima [a] in alimentum pauperum effundentes. *Quid? quod* inter illas, decem sunt uirgines quas lampades bonorum operum oleo plenae [b] prudentes esse facile declarant. Has cum coelestis rex Christus Jesus sponsas sibi uellet assumere in eam mentem ac sententiam induxit ut non prius quiete se uicturas existiment, quam terrenis omnibus relictis se Deo totas in monasterio *quod uni ex nostris Patribus curae est* [c] in perpetuum dedicent [1]. Harum nunc quatuor, quod omnibus locus non sit satis amplus et comodus, admitentur, reliquarum uero ingressus in breue tempus differetur. Ipsae uero moniales talem uirtutum et sanctitatis in omnes odorem emittunt, ut angelicam uitam ducere putentur in terris, et ueluti sanctae colantur ab omnibus. Degunt cum his duae ille sorores nobilisimae pariter et ditissimae, sed coelestibus gratiis ditiores, de quibus aliis literis copiosius T. R.[da] P. certior facta est [2]. Hae quanto ab huius regni primatibus in coniugium uehementius appetuntur maiorique studio [desidera]ntur [d], tanto coniungi ardentius Christo desiderant; neque desiderant modo, sed hoc illis manet alta mente repostum, propositum non abolendum umquam, nisi quod grauius daemon, animorum hostis uersutissimus, obiiciat impedimentum. Sed quis stabit aduersus electos Dei? [3] Interim hae, dum mundani homines contendunt, amplam dotem Christo, quem sponsum eligunt, per manus pauperum quotidie mittunt, hos indumentis, alios cibis adiuuantes, nonullos aere alieno oppressos ex carcere propriis sumptibus li-

---

[a] *Praeced. v. supra versum scriptum.* —[b] plenum *ms.* —[c] monasterio nouo sed antiqua sanctimonia conspicuo. —[d] *Dubia lectio ob consumptam chartam.*

---

[1] De hoc monasterio vide, sis, POLANCUM, *Chron.*, IV, 209; V, 200; VI, 288, 290.

[2] Vide superius, pag. 652-653.

[3] Cf. ROM., VIII, 33.

berantes, et nuper puellae cuidam egenae ad religionis ingressum *octoginta aureos* [a] summa cum charitate suppeditarunt. *Sed quod mirandum magis,* ipsaemet saepe panem in alimentum pauperum pinsere, et religionis officia, quae uilia mundus ducit, exercere non grauantur, confessionis et communionis sacramenta singulis dominicis summa cum pietate frequentant. Quibus rebus (ne sim aequo prolixior) mirum quam diuini cultus amor acrescat. Gloria sit uni Deo, cui quicquid habemus boni, tamquam *donorum* omnium liberalissimo [b] acceptum ferendum est.

5. *Haec sint satis; modestiae enim fines egrederer, si mihi omnia sigillatim essent enarranda. Res uero literaria, ne de hac prorsus nihil dixisse uidear, consuetis exercitationibus, uersibus, epistolis nec non et orationibus componendis conseruatur. At discipuli bonos mores cum literis coniungere, pro uirili quisque sua laborant; illorumque numerus, licet hucusque propter infestos nimium calores mediocris fuerit, augendum nihilominus hac studiorum innouatione speramus. Sed laetandum nobis est, quod eos ipsos, qui nec admodum pauci sunt, non frustra tempus exercuisse compertum sit; in collegio quoque unusquisque in comisso sibi ab obedientia munere diligenter strenueque se gerit. Superest nunc ut R.da P. T. in sanctis orationibus ac sacrificiis nos aeternam tibi foelicitatem precantes quam arctissime comendatos habeat. Vale.* Octauo calendas Nouembris M. D. LVIII.

Admodum R.dae P.at tuae seruus inutilis,

GEORGIUS MERCATUS [1].

---

[a] dotem. —[b] liberalissimo donatori.

---

[1] In informatione collegii panormitani mensis Augusti 1558, haec inter alia de epistolae auctore dicuntur (in codice *Sic. 59*, nn. 78-79): «M.ro Georgio Mercato, di Palermo; di età di 18 in 20 anni; lege nela quarta schola humanità et greco. Ha lecto in Saragossa nela suprema schola apresso di vn anno con molto contentamento deli scholari et credito. Ha bona habilità et ben fundato in lettere humane et greche, le quale ha imparato nela Compagnia doue intrò di 14 anni. Ma ha vn

Inscriptio. † Admodum R.do in Chro. Patri M.ro Jacob Laynez, praeposito generali Societatis Jesu. Romae.

Polanci manu. Emendatae.

208

GASPAR DE SALAZAR

COMPLUTO 30 OCTOBRIS 1558 [1].

1. *Status collegii prosperus; exercitia et alia ministeria spiritualia; numerus nostrorum, valetudo, studium perfectionis.*—2. *Magister Deza disputationibus theologicis, P. Petrus Sanchez disputationibus philosophicis domi praesidet, magna nostrorum utilitate et externorum aedificatione.*—3. *De D.ris Vergara beneficentia erga collegium.*—4. *Litteras quadrimestres reliquarum provinciarum complutenses desiderant.*

1. † Ihs. Muy R.do P.e nro. en Chro. La gracia y amor eterno de Christo nuestro Señor sea siempre en nuestro continuo fabor. Amén. Lo que se ofreçe que auisar a V. R. después de la vltima [2], de las cosas deste colegio, es que por la bondad del Señor todas las cosas dél, ansí spirituales como temporales, van muy adelante. Siempre ay exercitantes y mucha gente que desea su aprouechamiento spiritual. A confesar y comulgar acuden tantos que los Padres deste colegio no pueden cumplir con todos. Algunos desean ser recebidos en la Compañía. En este colegio están entre Padres y hermanos más de quarenta y quatro. Tienen, gloria al Señor, salud, aunque tres o cuatro de los que vinieron de la probación de Simancas, están siempre achacosos. A todos les da nuestro Señor grande deseo de su aproue-

---

seruello gallardo... Si questo jouene sta saldo et si matura, si farebbe vn buon supposito...» Quod ita evenisse didicimus ex SACCHINO-POSSINO, *Histor. Soc. Jesu.*, part. V, lib. III, n. 53, ad annum 1583, ubi ejus emortui elogium habetur.

[1] Ex autographo, ut videtur, in codice *Hisp. 96,* 2 ff., nn. 194, 195; prius 357.

[2] Vide superius, pag. 716 sqq.

chamiento, y ansí se tiene mucha cuenta con la obseruancia de las reglas.

2. En los studios ay grande exercicio y diligencia. El hermano maestro Deça [1] asiste a las conclusiones de los theólogos; vienen a ellas después quél tiene este cargo, doctores y muchos studiantes de la vniuersidad. Tanbién asiste a las repeticiones de las liciones oýdas, y dende principio de Nobiembre ha de empeçar a leer en casa la 2.ª 2.ᵉ Es grande la edificación que ha dado verle en este colegio, y lo mucho que los theólogos de casa se aprouechan en sus studios. Porque cierto auía necesidad de semejante persona en él. El P.ᵉ doctor Pero Sánchez [2] lee en la vniversidad a sus discípulos y en casa preside en las conclusiones de artes. Da grande edificación de sí él y el hermano maestro Deça. Ven que los que antes eran gallos en la vniuersidad, todo es tratar de humildad, mortificación, pobreza. Bendito sea el Señor que nos los dió. Amén.

3. El señor doctor Vergara [3] ha estado aquí en esta su casa quinçe o veinte días. No se puede dezir el straño amor que nos tiene, y lo que se ha consolado estos días en ver las cosas deste colegio y tanta gente como ay en él, y que tan de veras trata del negocio a que dexó el mundo, y sigue el spíritu de la Compañía. Augméntelo nuestro Señor todo para su mayor gloria y honrra. Dize el Padre rector [4] que halla por su cuenta quel año pasado dió a este colegio mill ducados, y no menos dará este. Apenas le queda para lo necesario moderadamente en su casa. Cierto le deben mucho los de la Compañía a este buen doctor. Si él pudiese, no sólo faborecería a esta casa, mas a todas.

4. En los santos sacrificios y oraciones de V. R. nos encomendamos todos los deste colegio. Grandemente se consuelan los que aquí están y los de fuera se edifican y mueven

---

[1] Pag. 721.

[2] Vide pag. 723.

[3] Alphonsus Ramirez de Vergara, canonicus conchensis.

[4] P. Emmanuel Lopez.

con las cosas que se scriben que por allá obra nro. S.or por medio de los de la Compañía. El Padre rector suplica a V. R.a por amor del Señor mande que se embíen algunas quadrimestres de las que por esas partes scriben a V. R.a Dénos la diuina bondad gracia para que siempre cumplamos su santa voluntad. De Alcalá 30 de Otubre 1558. Indigníssimo hijo de V. R. en Iesu Chro., por comissión del Padre rector,

†

GASPAR DE SALAZAR [1].

Inscriptio. † Ihs. al muy Rdo. P.e nro. en Iesu Chro., el P.e Mro. Laínez, prepósito general de la Compañía de Jesús en Roma.

Alia manu... Rta. a 27 di Aprile 1559.

209

P. THEODORICUS CANISIUS

VINDOBONA 31 OCTOBRIS 1558 [2].

1. *De contionibus in templo nostro ac de modo contionandi eximio, quem tenet P. Paulus Hoffaeus.*—2. *Alibi etiam concionantur nostri.*—3. *De conversis ab haeresi et de iis qui Societatem ingredi cupiunt.*—4. *Quibus industriis catholici filii parentum haereticorum utantur.*—5. *Mira professoris cujusdam in catholicam Ecclesiam ingressio.*—6. *Quanta catholici ab haereticis patiantur.*—7. *Nostrorum ministeria praesertim in carceribus.*—8. *Studium perfectionis apud nostros vigens.*—9. *Votorum renovatione et Patris provincialis adventu (de cujus occisione fama percrebuerat) magna omnes consolatione affectos esse.*—10. *Fratris cujusdam ad Deum reditus.*—11. *Fratres alii exercitia ignatiana obeunt.*—12-14. *Theodorici amstelodamensis mors et laudes.*—15. *De Patris Victoria hispanis contionibus ac de fratre mire servato.*—16. *Hispanorum in germanos liberalitas.*—17. *Dialogi*

---

[1] Vide supra, pag. 726, annot. 2.

[2] Ex autographo a Polanco emendato in codice *Germ. 186*, 4 ff., nn. 155-158; prius 98. Extat apographum scriptum secundum emendationes in ff. 151-154.

exhibitio.—18. *Quanti nostros, maxime Patrem Victoria, imperator faciat.*—19-20 *Item principes alii et Boëmiae regina.*—21. *Quid de germanorum lapsu sentiendum.*

1. Pax Christi. Rationem redditurus, Rde. in Christo Pater, iussu *Rdi.* P. rectoris [1] eorum quae proximis hisce mensibus diuina bonitas in hoc viennensi collegio per indignos seruos suos operari dignata est; adnitar ea summatim, qua licebit breuitate, perstringere, non praeteriens interim singulares fauores *alios,* quibus benignissimus IESVS minimam hanc sanctissimi nominis sui Societatem assidue prosequi non cessat. Attingam autem imprimis quae domestica *concernunt* [a] exercitia.

Conciones in templo nostro dominicis et festis aliis diebus ex more habentur, et quamuis rarus hactenus accedere visus sit populus, tum propter horae incommoditatem (statim enim a prandio fieri consueuerunt) tum fortasse quod non perinde grata sit tam aperta romanae atque catholicae fidei atque doctrinae professsio; accrescit tamen in dies auditorum numerus. Et si vt coepit, pergat doctor Paulus qui ecclesiasten in templo nostro nunc temporis agit [2], non dubitamus propediem fore vt de multorum ad veram fidem reductione, et syncera a peccatis ad Deum conuersione sibi gratuletur Ecclesia sancta. Spiritum habet et energiam in dicendo singularem, modum etiam concionandi germanicum, quotidiana intra priuatos parietes exercitatione, addiscet ocyus, emolliet procul dubio obdurata populi huius corda, ardentissima illa quam in dicendo prae se fert charitate. Nam etsi suo tempore arguat et increpet et quidem grauiter nimiam plebeculae simplicitatem seu verius leuitatem; magis tamen obsecrationibus vti solet et sedulis ad pietatem exhortationibus. Quam rem magnum in conuertenda

---

[a] ad domestica pertinent.

---

[1] P. Joannes de Victoria. Cf. *Lainii Monum.*, III, 444-445; 489, 655.

[2] Indicari videtur P. Paulus Hoffaeus, qui paulo post Pragam, rector, missus est. Cf. BRAUNSBERGER, *B. Petri Canisii Epist.,* II, 305.

Germania habere momentum ipsa testatur experientia, et ex confitentium et communicantium solito numerosiori multitudine colligi non obscure potest.

Effectum est apud Rdissimum. viennensem [1] nobis addictissimum, vt hora concionis a nostris mutari possit, nempe vt ante summum sacrum, quod deinceps in gratiam tum populi viennensis tum hispanorum, qui instantissime id efflagitarunt, cantabitur, concio habeatur. Qua occasione speramus fore vt non mediocris ad pietatem et religionem christianam fiat accessio. Compertum enim habemus hisce rebus trahi populum, quem ad litanias ab adolescentulis quibusdam, qui apud nos sunt, decantari solitas, turmatim confluere cernimus.

2. Proficiscuntur etiam nonnunquam nostri, ab optimatibus huius vrbis rogati, ad loca vicina, vt suam ibi in concionando praestent operam. In cathedrali quoque ecclesia, dum Rdiss.° per occupationes vel aduersam valetudinem non licet, nostri ipsius in munere concionandi vices gerere expetuntur.

3. Plaerique Dei gratia, nostrorum opera ab haeresi resipuerunt, *quorum vnus iam se nobis adiunxit sartoris fungens officio.* Alii in fide sunt confirmati. Alii perfectiora etiam sectati, quorum nonnulli, spretis mundi huius illecebris, nostris se iam adiunxerunt; nonnulli uero, dum sacramenta frequentare et cum nostris familiaria colloquia miscere pergunt, dabunt et ipsi tempore oportuno nomina sua sub gloriosissimo pauperis et crucifixi Domini Jesu vexillo. Adolescentes plures sunt qui proximis diebus dum adesset hic Rdus. P. prouincialis [2], multis lachrymis oportune, importune instabant vt in Societatem recipi possent. Potissima autem quam vrgebant, causa haec erat, quod a parentibus et amicis haereticis, vel inuiti cogerentur esse haeretici; proinde paratos se esse quouis tandem ire et officia

---

[1] Antonius Brus de Muglitz.
[2] B. Petrus Canisius.

quaeuis subire, modo a parentum impio conuictu liberari et nostris possent conuiuere. Mirabamur omnes tantam in pueris istis constantiam atque sedulitatem, et quo pacto iustae horum petitioni abnuere posset, non videbat R. P. prouincialis. Quia tamen decimum quartum aetatis annum vixdum excesserant, et praesens non cernebatur periculum, cum nostrae adhuc subsint disciplinae, ad pauculos menses eos iussit expectare, et vt in frequenti interim se confessione et communione exerceant, hortatus est. Vtinam aliquando diuina bonitas, antistitum et principum animos efficaciter promoueat, vt tantis semel in veritate compatiantur Ecclesiae calamitatibus, et subsidium aliquod ex amplissimis illis facultatibus generosae huic iuuentuti praestent, quae, parentibus et quae mundi huius sunt abdicatis, Christo militare, eius sanctissimam fidem apud infideles propagare atque ab haereticorum nefaria colluuione vindicare cernitur paratissima. Missi sunt quidam ex istis Romam, vt ibi vna cum literarum scientia auitam illam pietatem et synceram romanae atque catholicae fidei doctrinam, gratissimam quondam apud germanos et longe celeberrimam, perfectius imbibant altaque mente in patriae conuersionem suo tempore refundendam interim reponant.

4. Non possum committere quin discipulorum nostrorum quaedam hic stratagemata obiter annectam, quae in aedibus parentum haereticorum subinde factitant. Nonnulli ex eis dum a parentibus Ecclesiae violare praecepta in esu carnium et similibus inuitantur, vel iubentur etiam, vel verberibus certe adiguntur; si filii honesta se excusatione non vident proficere, fugam subinde ineunt, pati pro Christo famem prius volentes, quam iniquis parentum iussis obtemperare. Alias autem dum se constrictos vident et ab assidentibus in mensa vi quadam detinentur, comedere se simulant, nihil interim deglutientes, sed arte quadam cibos vetitos eiicientes. Alias vero infirmitatem simulantes, vel famem certe dissimulantes, ante coenae horam mature ad quietem se recipiunt.

5. Est in hac vniuersitate philosophiae quidam professor, praeclarae indolis et formae adolescens, affinis vicecancellarii doctoris Jonae [1], qui ab incunabulis inter haereticos conuersatus et enutritus, a catholica primum prorsus abhorrebat doctrina, et post multas inter ipsum et Rdum. P. prouincialem prioribus annis vltro citroque habitas disputationes, adduci nunquam potuit, vt in verae fidei obsequium intellectum captiuaret. Tandem in patriam [a] vuirtenbergensem (quae ipsi natale solum est), inter reliquas hoc seculo prouincias corruptissimam, profectus vt lutherana ibi animum doctrina schismaticoque sacrorum ritu, a quo ad tempus abstinere coactus erat, aliquantulum oblectaret; tantam ibi doctrinarum confusionem et morum reperit corruptelam, vt ilico fidem tot contradictionibus obnoxiam plane sibi abiurandam esse decerneret. Euoluere ergo coepit sanctos Ecclesiae doctores, Augustinum, Cyprianum, et reliquos, quorum crebra lectione tantopere in fide promouit catholica, vt iam acerrimus eius sit assertor, nec persequutionibus aut vllis hominum a suo proposito dimoueatur obtrectationibus. Egregium porro huius suae constantiae paucis ante diebus specimen dedit. Cum enim ii qui confirmationis sacramentum suscipiunt, ob chrismatis reuerentiam pannum quemdam lineum circum tempora gestare soleant; ipse, suscepto hoc sacramento, ceremoniam praedictam minime sibi negligendam putabat, sed palam hisce insignibus decorari eaque per ciuitatem circumferre voluit. Quin etiam, vt intelligo, quatuor minores proximis ordinationibus suscepit; et eo aspirat vt rudem plebeculam, quae grauissima passim, praesertim in pagis, laborat ignorantia,

---

[a] patriam ciuitatem.

---

[1] Erat is Martinus Eisengrein (1535-1578), de quo multa extant apud BRAUNSBERGER, loc. cit., III, 321, 684; IV, 493; VI, 366, 649, etc. Hac epistola confirmatur, illum catholicam fidem amplexum esse anno 1558. Cf. inter alia *Kirchliches Handlexicon* et *The Catholic Encyclopedia*.

ad verum et legitimum Dei cultum sacris exhortationibus reducere atque excitare possit. Nec segniter sane huc contendit; siquidem omissa philosophiae publica in archigymnasio viennensi praelectione, theologicis studiis animum adiicere statuit, et iam a caesarea maiestate, Rdi. P. Victoriae intercessione, obtinuit quae ad haec eius studia fouenda videbantur necessaria.

6. Difficile equidem dictu quam graues hic persecutiones patiantur qui pie volunt viuere in Christo. Nihilominus tamen non infrequentem hic videas piorum hominum numerum, qui quidem tanto sunt in fide probatiores, quanto maioribus ab aduersariis onerantur calumniis, et iniquioribus opprimuntur accusationibus. Nos certe parum vel nihil patimur, vt qui domi plurimum delitescamus et diuinis mutuo nos solemur sermonibus. Quod si foras sit prodeundum, nostra ita Dei gratia tractamus negotia, vt cauillandi locum nullum relinquamus. Tota itaque vis belli in bonos catholicos conuertitur, qui haereticorum commercia, etiamsi velint, fugere non possunt; cumque aliud solatium non inueniant, ad nos confugere solent et sua nobis aperire discrimina.

7. Verum vt alia nostrorum persequar exercitia, festis diebus xenodochia et carceres inuisere solent, et ad patientiam, confessionem ac similia christiani hominis officia exhortari. Nec frustra hic laboratur; primum enim efficitur vt multi sua peccata confiteantur, qui vel non ea confitenda esse persuasum habent, vt ipse ego experientia didici, vel si maxime velint, alterius copiam confessoris aegre impetrant. In carceribus haec est difficultas, quod ante mortis sententiam difficulter ipsi rei confiteri sinantur; non poenitendum tamen hic fructum faciunt nostri, dum multi eorum monitionibus *confortati* animaequiores redduntur, qui in desperationis alioqui barathrum sese erant praecipitaturi. Praeclusus erat hisce diebus nostris ad pauperculos istos aditus, propterea quod quidam post extortam omnium quorum sibi conscius erat scelerum propalationem, non

cessantibus adhuc tormentis, dixisset se a nostris instructum esse, ne contra conscientiam quicquam fateretur. At nostri judicem accedentes, facile ab eo de more ad miseros istos ingrediendi obtinuerunt facultatem. Erat inter alios quidam qui sponte sua omnia pandens crimina et mortis se reum esse pronuncians, hoc vnum precabatur, vt aliis tormentis parcere vellent; nihil tamen suis precibus effecit, et dum ad perquirendam ex se aliorum veritatem, dira praeparari vidit supplicia, grauiter suspirans suum Domino commendabat negocium, dumque ad sanguinis vsque expressionem torqueretur [a], nihil se *ea vice* [b] doloris persensisse ingenue nobis fassus est. Postmodum vero dum impatienter se gereret, horrendos dicebat se pertulisse cruciatus. Quid multa? Tantam miseris istis consolationem *administrant* [c] nostri, vt a nostra visitatione frequentiori suam clamitent pendere salutem, et tantum bene sibi esse affirment, cum de nostris vel cogitant absentibus vel praesentes audiunt.

8. Vt autem de spirituali fratrum profectu aliquid dicam, hic sane non vulgaris est, sed eximius plane, siquidem certatim eos ad perfectionis culmen contendere, nec vlla facile, quae huc conducant, media videas intermittere. Docent hoc summa in obediendo promptitudo atque facilitas, necnon in expetendis ac vltro peragendis, nedum in suscipiendis pœnitentiae operibus singularis deuotio. Proposuerat Rdus. P. Victoria fratribus ardua quaedam et maximi momenti negotia [d], pro quibus feruentissime orandum aiebat Dominum eiusque implorandum auxilium. Et dum ipse *hoc fine* [e] publicam prior fecisset disciplinam, suo deinde ordine [f] subsequuti sunt alii fratres. Accessit porro spiritualis quidam fratribus omnibus feruor et ad diuina obsequia alacritas ex foelicissimo illo generalis praepositi Societatis nostrae electionis successu, quam diuinam plane

---

[a] torquetur. —[b] tunc. —[c] adferunt. —[d] his diebus. —[e] ea de causa. —[f] eum.

fuisse, nemo non intelligebat. Testantur hoc singulorum scripta post triduanam orationem R. P. rectori exhibita, quibus suam quisque ex hoc electionis factae nuncio perceptam in Domino consolationem explicabat. Confirmat id ipsum gratiarum actio continuis octo diebus *post decantatos vesperi tonos* Deo Opt. Max. persoluta, recitando Zachariae canticum Benedictus Dominus Deus Israel etc., vna cum psalmo illo ecclesiastico Te Deum laudamus, aliisque orationibus.

9. Ipso autem assumptionis D. Virginis, sacrum faciente R. P. Victoria, vota omnes non sine lachrymis renoua*uimus* [a]. Peculiarem denique consolationem attulit nobis Rdus. P. prouincialis cum legato summi pontificis [1] in Poloniam huc aduentans. Enarrauit enim *sua* nobis *R.ª* quam foeliciter omnia in ipsa electione successerint. Declarauit paternum illum summi pastoris erga nos affectum; exposuit diuinos huius instituti nostri progressus, tamque diserta et efficaci oratione, quae scire nos referebat, prosecutus est, vt neminem fuisse arbitrer, qui hac se exhortatione non senserit mirifice in sua vocatione confirmatum, et ad brauium in ea perseuerantibus propositum apprehendendum vehementer accensum. Quamuis autem multis nominibus Rdi. P. prouincialis gratissima nobis fuerit praesentia, hoc tamen gratior, quod eo ipso momento, quo collegium nostrum ingressus est, referebat nobis quidam amicus noster, quo pacto eodem die inter prandendum certa (vti putabat) relatione didicisset, P.em Canisium prope Tridentum esse interfectum; et quod huius rei gratia consolaturus ipse nos accessisset. Et ecce dum tristia haec narrat, subintrat P. Canisius et coepta lamenta sua interpellat praesentia.

---

a renouarunt.

---

1 Legatus summi pontificis in Poloniam mittebatur Camillus Mentuatus, episcopus satriensis.

10. Porro inter alia praeclare a Rdo. P.[e] apud nos gesta, istud certe notatu non indignum censui, nimirum quod cum fratres et Patres huius collegii omnes casum illius fratris nostri deflerent, qui supra biennium ficto animo, cum aedificatione tamen omnium, in Societate vixerat, et in eadem fictione non solum sacramenta frequentarat, verum vota quoque et fecerat et renouarat, cum, inquam, fratrem hunc tentatione de instituto hoc nostro deserendo et parentibus visendis eisque iuuandis iam superatum, nec blanditiis nec terroribus nec orationibus assiduis ad Deum, non etiam disciplinis tum publicis tum priuatis eius nomine factis, emollire ac ad saniorem mentem reducere possent, et iam pene de eius emendatione desperarent; ecce Pater misericordiarum, qui non delectatur in perditionibus nostris et pauperum suorum desideria oportuno tempore exaudire consueuit, ecce, inquam, in Rdi. P. aduentu admiranda moestos suorum animos perfundere dignatus est consolatione. Cum enim in eadem obstinatione praedictum fratrem offendisset R. P., paterna eum voce affatus consulebat vel orabat potius, vt poenitentiae aliquid assumeret, et flexis genibus extensisque manibus precaretur coelestem Patrem, vt se ab hac tentatione liberaret. Morem gerit et ecce postridie ad Patrem rediens confessorem postulat; jussit me Rdus. Pater eum audire, quod multis antea cum eo egissem, et vitam eius ex parte iam haberem perspectam. Confessionem fecit generalem cum ingenti cordis mei laetitia; fusis enim lacrhymis suam ex animo deplorabat miseriam; publicam deinde petiuit et fecit poenitentiam. Exercitia quoque [a] quae prius a nobis oblata refutauerat, instanter exposcit eaque sibi concessa, me tradente, diligentissime et maximo cum fructu absoluit. Repetita etiam generali confessione, vota sua ardenti Deo seruiendi desiderio et casto affectu ante sanctissimi sacramenti

---

[a] spiritualia.

susceptionem diuinae Maiestati obtulit, et postea in scriptis ea rectori tradidit [1].

11. Coeperunt etiam fratres alii ex ordinatione Rdi. P. prouincialis spiritualia exercitia facere. Nam huius videbatur esse animi vt semper aliquis in istis occuparetur. Dicebat enim quod quemadmodum Rdus. P. N. sanctae memoriae, Ignatius, per hasce meditationes suum illum spiritum hausisset, ita procul dubio eisdem mediis nobis eius filiis eundem etiam spiritum impartiendum esse, modo sedulo eum quaeramus et longanimiter expectemus.

12. Adduxerat huc secum idem *Rdus.* P. D. Theodoricum amsterdamensem [2] vt sibi in peregrinatione polonica comes esset. Verum aliter cum eo diuina egit prouidentia. Postridie enim quam huc sanus et incolumis appulisset, febri correptus est acutissima ita vt spacio 12 dierum *eum* [a] consumpserit et extinxerit. De huius vita et morte tacendum potius mihi quam scribendum aliquid puto. Nam ea fuit huius P. N. tum in vita tum in morte sanctimonia vt cum verbis laudes eius exaequare non possim, obscurare verius quam clarissima Dei in ipso dona illustrare metuam. Noui eum Louanii (vbi et in philosophicis studiis fuimus commilitones). Singularem semper prae se tulit iam inde ab initio cum humilitate coniunctam pietatem, et in studiis quidem philosophicis tantum Louanii promouit, vt omnium examinatorum vnanimi consensu primas ipse inter omnes eiusdem studii socios facile obtinuerit. Deinde cum parentes (quos habuit et natalium splendore non obscuros et consulari etiam dignitate *sublimes* [b]) cum, inquam, hi vellent vt jurisprudentiae operam daret, eiusque animus

---

[a] eius corpus. —[b] claros.

---

[1] Frater de quo hic agitur fuit Wendelinus Völckius, ut ipse in epistola ad Lainium data fatetur. Cf. *Lainii Monum.*, III., 572. Postea constans et virtuose in vocatione perseveravit. Cf. Braunsberger, loc. cit., 308-309.

[2] Dici etiam solet Theodoricus Major et Theod. Gerardi, Geeraerts.

prorsus ab hoc studii genere foret alienus; pios aliquot simul et doctos viros super hac re consuluit eorumque, ni fallor, consilio, vtrique, hoc est, et suo et parentum desiderio ad tempus satisfacere decreuit, partim scilicet theologicis partim vero jurisprudentiae vacando. Societatis interea institutum ipsi innotuit, quod et tantopere placuit vt parentibus et quae mundi huius sunt relictis omnibus, hic Christo sibi seruiendum esse certissime definiret. Perpaucis igitur et iis quidem cum doctrinae tum vitae integritate spectatissimis animi sui consiliis patefactis, ad romanam se accingit profectionem, parentibus quidem (quod eorum pace et arbitratu suo se posse satisfacere desiderio diffideret) insalutatis.

13. Romae autem eum se Dei gratia praebuit, vt piae memoriae Rdum. P. D. Olauium, collegii romani olim praefectum, *et* virum [a] in perspiciendis ad Dei gloriam nostris defectibus alioqui oculatissimum, dixisse subinde audierim: in singulis pene aliquid desidero; at in hoc vno (de P. Theodorico loquebatur) nihil quod displiceat, reperio. Perfectissimae obedientiae et humilitatis eius testes esse possunt quotquot vel tenuissimam eius habuere notitiam. Ego quidem nescio si vllius alterius quantum huius P. N. fuerim adiutus exemplo. Et quo mirae [b] prudentiae eius et in hac vocatione perrarae diligentiae argumentum euidens habeatur, quaedam hic eius facta obiter recensebo. Et primum quidem tam erat superiorum suorum et *praesertim* confessariorum obseruans, ut minimum vix verbulum ex eorum ore ipso audiente proficisceretur, quod data occasione literis non mandaret. Deinde notabat singula quae quolibet die vel in nostro vel germanico collegio vel in aedibus etiam Patrum acta esse sciuisset [1] modo aliqua ra-

[a] praefectum ac eiusdem in theologia praeceptorem, virum alioqui. —[b] *Prius* stupendae.

[1] Ejusdem diaria seu ephemerides edidimus in *Polanci Compl.*, II, 575 sqq.

tione nostrum illa institutum concernerent [a]. Lectiones integras a V. R. in templo nostro istic habitas proximo biennio diligentissime conscripsit. Nec non summam omnium quae in exhortationibus domesticis a R. P. Natali aliisue concionibus audierat, notis scribere curauit. Non praetermittebat etiam suas tum consolationes tum desolationes earumque annotare remedia. Quod autem in hac eius sancta industria vehementer admiror, hoc nempe est quod viderim eum aliis in rebus occupatissimum. Nam domi professorem philosophiae agebat publicum, et quae in scholis docturus erat, omnia fere in cubiculo primum ordine scribebat; festis autem diebus carceres inuisere et doctrinam christianam rudiores docere vel certe confessionibus audiendis vacare consueuerat. Accessit postea et germanici collegii cura, cuius fuit rector constitutus. Porro horum omnium testes irrefragabiles sunt libri plurimi quos sua manu conscriptos moriens hic nobis reliquit.

14. De morte eius, vitae anteactae plane conformi, multa praeclara hic scriberem, nisi prolixitate nimia metuerem esse molestior. Committere tamen non possum quin paucula quae coram ipse vidi et audiui, hic interseram. Ipso ergo D. Michaëlis, sacris missae mysteriis coram infirmo peractis a R. P. prouinciali, cum iam sacram synaxin ei *R. P.* porrexisset, coepit infirmus anxie admodum extremam vnctionem postulare. Responsum ei fuit non esse tam praesens periculum quin differri aliquantulum posset, maxime cum medici operae precium id necdum esse iudicarent. Non cessat tamen infirmus sua replicare desideria, cuperem, inquiens, si ita videretur sanctae obedientiae, hoc me extremo sacramento muniri. Acquieuit tandem R. P. prouincialis et sub vesperum conuocatis fratribus post 7 psalmos et litanias recitatas (orante nobiscum alt*issima* [b] voce infirmo) plenariam ei primum authoritate apostolica concessit indulgentiam, et sacro deinde oleo

---

[a] ad nostrum... pertinerent. —[b] alta.

eum inunxit. Quibus peractis, summas Deo pro accepto beneficio egit gratias infirmus, ac post egregia nostrae Societatis praeconia, hoc demum nobis documentum testamenti loco reliquit, vt videlicet quemadmodum contra fidei veritatem nullus est hominum electioni locus relictus, ita et contra vocationem nostram vacillationem vllam admittere nefas esse putemus. Postridie dum familiariter cum eo agerem, ex improuiso sese erigens alta voce clamare coepit: Concentum audio angelicum, charissime Canisi, comitare me; et crebro haec verba repetens multos nominabat ex Patribus tum romanis tum viennensibus, et vt secum pergerent clamitabat. Superuenit interea R. P. prouincialis, quo viso, insolita quaedam laetitiae signa edere coepit strictissimeque eum amplexus est. Sequenti die cum post sacrum eum inuiserem, agonizantem reperi et protestationes aliaque pia, prout a Rdo. P.e Victoria ea proferri audiebat, deuota mente replicantem. Atque inter orandum deficiente voce, suum paulo post creatori suo reddidit spiritum. Mirabilis Deus in sanctis suis, et iudicia eius abyssus multa [1]. Congratulabatur sibi Germania de sanctissimi Patris huius inopinato aduentu, sed ad horam exultauit in luce eius, et quem tot annis Romae sibi arbitrabatur praeparatum, coelestibus iam vidit mansionibus fuisse destinatum.

15. Plaeraque alia sunt, Rde. P., quae recensenda putarem, nisi prolixitas nimia vetaret. Praeteribo igitur conciones hispanicas quae a Rdo. P.e Victoria in nostro templo subinde habentur. Tacebo miraculum quod non ita pridem in nostro hic templo diuina bonitas cum quodam ex nostris peregit, qui dum in summitate templi, quod dealbandum susceperat, machina quadam euectus esset, incuria eius qui machinam moderabatur, repente ex summo in terram decidit, nec tamen laesionem vllam sensit, sed eodem fere momento in coepto opere progressus est.

---

[1] Cf. Ps. LXVII, 36 et XXXV, 7.

16. Superest quorundam hispanorum qui in curia ista versantur, erga germanos nostros affectum vere christianum et charitatem minime fictam paucissimis saltem attingere. Ipsi siquidem, miserati tot animarum in hac prouincia perditionem, decreuerunt suis impensis pauperculos alere germanorum filios, quos necessariis ad vitae sustentationem destitutos, et alioqui ad disciplinas capessendas idoneos esse intellexerint, hac conditione vt septennio sub nostra viuant disciplina. Decem plus minus ex istis pauperculis iam recepti sunt; erudiuntur tam in literis quam in moribus a nostris. Habitatio pro eis parari coepta est, et iam supra quingentos aureos in piae huius fundationis promotione *hispanica* [a] contulit liberalitas, numeratura ad haec singulis quibusque mensibus 70 aureos et eo amplius, cum pauci alioqui sint qui numerant. Probatur opus hoc optimis quibusque et primae authoritatis viris, nec dubito quin aliae quoque nationes et Germaniae inprimis proceres, cum fructum perspexerint, tam animis quam rebus ipsis negotium hoc promouebunt. Habitu exteriori eos qui in collegio germanico Romae sunt, per omnia imitantur, vt vel hac etiam ratione germani isti, qui de clero romano pessime alioqui sentiunt, ab iniqua sua hac persuasione, suorum quos romanis moribus imbutos et romano etiam vestitu ornatos conspiciunt, probitate conuicti [b], aliquando abducantur.

17. Quae ad studia pertinent ex industria hic reticeo, nam copiose de his alias Dei gratia scribendi maior erit occasio. Exhibitus fuit in festis penthecostes maximo omnium applausu a discipulis nostris dialogus de vanitate mundi. Interfuerunt actioni plures episcopi et ipse quoque strigoniensis archiepiscopus [1], praelati quoque, comites, barones et nobiles viri quam plurimi. Habebat autem is

[a] quorumdam hispanorum. —[b] *Hoc v. add. supra vers.*

[1] Nicolaus Olahus.

dialogus inuocationem B. Virginis, cuius personam pulcherrimus quidam adolescens referebat. Quae res mirificam catholicis attulit consolationem, vt etiam ipsum archiepiscopum prae gaudio lachymari cerneres.

18. Venio nunc ad externos, et quo in loco nos habeant quibusque fauoribus nos prosequantur aperire conabor. Caesarea inprimis maiestas [1] tantam nobis beneuolentiam exhibet, tamque se praebet familiarem, vt cum filiis saepenumero agere videatur, et vix quicquam ab eo petimus, quamuis et magna et frequenter petamus, quod non libentissime concedat. Imo hortatur subinde vt si quid velimus, liberrime proponamus. Sed et aliena negocia a nobis proponi, gratissimum sibi esse dixit, et quasi mediatores nos constituit. Indulsit nobis diebus proximis diploma quoddam quo in suis terris et regnis concionandi, docendi et reliqua nostrae Societatis officia exercendi liberam confert potestatem. Cuius quidem maior tunc erit vsus cum plures in messem hanc amplissimam extrudentur operarii. Tanti autem nos facit *caesarea maiestas* tantumque in rebus dificillimis nobis fidit, vt et ipse vicecancellarius D. Jonas, qui caesari a secretis est, in quibusdam negotiis nostram apud caesarem quaerat intercessionem. Quando autem maximi momenti res aliqua tractanda est, nostri adesse, causam cognoscere, sententiamque etiam ferre nominatim iubentur a caesare. Occurrebat proxime difficillimus et multis modis perplexus casus, qui cum tribus episcopis traditus esset examinandus, voluit caesar praedictis tribus vnum ex nostris adjungi, et Dei gratia, ita episcopis istis nostra hic placuere consilia, vt praeterea nihil in hoc negocio faciendum esse decernerent; cumque decreta ipsa episcoporum vnus caesari offerret, primum omnium quaerebat caesar num Rdus. P. Victoria huic deliberationi interfuisset. Respondit, ni fallor, episcopus, se nomen ignorare; at affuisse quemdam ex nostris praeclarae eru-

[1] Ferdinandus imperator.

ditionis virum et prudentiae singularis, cuius etiam sententiam in hac quaestione definienda secuti essent per omnia. Ego, ait caesar, probe eum noui. Recedentibus postea episcopis, Rdum. P.em Victoriam solum secum detinuit, et cum *Rdus. P.* [a] huius sui consilii rationes caesari explicaret, optime, inquit caesar, sciebam, mea vobis cordi esse negotia, et peculiarem vos mei honoris rationem habere; ac propterea huic tam intricatae rei adesse vos volui.

19. Quid de aliis principibus et prelatis recensebo? Ea certe plerique omnes veneratione nos prosequuntur, vt non mediocriter subinde nos ipsi confundamur in nobis, dum cernimus tot officiis ab iis nos praeueniri. Gaudent nostrorum praesentia et magnifice de nobis sentiunt. Efflagitabat per secretarium suum Rdiss. strigoniensis hisce diebus, vt in suae diocesis visitatione alicuius ex nostris opera iuuari posset; verum ob sacerdotum qui hic eramus, paucitatem, desiderio eius satisfacere non potuimus. Accesserunt etiam ad nos magno cum famulitio venetorum legati [1], qui post sacrum in templo nostro auditum, totum deinde perlustrarunt collegium, et in pauperem illorum germanorum sustentationem eleemosinam etiam impartierunt. Rdissimus. summi pontificis in Poloniam legatus summam erga nostros humanitatem semper demonstrauit, et in vestiendis ac contra hyemis inclementiam muniendis Patribus suae peregrinationis comitibus *supra 39* aureos *credo* [b] numerauit; atque hinc curru discedens, omnino voluit R. P. Canisium assidere et alterum sibi latus claudere.

20. *Nunc* [c] de Bohemiae christianissima regina [2] quid scribam? Is sane eius erga nos est affectus eaque beneuo-

[a] ille. —[b] multos. —[c] Iam.

[1] Venetorum legatus ordinarius erat Leonardus Mocenigo. Missi sunt praeterea hoc tempore legati extraordinarii ad Ferdinandum Joannes Cappello et Bernardus Navagero. Cf. Alberi, *Relazioni degli ambasciatori veneti al senato,* Appendice, pag. 21, 22.

[2] Maria Austriaca, Caroli V filia, et Maximiliani uxor.

lentia, *vt ea* assidu*is suis in nos* offici*is* satis ea*m* explicare *vix* possi*t* [a]. Dono dedit nuper holosericum quoddam ornamentum, miro artificio suis manibus elaboratum, casulam item eiusdem et artificii et materiae, in quibus concinnandis totum ipsamet dicitur absumpsisse biennium. Constituit etiam vt omnes suae familiae germani nostris confiteantur et factae confessionis testimonium afferant, quod si neglexisse aliqui inueniantur, aula sua eos abstinere iussit.

21. Haec fere sunt, Rde. P., quae diuina bonitas in hac afflictissima Germania per inutiles hos et indignos seruulos suos his quattuor mensibus operari dignata est. Plura et potiora haud dubie operatura vbi fideliores et frequentiores *nacta fuerit* [b] cooperatores, siquidem messis hic cernitur maxima, sed operarii pauci [1]. Commune hominum vulgus ignorantia potius seu timore mundano, quam certa malitia delinquere persuasum omnino habeo. Si quando enim catholicam a nobis veritatem audiunt, altis suspiriis praedicatores synceros petere, principum haereticorum in veros fideles crudelitatem enarrare et diram catholicis propositam conditionem non sine lachrymis solent recensere. Quis non tantae miseriae, tamque luctuosae animarum Christi perditioni ex animo condoleat, et pro virili extremae huic necessitati succurrere laboret? Rogemus Dominum messis vt quos elegit ante saecula, tandem aliquando huc turmatim mittere dignetur operarios, vt saltem reliquiae saluae fiant. V. R.[a] sanctissimis suis sacrificiis et orationibus apud misericordiarum Patrem germanicae salutis negotium promouere dignetur, vt et gens ista plures sortiatur eosque fideles ministros, et nos aptiora in dies diuinae voluntatis efficiamur instrumenta. Domui et col-

---

[a] ea in nos assidua officia, vt satis ea explicare non possim. —[b] habuerit.

---

[1] Matth., IX, 37.

legio toti nos cupimus quam commendatissimos. Viennae Austriae vltimo Octob. anno 1558.

V. R. indignus in Christo filius, ex commissione Rdi. P. Victoria,

Theodoricus Canisius [1].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre, il P.e M. Jacobo Laynez, praeposito generale della Compagnia di IESV, in Roma.

Sigilli vestigium.

210

P. ALPHONSUS ROMAN

CAESARAUGUSTA 1 NOVEMBRIS 1558 [2].

1. *Valetudo, numerus et opera spiritualia sociorum.*—2. *Eorum duo in favorem mauriscorum laborant jussu sancti officii.*—3. *Nostri expetuntur ad montium incolas excolendos.*—4. *De Patribus Araoz, Borgia et Strada.*—5. *Cives, principes et inquisitores nostris favent; episcopus animo alieno esse pergit; auxilium quod a Roma petiverunt nostri adhuc desiderant ad templum aperiendum.*—6. *Gratiam quamdam pro collegii Patribus rogat.*

1. † Ihs. Muy Rdo. P.e nro. en Chro. Augmente sus sanctos dones y gracia el Spíritu Sancto en el alma de V. P.ad Amén. Después que Nro. Señor nos consoló grandemente con la nueua de hauernos su bondad proueýdo a V. P. por padre (lo qual sea a su gloria y honrra) yo he scrito a V. P. de lo de acá [3]; y assí en esta diré en breue lo que después se offrece auisar.

En este collegio tenemos salud todos (gloria al S.or) excepto vn hermano que dende ayer está indispuesto; pero plaziendo al S.or será cosa breue, a lo que se puede colligir del mal. Somos quatro sacerdotes, y está vn hermano para

[1] Beati Petri Canisii ex patre frater. Clarus etiam ob munera quae postea obiit.

[2] Ex autographo in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 196, 197; prius 330.

[3] Vide pag. 799.

de próximo se ordenar. Attendemos a lo sólito (de que a V. P. se haurá dado auiso) a muchas confessiones, y de personas principales buena parte; a las bisitas del hospital y cárcel, y al enseñar la doctrina las fiestas en nuestra yglesia, y a otras obras de charidad que se offrecen, visitar enfermos, ayudar a bien morir y a otras necesidades de los próximos, según a lo que acude la Compañía. Confiamos en el Señor se sirue, al qual plega hazernos fieles ministros suyos.

2. Ahora anda vn Padre con vno de los inquisidores visitando lugares de moriscos; y ha el mismo Padre andado solo con vn hermano algunos días antes con instructión y letras del santo officio predicando (como ahora lo haze) a los moriscos y instruyéndolos en las cosas de la fe; y los más días les haze dos sermones. El hermano ha enseñado la doctrina, y entendemos se sirue mucho el Señor, y la necesidad es grande de doctrina.

3. Dios embíe operarios zelosos y muchos, que gran India hay en este reyno, aun en los christianos antiguos, máxime en las montañas, para las quales hemos sido solicitados; sino que no podemos acudir por ser pocos. Crézcanos el Señor en número y virtud.

4. El P.e doctor Araoz ha estado aquí hasta los primeros deste mes, digo en el reyno, porque algún tiempo ha estado fuera de Çaragoça, y a ratos indispuesto; ya es ydo y está ahora en la prouincia [1] (de donde me scriuió de los 16 deste). El P.e Francisco [2] me ha ahora scrito que le dessea en Valladolid, y assí creo yrá presto allá. El P.e maestro Strada passó por aquí a los primeros deste para Toledo, donde he sabido que llegó. Ya V. P.ad sabrá el fin [3]; Nro. Señor dé prósperos successos.

[1] Intellige in regione seu provincia Vasconiae. Cf. *S. Franciscus Borgia*, III, 419.

[2] P. Franciscus Borgia.

[3] Agebatur de domo aut collegio Toleti stabiliendo. Cf. *S Franciscus Borgia*, loc. cit., 407-408, 418-419.

5. Nuestras cosas están en gran sosiego por la diuina bondad, y vemos gran voluntad en personas principales, y muestran particular contentamiento en ver nuestra nueua yglesia (que está quasi acabada), y el edificio que se ha hecho en la casa para acommodarla a la yglesia. Los inquisidores siempre nos son muy padres; el perlado [1] se está (vt heri etc.); Dios sea con él; con todo esso le visit[o] alguna vez. Desseamos mucho el recaudo que de aý se nos ha de embiar, y de que se nos ha dado sperança, y pienso lo trayrán los Padres que desta tierra fueron; de los quales me marauillo que no sabemos cosa alguna. Dios les dé buen viaje y trayga con bien. Bien creo que aý se tiene sobre este nuestro negocio buena diligencia, y si el recaudo aun no se nos ha podido embiar, supplico a V. P. se procure, porque nos importa abrir la yglesia; de lo qual se ven a la clara muchos prouechos, que serán muy a gloria de Dios.

6. En los santos sacrificios de V. P. encomiendo mucho este collegio, y supplico a V. P. para los Padres dél, que serán presto quatro, nos conceda V. P. la gracia del ánima con la missa, que ya yo la tengo de nuestro Padre de buena memoria [2]. Denos el Señor su copiosa gracia para conoscer y cumplir perfectamente su voluntad sanctíssima. Amén. De Çaragoça 30 de Octubre de 1558.

Somos en primero de Nouiembre; ayer vltimo de mes recibí letra del P.e maestro Baptista [3], de Génoua de los 21 de Setiembre, por donde entiendo serán partidos para esta tierra o estarán en esso. Dios les dé buen viaje. Amén. De V. P.ad hijo y sieruo indigníssimo en el Señor,

†

† ROMÁN † [4].

---

[1] Ferdinandus de Aragonia.

[2] P. Ignatius de Loyola.

[3] Intelligi videtur P. Joannes B.ta de Barma, qui Aragoniae provinciam regebat.

[4] Vide pag. 418, annot. 3.

Inscriptio. † Ihs. Al muy R.do P.e nro. en Chro., el P.e M.o Laýnez, prepósito general de la Compañía de Je[sús]. Roma.

Sigilli vestigium.

Alia manu... Rta. a de Hebrero [*sine die*] 1559.

211

CAROLUS SAGERIUS

PARISIIS 3 NOVEMBRIS 1558 [1].

1. *De Patrum Paschasii Broët et Pontii Cogordani adventu, ac de religione in Gallia per Societatem redintegranda.*—2. *Fratrum nostrorum studia.*—3. *Sacramentorum frequentiam, prius imminutam, incrementum demuo sumere recenti Patrum adventu.* 4. *Societatis candidati; collegii templique comparandi, religionis restituendae spes in posterum.*

1. † IHS. Pax Xpi. Quod antea vehementer omnes a R. P. Paschasii absentia precabamur, R. P., vt eius aduentus et ab Italia reditus, nobis cum omnibus amicis nostris jucundissimus, proximo cuique ac Ecclesiae christiane esset secundissimus futurus; eius desiderii Dei beneficio reverendorumque Patrum nostrorum precibus conuicti sumus. Nobis enim ac caeteris Societatis amicis saluus et incolumis magna quidem cum gratulatione est simul cum R. Patre Pontio redditus [2]. Habendae sunt, R. P., potius quam agendae Domino nostro gratiae, qui languentem jam et prope jacentem gallicam fidem, non penitus euanescere, sed excitare, et in pristinam, quam consensu omnium facile meruit de fide existimationem, sane quam optimam, restituere nobis per suos fideles nostrae Societatis seruos et

---

[1] Ex autographo in codice *Gal. 53*, unico fol., n. 43; prius 197 (28). Notatione anni caret. Antiqua manu additus est annus 1558 in fol. v., qui ex contextu facile intelligitur.

[2] Parisios pervenit P. Paschasius Broët die 1 Novembris 1558. Cf. *Epist. PP. Broëti... et Roderici,* 125.

ministros velle videtur. Ac ne cuius causa potissimum suscepta est ad R. Paternitatem tuam scribendi consuetudo praetermittatur, paucis ante, que superioribus quattuor mensibus pro more acciderunt, complectar, quam ea de re tibi, R. P., consilium Patrum nostrorum aperiam.

2. Itaque vt a minimis exordiar, nobis operae precium visum est, consulto tamen primum Pre. Nicolao [1], incoepta Aristotelis curricula non eodem doctore percurrere, vt et collegium et praeceptorem (quo citius iisdem auspiciis quibus ad id sumus vocati, munus nostrum in Xpi. honorem persequamur) mutandum censuimus. Ac Domini nostri beneficio pro sua quisque parte comparandis scientiis, exacuende ingenii subtilitati perpoliendeque orationi, vt vtraque virtute (qua plurimum valere debent qui tela inimicorum fidei nostrae retundere et ignea extinguere student ac decernunt) abundet, non omnem lapidem non mouet; assiduis disputationibus a prandio et coena ex consuetudine insistimus. Reliquum quod a lectionibus superest temporis, piis operibus pro cuiusque feruore consecratur.

3. Antea penuria sacerdotum (quod etiam offendere et grauare Patrem vnicum nimio labore plerique formidarent), pauci quidem (de externis loquor) in confessione et sancta eucharistia perstiterunt. Habuit tamen semper in quo elaboraret et quibus in eo faceret satis. Ac in summa vt dicam, quoad potuit ad R. P. Paschasii aduentum talenta sibi commissa in Dei gloriam proximique edificationem adauxit et amplificauit. Nunc vero vbi plures adsunt messores, eo etiam magis longe lateque messis diffunditur. Nam feriis omnium sanctorum (eo enim tempore Lutetiam R. Pres. nostri appulerunt) magnam, Deo fauente, confitentium multitudinem audierunt. Ita sese inuicem scholastici quidam exhortantur in Patrumque nostrorum cognitionem veniunt, ac frequenter deinceps ad confessionem et synaxim accedunt.

---

[1] P. Nicolaus Bellefille.

4. Magno desiderio plerique R. Pris. Paschasii reditum expectarunt, vt se illi in Societatem cooptandos offerrent. Collegii vero ac templi comparandi a R. Patribus nostris consilium initur eorumque omnis nunc in eo potissimum cura consumitur. Equidem si quod fauente Xpo. vestrisque precibus, R. P., sperant (quamquam id non parum habeat difficultatis), consequantur, tam confessionibus quam concionibus ac lecturis aliisque Societatis ministeriis lutetianam pietatem, imo vero gallicam fidem multis iam ruinis debilitatam et oppressam, pristine integritati restituent; ac ne hoc tam excellens nomen (vt fidei xpane. caput ac decus dicatur) sibi a ceteris nationibus praeripiatur, sartam ac tectam conseruabunt. Verum quo plus in re est difficultatis, eo maiorem in modum ad id nobis tuae, R. P., ceterorumque Patrum pias supplicationes accedere et suffragari pro tuo in Ecclesie Xpi. exornationem propagationemque amore petimus. Vale igitur, R. P., nosque ea in re, obsecramus, commendatissimos habe. Lutetie Parisiorum 3 die Nouembris.

CAROLUS SAGERIUS [1], R. P. T. seruus inutilis.

Inscriptio. R. Pri. Dno. Jacobo Laynez, preposito generali Societatis nominis Jesu in ede Bte. Marie della Strada, Romae.

---

[1] Vide superius, pag. 365, annot. 2.

212

P. FRANCISCUS COSTERUS

COLONIA 8 NOVEMBRIS 1558 [1].

1. *Tum fratres, tum convictores virtutes sibi familiares reddere student.*—2. *Plurimi optimae spei adolescentes se Societati addicere desiderant.*—3. *Convictorum magnus numerus, maxime vero nobilium, collegium nostrum commendat.*—4. *Quatuor domus conductae sunt.*—5. *De probitate alumnorum et de optima indole germanica.*—6. *Juvenes plurimi frequenter ad sacramenta accedunt: haeretici quidam ex illis fidei restituuntur.*—7. *De promovendis ex nostris in baccalaureos et magistros.*—8. *De adventu R. P. Everardi, qui magnam de hoc gymnasio spem concepit.* 9. *De P. Mortaigne.*

1. † IHS. *Pax Christi, etc. Tempus nos admonet, R. in Christo Pater, vt quos hoc mense Octobri fructus ex coloniensi messe reportauerimus, significemus, reddamusque rationem eorum quae hic apud nos acta sunt; quae si pauca fuerint, futura diligentia recuperentur; nam haud dubie, ni socordia nostra impedimentum attulisset, operatus fortassis plura per inutiles seruos suos fuisset benignissimus Deus* [a]. Vt *tamen* obedientiae satisfaciens pauca *illa* [b] perscribam, imprimis quod ad domesticos tum fratres, tum conuictores attinet, mirum est quantum spiritu crescant omnes. *Fratres siquidem tam iuniores quam prouectiores, virtutes eas potissimum sibi familiares reddere student quae ad Societatis scopum maxime conducunt; humilitatem dico, obedientiam, paupertatem etc. Et* [c] *quamuis nondum sat commode publice Societatis constitutionibus vti licet, praecipua tamen non negliguntur.*

---

[a] Ex literis P. Francisci Costeri, 8 Novembris 1558 Coloniae. —[b] de hoc mense Octobri. —[c] *Quae praecedunt desiderantur apud* H.

---

[1] Ex autographo a Polanco castigato, in codice *Germ. 142*, 2 ff., nn. 53, 54; prius 534, 535 (42). Edita est ex apographo coloniensi ab HANSEN, *Rheinische Akten...*, 315.

2. Plurimi sunt optimae spei adolescentes qui se Societati addicere summopere desiderant, quos his principiis recipere non satis tutum, suo tempore difficultas haec plures cum foenore reddet. Visis illi sanctis praeceptorum suorum moribus (vt mihi quidem nonnulli eorum retulerunt) mouentur.

3. Conuictorum magnus numerus collegium nostrum plurimum commendat, maxime vero nobiles qui hic nobiscum agunt non pauci. Conuenerunt enim regentem nostrum [1] filii aliquot, tum comitum, tum baronum, qui se nostrae curae erudiendos tradiderunt, et in numerum conuictorum vna cum suis paedagogis recepti sunt [a].

4. Domus hactenus capax omnium non fuit, sed hodie tres aliae adiunctae sunt, et quartam pro nobilibus his aliisque conuictoribus, nobis conduximus.

5. Miramur omnes inter adolescentes istos tantam probitatem, quorum multi [b] cum et nobiles sint et prouectae satis aetatis, tam sint [c] ad pietatem addicti. Optimam hic discimus esse indolem germanicam, modo [d] ea probe excolatur.

6. Hac solemnitate omnium sanctorum studiosi nostri, et domestici et externi, credo prope omnes confessi sunt nobis, quorum confessiones qui audierunt, quidam, vix se poterant a lachrimis temperare. *Ego* multos audiui [e] qui *quanto* [f] tempore haeretica prauitate imbuti, non fuerant confessi *ignoro*. Juuenes erant optimae indolis qui etiam *mihi* [g] haereticos suos libros tradiderunt. Deploranda multis lachrimis res est, quod pueri istiusmodi hactenus pestifera illa dogmata imbiberint, qui alioqui, si indolem spectes, ad Dei seruitia accommodatissimi videntur. Verum illis modo congaudendum est, quod patria relicta ad nos

---

a *A v.* Plurimi *desunt apud* H. —b [non]nulli H. —c tam[en] sunt H. —d [dum]modo H. —e audiuimus. —f longo. —g nobis.

---

1 P. Joannes Rethius.

confluxerint, apud quos sanius longe, diuina gratia, instituentur. Mali quoque quam plurimi, de quorum emendatione fere desperaueramus, in melius vitam suam commutare instituerunt [a].

7. Promouebuntur his diebus ex nostris 13 in bacularios artium, quos omnes, fauente Deo, post annum magistros creabimus; moris enim hic est vt qui physicam audire velint, primum baculareatus gradum susceperint.

8. Accessit ad nos 29 Octobris R. Pater Euerardus [1], per inferiorem Germaniam prouincialis, cuius aduentus multum nos in Domino consolatus est, *cum quia de rebus romanis, vt electione praepositi, aliisque id genus multis, certiores facti sumus, tum quod ad has partes eiusmodi prouincialis demissus sit. Contulit R. Pater Leonardus* [2] *et nos quoque collegii huius omnia negocia, quae non parum ei placuerunt, prout ex eius literis vberius intelligetis. Concepit enim spem magnam, multa bona per hoc gymnasium esse futura.*

9. Aduenit cum eo R. P. Joannes Mortaigne, qui non parum nos in profesto omnium sanctorum in studiosorum nostrorum confessionibus audiendis nos iuuit. *Fuimus enim quatuor sacerdotes illis toto die occupati, cum tamen ante biduum vnus nostrum audire inciperet. Venit cum eis et alius frater vnus laicus, qui etiam vna discessit. Reliquit nos siquidem nudiustertius, hoc est 6 Nouembris. R. V. dignetur nos suis sanctis sacrificiis adiuuare, vt opus Dei non negligenter faciamus* [b]. M. Henricus Dionysius in concionibus magno cum totius auditorii fauore pergit. *Misit nobis R.*^{mus} *archiepiscopus* [c] *designatus* [3] *his diebus bouem vnum, qui est decimusquartus*

---

[a] *A vv.* Hac solemnitate *desiderantur apud* H. —[b] *Verba* cum tamen *et sqq. desunt in* H. —[c] episcopus H.

---

[1] P. Everardus Mercurianus.
[2] P. Leonardus Kessel, collegii rector.
[3] Joannes Gebhardus, comes de Mansfeld.

eorum quos hoc mense pro tanta familia mactauimus. Odor optimus huius collegii non solum ad vicinas ciuitates spargitur, verum etiam ad remotiores regiones peruenit, et haereticos, argentoratenses dico et pomeranos, *quorum illi* [a] nobis infensissimi sunt, vt [b] hoc diabolicum collegium vocent. Ex Augusta quoque huc nuper vnus venit, qui indicabat cathalogos lectionum nostrarum eo delatos esse, multaque de collegio illic referri, de quibus tamen quia incerti erant, commissum esse nonnullis vt diligentius rei veritatem inquirerent. *Hodie recepimus literas a R. P. Polanco scriptas 20 Septembris, quae peculiare aliud non continebant, quam R. P. Euerardum prouincialem constitutum esse, et raro admodum literas nostras Romam peruenire. Miramur qui id fieri possit, cum tamen mensibus singulis ex instituto s. obedientiae quicquid hic factum est perscribamus. Verum R. P. Euerardus se curaturum dixit vt mutuis literis crebrius posthac gaudeamus. Nam et nos tarde admodum ex Vrbe aliquid percipimus.* His valeat R. P. V. cui nos totos commendamus, sanctorum tuorum sacrificiorum desiderantes esse participes. *Ex mandato R.di P. Leonardi, qui R. P. V. plurimum salutatum cupit, vt et M. Henricus, et M. Joannes Reidt cum omnibus Patribus fratribusque romanis* [c]. Coloniae ex gymnasio nouo Coronarum, anno 1558, 8 Nouembris.

R. P. V. indignus seruus,

FRANCISCUS COSTERUS, mechliniensis [1].

Inscriptio. R.do in Chro. Patri, P. Iacobo Laynezio, Societatis Iesv praeposito generali. Romae.

Alia manu... R.ta a 5 di Genn.o 1559. E d'edificatione. Emend.

---

[a] qui. —[b] adeo vt. —[c] *A vv.* Hodie recepimus *desunt in* H.

---

[1] Vide pag. 185, annot. 4.

213

JOANNES PAULUS MIRABELLUS

FERRARIA 13 NOVEMBRIS 1558 [1].

1. *Actus litterarius coram cardinali ferrariensi omnibus placuit.—* 2. *Zelus P. Pelletarii in confessionibus, concionibus, aliisque pietatis operibus.—*3. *Octo hebraei elementa fidei edocti sunt.—* 4-6. *Confessiones domi, in carcere et in xenodochio; insignium peccatorum conversiones.*

1. † Admodum R.^de^ P. His qui praeterierunt mensibus haec apud nos Ferrariae acta sunt. Natali die Domini (hoc enim quod omissum fuerat in aliis literis primum est recensendum) dialogus et quaedam orationes coram R.^mo^ cardinali ferrariensium [2] eiusque aulicis aliisque quamplurimis uiris literatis sane ac nobilibus habitae sunt; qui actus illi gratissimus extitit; unde scholae et collegium non parum authoritatis sibi comparauit. Hoc autem tempore, multis de causis uisum est R. P. Pelletario nihil esse agendum quousque res sese aliter habeant. Interim enim laboratur uehementer ut in dies magis ac magis gymnasium crescat atque augeatur.

2. Atque ipse R. Pater posteaquam Roma rediit [3], statim quidem Ill.^mae^ ac Excll.^mae^ ducis ferrariensium ac filiarum [4] confessionem audiuit, illisque sanctissimam eucharistiam ministrauit et commodissime concionatus est, quotidieque in templo nostro et dominam Factricem [5] et alias primarias foeminas uirosque confitentes audit. Singulis

---

[1] Ex autographo in codice *Venet. 100,* 2 ff., nn. 2, 3; prins 484. Aliquae sunt correctiones, quae videntur ab ipso auctore factae. Exstat apographum in codice *Varia Historia*, II, ff. 30v-31.

[2] Hyppolitus de Este.

[3] Patri Pelletario data est venia recedendi a congregatione generali die 31 Julii 1558. Cf. *Lainii Monum.,* III, 530.

[4] Vide pag. 90, annot. 2.

[5] Maria Frassona del Gesso, alias Fattora, collegii ferrariensis fautrix. De ea saepius in *Monum. Ignat.* et *Lainii Monum.*

uero diebus festis, ut antea, concionatur non parua auditorum frequentia, idque in dies uehementius in nostro fano. Taceo enim conciones quas habuit in summo templo ferrariensium, antequam istuc ad comitia congregationemque iret, magna certe multorum admiratione cum ob multiplicem eruditionem tum maxime ob literarum hebraicarum peritiam ac promptitudinem. Instituit etiam ut qui diebus festis vesperi undique ad collegium conueniunt, erudiantur in pietate atque exhortentur ducto themate ex libello de frequentatione eucharistiae [1]. Visitat aegrotantes, consolatur egentes, ac pauperes fouet, orphanarumque domos puellarum consilio, opera [a] ac re iuuat, plura etiam maioraque praestaret, si quotidiana iugisque sollicitudo domus curaque pateretur.

3. Octo hebraei elementa fidei sunt edocti, ex quibus una mille libris precario partis commode nupsit, alia coenobium subiit, aliae matronis traditae, mares uero ad diuersa officia se applicauerunt; nona praeterea iam instituitur. Atque utinam R. P. tua R.^{mi} et Ill.^{mi} cardinalis uotis respondisset; iam certe erectum collegium uideretur Ferrariae huius tanquam proles [2], quo ne tandem fraudetur obnixe oramus.

4. Ad templum nostrum praeter eorum gregem qui octauo quoque die atque item frequentius Deo sese conciliant, accedunt qui nouem annos in peccatorum coeno iacuerunt, quique triginta quibus nunquam sacerdotem adierunt. Alii in pellicatu [b] inuitis parentibus quinquennium transegerunt, repudiataque uxore quidam: quam tandem diuino beneficio sibi ut prius cooptauit, pellicemque uxoris abiecit.

---

[a] *Mutatum postea in* verbis. —[b] *Pro hoc v. scriptum in margine* concubinatu.

---

[1] Intelligi videtur libellus P. Madridii de frequenti usu eucharistiae.
[2] Cf. *Lainii Monum.*, III, 486, 530, 531.

5. In carcere uero erant qui octo annos diuersis homicidiis flagitiisque conficiendis euigilauerant, iam uariis bene uiuendi generibus uigilias illas suas collocarunt. Aliis non satis fuit extra sacramentum capitalia patrare, sed in ipsa confessionis exedra amotis arbitris tria foedissime commisere. Sed concursum totius quadragesimalis temporis, eorum qui sitientes diuinam gratiam ex immenso illo mari diuinae bonitatis ebibere ardebant, praetermittere non possum. Nam praeter alia inaudita ingentiaque crimina, duo (proprio sanguine chirographo descripto in hanc formulam: Tibi me, o diabole, omnino dedo, committo, trado, consecro), se diabolo dederant, atque adeo, ut cito ab eo ab hac uita abripi flagitarent, imo uero diris uerbis illum arguerent, quod tam diu eos asportare differrent [*sic*]; quos tandem incredibili animi dolore affectos, acerbissime poenituit. Ecce iam desperationes mulierum: haec decreuerat laqueo, illa aquis, alia cum sorore ueneno (quod a pharmacopola amore Dei petebat) sibi uim afferre, uitamque profundere, et pene perfecerant; sed Deus illas orci e faucibus eripuit. Crudelior sane [a] mater illa [b], quae proprium foetum recens in lucem editum uita priuare non uerebatur; et fecisset, ni rerum humanarum moderator Deus quempiam ex familiaribus eius dedisset qui illam a tam nephando scelere auerteret atque eriperet.

6. Multa alia huiusmodi possem enumerare quae lacrymis digna, ac diuturno sunt luctu. Orphanarum praeterea et totius xenodochii divae Anne [c] exomologeses usque fiunt. Haec habui R. P. quae quam breuissime *potui* enumerarem. Nos omnes R. P. T. precibus commendamus. Vale in Domino. Ferrariae idibus Nouembris M. D. LVIII.

---

[a] *Prius* quoque. —[b] *Prius scriptum erat aliud v. quod legere nequimus.* —[c] *Duo vv. praeced. addita supra versum eadem, ut videtur, manu.*

Vicarium [1] huius ciuitatis et nonnullos episcopos erga res nostras beneuolos habemus.

R. P. T. in X.° seruus,

Jo. PAULUS [2].

Inscriptio. † Admodum Rdo. in X.° P. M. Jacobo Lainez, praeposito Societatis IESV. Romae.

Alia manu... Alemagna, Spagna, Francia, Fiandra, Italia, Sicilia.

214

ANTONIUS LAREZ

ABULA 30 NOVEMBRIS 1558 [3].

1. *Congratulatio de electione P generalis, et de exitu primae congregationis.*—2. *Numerus et observantia regularis nostrorum fratrum; laetitia omnium propter adventum P. Vazquez, rectoris.* 3. *De fratrum nostrorum occupationibus et perfectioni studio.*

1. † Ihs. Muy Rdo. P.e nro. en Chro. Pax Christi., etc. Con la nueua merced y particular misericordia que Nro. Señor a hecho a su Compañía, y por el tanto auerle cabido parte a esta mínima parte della, que en esta ciudad el Señor por su bondad tiene, en auerla dado por padre a V. P., todos grandemente en el Señor nos hemos consolado. Séanle a su Magestad dadas ynfinitas graçias, y denle inmensos loores los ángeles, pues en ello tan claramente nos ha mostrado quererla lleuar tan adelante quanto en sus primeros prinçipios por el medio de nuestro padre Ignatio, sancte memorie, dió muestras dello, y también con las nueuas ordenaçiones y sanctas leyes que por el nueuo legislador a sido seruido dar a su pueblo. Al qual por muy

[1] Vide pag. 325, annot. 1.

[2] Vide superius, pag. 329, annot. 1

[3] Ex autographo in codice *Hisp. 96*, unico fol., n. 232; prius 493. Quaedam parvi omnino momenti inter scribendum castigata sunt ab ipso auctore, quae annotare inutile nobis visum est.

largos años se digne el Señor de mantener en unidad, espíritu y su primera uocatión.

2. Lo que deste colegio por el presente se offresçe hazer saber a V. P. es que somos en él 8; y aunque el número es el mesmo que antes en otras he scrito a V. P., pero las personas son otras, porque quasi todos an uenido de nueuo aquí en 6 meses. Es rector el P.e M.o Dionisio Bázquez, con cuya uenida se innouaron muchas cosas en este colegio, y con ella se [ha] alegrado [a] y mostrado mucho contentamiento la ciudad, dado que de la yda del P.e Hernandáluarez [1] ayan también tenido sentimiento, el qual ya falta con el prouecho que de la doctrina del P.e retor sienten todos en sus almas; predica muy amenudo, y a esta causa ay siempre muchas confessiones muy de ordinario, y otras muchas ocupaçiones que el offiçio de ayudar a los próximos trahe siempre consigo.

3. Ay tres studiantes theólogos, que proçeden bien en sus letras; los demás hermanos se ocupan en el officio de Martha, con mucha alegría y consolaçión spiritual, y todos tratan muy de ueras en su aprouechamiento, y se pone mucha uigilançia en la obseruancia de las reglas. Del augmento desta casa no ay que hazer saber por agora a V. P., hasta que Nro. Señor saque a luz algunas cosas que empieçan a pulular.

No se ofresce otra cosa que escreuir a V. P. sino que todos húmilmente nos encomendamos en los sanctos sacrifiçios y oraciones de V. P. para que el Señor nos dé a conosçer su sanctíssima uoluntad y gracia para perfectamente cumplirla. De Áuila a 30 de Nouiembre de 1558.

D. V. P. por comissión del P.e rector indignísimo sieruo en el Sor.,

†
Antonio Lárez [2].

---

[a] se alegrado *ms.*

---

[1] Missus fuerat hic Pater Burgos. Vide superius, pag. 805.
[2] Vide pag. 152, annot. 3.

Inscriptio. † Jhs. Al muy R.do P.e nro. en Chro. el P.e M.o Laýnez, prepósito general de la Compañía de Jhs, en Roma.

215

ALVARUS DE ORIVE

PLACENTIA 30 NOVEMBRIS 1558 [1].

1. *Status collegii.*—2. *Instauratio cursus fit in quadam capella ecclesiae maioris.*—3. *Episcopus erga Societatem benevolus perseverat; ministeria sacra in favorem omnium etiam diversae factionis, magna populi aedificatione.*—4. *Vita insignis cuiusdam pauperis mulieris nostram ecclesiam frequentantis.*

1. † Jesús. Muy R.do P.e N. en Christo. Gratia et pax Christi., etc. [*Dicit se scripturum primum de domesticis, deinde de externis.*]

En este collegio estamos treinta; ocho Padres y los demás hermanos, de los quales cinco professan gramática y artes no sin gran prouecho suyo y de los otros, y once son los studiantes, de los quales seis el anno siguiente con el diuino fauor acabarán de oyr el curso de artes, no sin sufisciencia en él por ser todos razonablemente ábiles. No será menester auisar a V. P. del cuidado que todos tienen en guardar las reglas y statutos de la Compañía, porque esto ya se praesupone que todos ponen en ello grande diligencia.

2. Los studios se començaron ogaño por Sant Lucas, desta manera: vn hermano que tiene qüenta con los studiantes de la primera classe hizo vna oración [a] en alaban-

[a] ororacion *ms.*

[1] Ex originali in codice *Hisp. 96*, 2 ff., nn. 233, 234; prius 437. Est exemplum latinum in ff. 235, 236.

[1] In catalogo collegii Montisregii ineuntis Januarii 1565 (in codice *Cast. 13*, f. 188, deleto 595) de eo scribitur: «P.ᵉ licenciado Francisco de Lara; a 8 años que entró en la Compañía; hizo los votos a 15 de Agosto de 1557. Es natural de Madrid. Antes de entrar en la Compañía se graduó de licenciado en artes en Alcalá donde oyó año y medio de Theología. Después de entrado en la Compañía la acabó de oyr. A 7 años que lee grammática de medianos y mayores en este collegio. Ordenóse de misa año de 1560. Tiene buen talento. Ase exercitado en confesar y predicar. Tiene mediana salud, aunque es algo enfermo del corazón. Es de edad de 31 años y medio.»

[2] Ex autographo in codice *Germ. 142*, 2 ff., nn. 65, 66; prius 551, 552. Polanci emendationes et lituras consueto modo indicamus.

per nos operari dignatus est, quae etsi tenuia sint, non tamen sumus nescii quin ea quoque R. P. T. sibi comperta esse velit, quo Dominus Deus tam in paruis quam in magnis donis glorificari queat; quamquam fortasse istud non existimandum est vulgare Dei donum, quod iuuentus nostrae fidei concredita tam insignes faciat in literis et pietate progressus, eliminatis interim *radicitus* erroribus, ac ambiguitatibus, quibus ex aliorum perditorum hominum institutione imbuti erant, *omnino profligatis*.

2. Quid attinet commemorare de numero, qui adeo quotidie in immensum excrescit, ut nobis saepius de nouis aedibus comparandis aut conducendis serio cogitandum sit. Et ut caeteros omittam qui ex utraque Germania ad nos glomeratim confluunt, elapsis aliquot septimanis sollicitauit non mediocriter nos filius cuiusdam comitis in Geldria *(qui regi Angliae* [1] *est a consiliis)* ut possit in nostrum conuictum admitti. Iuuenem ego optime ab aliquot annis noui, cuius vultus angeli*cus* [a] morum integritatem probe exprimit.

3. Nec hoc silentio inuoluendum esse existimo, quod circa festum natiuitatis Domini ita iuuentus nostra cateruatim ad confessionem et sacram communionem non secus atque ad epulas confluxit, magna cum animi alacritate ac non impari cordis pietate; quamobrem parentum ac aliorum animos, cum ob scientiae tum ob pietatis incrementum, in admirationem pertrahunt. Nec pudet illos rosaria (quod hic fere ludibrii loco ducitur) aut manibus gestare aut cingulis appensa circumferre aut sese imaguncularum vsu vehementer oblectare.

4. Praeterea quamuis sint aetate prouectiores, tamen germanica simplicitate praediti, ad quaelibet iuxta profligatorum hominum censuram contemptiora aut execrabi-

[a] velut angeli.

[1] Ita appellari videtur hoc loco Philippus II, Hispaniae rex, ob ejus uxorem Mariam, Angliae reginam.

liora sine animorum reluctatione facile inducuntur. Vsque adeo iuueniles animi virtutis ac auitae religionis flagrant amore. Quod et hinc non obscure *colliquescit* [a] quod cum parentibus aut omnino haereticis aut in fide dubiis audeant disputare, et acriter concertare pro purgatorio astruendo aut aliis articulis nunc hereticorum improbitate in controuersiam propositis, nec parentum peruicatiae, licet in aliis rebus morigeri sint et flexiles, cedere norunt, maiorem fidem suis praeceptoribus quam parentibus adhibentes. Hinc futurum confidimus, ut parentes tales aliquando per filios suos conuertantur ad saniorem mentem, et quibus vitam et alimenta subministrant, per illos vicissim institutionem catholicam et vitam consequantur aeternam. Benedictus de donis suis in secula Deus.

5. Ad D. regentis nostri [1] munus venio, qui dum a facultate artium vnanimi consensu in quotlibetarium (vt vocant) electus esset [2], ita sibi delegato offitio perfunctus est sub festum S. Thomae apostoli, ut [b] praeceptores aliarum bursarum cum studiosorum aedificatione in sui stuporem conuerterit. Nam dum alii (pro more licet illaudabili) soleant mordacibus salibus quoslibet excipere et nonnunquam obscoenis dicteriis statuum mores perstringere, noster regens ab illis plane temperans, honestissimis leporibus longe foelitius ac maiori cum aedificatione et satisfactione omnium id praestitit, ac posteris deinceps quid fieri deceat et oporteat, exemplo commonstrauit, necnon et offitium illud, quod abusus detestabile reddiderat, suis praeclaris orationibus ac piis monitionibus commendauit ac illustrauit mirifice.

6. M. Balduinus [3] etiam orationem *longe* pulcherrimam in christianae religionis commendationem disertissime de-

---

a elucescit. —b *Sequitur v.* pios *ab auctore, ut videtur, deletum.*

---

1 P. Joannes Rethius.
2 Vide superius, pag. 46, annot. 1.
3 Balduinus ab Angelo.

clamauit cum totius auditorii singulari applausu ac omnium stupore. M. Gregorius [1] contendens pietatem litteris copulandam esse, non mediocrem laudem et fructum consecutus est. Ego versibus heroicis deplorandam humani generis sortem deliniaui. Henricus dinantensis [2], qui parui quotlibetarii munia subibat, iuxta veterem huius academiae consuetudinem, praeclara sua oratione *ciceronianis flosculis probe instructa* adolescentulorum animos (quibus malorum consortia declinanda esse suadebat) mirum in modum sibi deuinxit, licet ipsorum vitia satis acriter insectatus esset; sed dexteritas laudem promeruit.

7. Quod ad fratres attinet, omnes recte valent ac sibi delegata munia sedulo ac alacriter obeunt; in aliorum salutem gnauiter incumbunt, et in spiritu progrediuntur. Lectiones quisque pro sua virili cum *honore et* studiosorum vtilitate persequitur, cuius fama ita exteras nationes peruasit, ut etiam hoc tempore hyberno in tanta celi intemperie ac iniuria, non dubitent ad nos aduolare.

Hec sunt quae Dominus per nos hoc mense operari dignatus est, qui nostram socordiam extimulare dignetur, opitulantibus V. R. P., Patrum ac fratrum omniun precibus, ut dum vberiorem messem in horrea dominica inuexerimus, V. R. cum omnibus maiori letitia *delibuamus* [a]. Scribebam Coloniae Agrippinae, 29 Decembris anno 58.

T. R. P., ex mandato R. P. Leonardi Kessel, seruus indignus Societatis Ihesu,

HENRICUS DIONYSIUS [3].

Inscriptio. † Rdo. in Christo P. M. Iacobo Laynez praeposito generali Societatis Ihu. Romae.

---

[a] perfundamus.

---

[1] Gregorius Fabius.

[2] Henricus Somalius.

[3] Vide pag. 813, annot. 1.

221

P. PAULUS HOFFAEUS

PRAGA 31 DECEMBRIS 1558 [1].

1. *De scribendi munere a se suscepto.*—2-5. *De miserando Boëmiae statu, quod ad religionem spectat.*—6. *De libro quodam ab haereticis edito.*—7. *De amicis nostris ac de quorumdam spe reformandi cleri, praesertim per Societatem, quae multis locis expetitur.*—8-10. *De iis qui filios suos nostris in convictores tradere cupiunt, maxime de familia quadam mire in fide constanti.*—11-15. *De P. Henrici Blissemii concionibus coram imperatore, de hujus Pragam adventu, deque ejusdem benevolentia erga Societatem, nominatim erga P. Victoria.*—16. *Is agit etiam cum archiduce Ferdinando.*—17. *Societatem apud omnes, etiam inimicos, bene audire.*—18. *De studiorum renovatione.*—19. *De alumnorum numero, quorum maxima pars hussitarum filii sunt.*—20. *De praeceptoribus et de convictoribus.*—21. *De arduo nostrorum labore ac de spe in posterum.*—22. *De nostris oratoribus, deque exiguo concionum fructu.*—23. *Lainio in generalem electo gratulatur.*

1. † Ihs. Gratia ex pax Christi. Admodum Rde. in Christo Pater. Quod his quatuor elapsis mensibus hic Pragae peractum sit, libenter T. P. communicabimus [a]. *Et quamuis hoc muneris ad M. Hurtadum* [2] *aut alios qui hic ante me fuerunt hos menses quibus quae scribam contigere, spectare uidebatur, iudicatum tamen fuit ut ego hoc laboris in me susciperem, quod etiam libenter feci, maxime cum in hoc iuuarer scriptis ipsorum, quibus iam ante quae scribenda erant, diligenter annotata reperi* [3].

2. *Verum si a me primum de boëmorum natura esset agendum, mihi quidem hoc nouum foret quod alias qua-*

[a] *Prius* communicare dignabimur.

[1] Ex originali in codice *Germ. 186*, 4 ff., nn. 180-183; prius 120-126. Polanci emendationes et lituras consueto modo indicamus.

[2] P. Hurtadus Perez. Cf. pag. 170, annot. 2.

[3] Vide pag. 524.

drimestres nondum scripserim, et T. R. ut non nouum, ita forte taediosum, quare officiose tacere malui. Sed unum *tamen* [a] hoc in genere dictum cupio, si quid boni *quod pauxillum de Boëmia* scribere maxime uelis, uix inuenias; si quid mali, quod multum est, difficulter uelis, nisi hoc iccirco uelis, ut lector uel auditor quanto eam deprauatiorem intelligit, tanto feruentius pro ea uicissim orare uelit. *Sed dico tandem aliquid, et hoc dico dolenter gaudens, quod* [b] euntes ibant et flebant mittentes semina sua, sed nondum ueniunt, pro dolor, qui possint congregare in horrea [1]; quod iccirco dico quia cum uoluerem ea quae his quatuor mensibus hic contigere, *legi (sed malo omine) diligenti solicitudine pernotatum, duarum tantum personarum hoc et illo tempore* [c] confessiones nostros audiuisse [d]. De me hoc scio [e] quod vnius tantum mulieris confessionem in festo S. Katherinae exceperim, duarum uero aliarum ac duorum item masculorum in vigilia natalis Domini, qui manipuli ut rari ita nobis sunt chari, sed romanorum Patrum famem haec nostra frugalitas minime satiaret. Sparserunt sua semina nostri et uerbo et exemplo, sane quantum *per gratiam* [f] fieri potuit; sed quid colligas, quaeso, ubi uerba quia uera ideo ingrata, exempla quia christiana ideo sint hypocritica?

3. Transeunte M. Hurtado per publicum macellum, exclamabat quidam: huc canes, inquit, huc canes, quia uenabimur lupos. Transeuntibus Floriano ac me, dixit quidam: utinam isti semel suspenderentur; cui mox alius, et tu quid, quaeso, ad hoc conferres? Respondit ille: unum laqueum profecto. Si quis uelit etiam apud catholicos conuiuam agere, eum instructum esse oportet, quomodo summum pontificem defendat; usque adeo hic magna est et de-

---

[a] De Boëmia. —[b] nostri quidem. —[c] paucorum admodum. —[d] animaduerto. —[e] (qui nuper huc veni). —[f] cum gratia Dei.

---

[1] Cf. Ps. CXXV, 6.

ploranda filiorum infoelicitas, ut etiam illos quos Ecclesiae filios esse credebas, impudenter in patrem suum proteruire audias. In festo S. Bartholomaei, cuius hic sacellum habemus, tres contiones in dicto sacello fuerunt habitae, una germanice, altera a quodam Sigismundo, canonico arcis, boëmice, tertia latine post prandium a nostro M. Gerardo [1]. Pro his contionibus *fratres* boëmi [2] nobis [a] persoluerunt, primum quidem unus eorum sustulit quandam campanulam eodem festo ex dicto sacello; alius tres cereos; item alius basilicas herbas de altaribus, pro quarum gratis odoribus reposuerunt *suas humanas sordes in ecclesia post portam sacristiae* [b]. Nausearemus hanc nostrorum laborum solutionem, si aliam *semper* in coelis non expectaremus.

4. Est quoddam miserabile pactum hic inter coniugatos, nimirum quod si vir sit catholicus et vxor hussita, dicat ille: filii nostri erunt sub vna; dicat haec: filiae nostrae erunt sub utraque; hoc ratum et firmum; nec ego te ad utramque, nec tu me coges ad unam tantum. Hinc fit ut catholicus personatus defendat hussitas, hussita catholicum. Est clarum exemplum in promptu. Venit quidam barbitonsor his diebus ad D. Henricum [3], qui se ait acerrime defendere fidem catholicam: conueniebamus, nuper *quidam ex meis etc.*, et allato uino rhenano, certe bono, iucunde bibimus et fortiter de sub utraque disputauimus. Et interim cum habeat uxorem hussitam, quae cupiat esse sub vna, per illum gloriosum catholicum hoc ipsi non licet, quia dicit eius maritus: nolo turbare conscientiam vxoris meae; hactenus semper utramque speciem sumpsit, sic

[a] premia. —[b] alios parum gratos.

[1] P. Gerardus Wertenus.
[2] Significare videtur haereticos sic appellatos. Cf. Alois Kroess S. J., *Geschichte der bömischen Provinz der Gesellschaft Jesu*, I, pp. 5-6.
[3] P. Henricus Blissemius.

semper illi confessarius eius (hic quidam est monachus) consuluit; sic etiam antiquitus licitum et factum fuit; quid? numquid ego illi melius aliquid? Manebo ego quiete sub una, illa item sub utraque. Quid facias? Si urgere incipias, urgebis eo quo minime uelis. Rogate Dominum messis, R. P.

5. Simile exemplum: habemus egregium puerum conuictorem qui natus est hussita; sed apud nos per Dei gratiam renatus catholicus, constantissimus; huius mater est hussita cum suis aliis filiis; vitricus uero eius est sub una cum quodam alio unico filio suo; ait ad me ille vitricus, alioqui uir potens et syncerissime erga nos affectus: ego, inquit, sum sub vna et sub una moriar; sed quia vxor mea est sub vtraque, proinde relinquite puerum in sua fide, quam scilicet mater habet; promisi enim vxori meae, quod nec illam nec filios suos ad vnam cogere uelim. Ego illi facile annui, quod in sua fide puerum relicturus essem, quem catholicum noueram, nec me mutaturum dixi; *excipe, cogitabam, nisi illum nostrae Societati paulatim per gratiam applicauerim.* Tandem uir magni iudicii melius instructus coepit intime condolere uxori suae.

6. Quidam ex nostris amicis retulit nobis librum quendam germanice his diebus aeditum esse Wittenbergae, in quo promotores gloriae Ecclesiae Dei (praeter ipsorum opinionem) multa scommata pinxerunt contra summum nostrum patrem pontificem, multa in nostram minimam *Compagnia* [a] nominatim etiam in nostrum R. P. Canisium prouintialem, multa denique in assertiones theologicas, quas publice disputandas proponere Societas solet. Bene faciunt *uiri, utinam meliores,* quod quo nos uenire nondum potuimus, eo nomen Societatis et sanctam opinionem tam studiose ipsi absque ullo nostro labore (excepto pauxillo patientiae) disseminent.

7. Contra sunt alii qui si quo modo res nostras promo-

[a] Societatem.

uere possent, libentissime hoc facerent; quorum quidam aliquid etiam conferunt nonnunquam in usum eorum quae spectant ad altaria, sed modo de italis et hispanis loquor; boëmorum etiam multi singularem quandam spem concipiunt reformandi cleri totius huius regni, si, ut ipsi aiunt, Societas nostra paulo magis hinc inde in hoc regnum spargeretur. Et ego sane multa loca nominare possem, ubi nostri summo studio petuntur ac flagitantur, et in hac parte nonnunquam ab amicis nostris ac dominis acerbiusculas patimur reprehensiones, quando aliquam *nostri* excusationem ad ipsorum petitionem adferimus, quod uidelicet non habeamus quos mittere possimus.

8. Praeterea ueniunt ad nos saepissime uiri magni qui suos filios offerunt, quos in conuictores suscipiamus, quibus cum satisfacere propter angustiam loci non possimus [a], et de securis hospiciis extra collegium nostrum prospicere nos illis minime posse conqueramur, admodum a nobis suspensi ac aegri discedunt; quod accidit inter alios his praesertim diebus magno cuidam comiti palatino, cuius in re tali procurator apud nos repulsam passus est. Hos tamen uiros ita magnos non facile repelleremus, nisi spes esset quod ipsorum opera possemus tandem post longas causas, vicinas quasdam et percommodas aedes obtinere, de quibus uidemus et experimur ipsos non minori cura laborare fere atque nos.

9. Venit ante dies aliquot doctor quidam, uir potens et bonus [b] ex ducatu electoris brandemburgensis, qui praeter se ac suam familiam et pauculos monachos (16 credo nominabat) et quendam senem sacerdotem (quos omnes ipse bona ex parte ibi sustentat) alium neminem in tota illa prouintia catholicum nouisse se aiebat. Hic vir, *zelosus*, longo ante tempore instanter rogauerat ut in conuictorem susciperemus quendam suum filium, cui id negatum fuit semper usque dum ueniret R. P. Victoria, quo nunc prae-

---

[a] *Seq.* non possimus *oblitt.* —[b] ac catholicus.

sente, tandem illum recepimus. Sed amplius vir ille sollicitare coepit, ut praeter hunc duos adhuc alios suos filios admitteremus, quos ille quamprimum domum rediisset, huc missurum se ait una cum quodam suo famulo, qui etiam conuictor esset. Negare illi hoc sane non potuimus, uiro praesertim tali, quem miraculo*se* [a] Deus in tanta haereticorum caterua (a quibus extremas patitur ignominias) conseruat, et in quo singularem pristinae religionis zelum *notauimus* [b]. Roganti mihi filium, quis aut qualis in patria sua pater ipsius uocaretur aut esset, respondit, papista. Et tu, iterum rogo, quis es? Iterum ait, ego quoque sum papista. Uidebatur puer annorum 14 in hoc nomine triumphare, cuius multos etiam catholicos pudet. Hunc uirum tam opulentum esse aiunt, ut uni filio triginta milia coronatorum aut talerorum pro patrimonio legare possit. Hunc speramus praeterea posse res Societatis nostrae multis in locis plurimum promouere, atque hoc imprimis modo maxime cupere et desiderare.

10. Habemus hic serenissimum principem [1], totum plane nostrum, qui ad nostros misit suum sacellanum, ut rogaret uellemusne suscipere puerum quendam cuiusdam sui venatoris, admodum sane puerum: *recusari* hoc *suae serenitati* [c] minime potuit. Receptus ergo fuit in conuictorem, quamuis *serenissimus* princeps postea R. P. Victoriae dixerit, se illum nobis donasse *qui haberet curam alicuius Patris* [d]; tali enim opera nos indigere putabat, ac proinde in hoc se nobis rem gratam facere credebat.

11. Quando iam aduentaret sacra caesarea maiestas [2], bis missum fuit eodem die ad D. Henricum [3], iubente impe-

---

[a] non sine magno miraculo. —[b] obseruauimus. —[c] negari... ei. —[d] vt nobis inseruiret.

---

[1] Ferdinandum, imperatoris filium, intellige.
[2] Ferdinandus imperator.
[3] P. Henricus Blissemius. Cf. *Lainii Monum.*, IV, 90.

ratore, ut se praepararet ad contionem postridianam, propterea quod caesareus concionator uenturus non erat. Concionatus est ergo D. Henricus toto eo tempore quo S. C. M. *hic praesens* [a] fuit, idque cum magna omnium satisfactione. Eodem uero die quo Pragam imperator ingrederetur, transeundum illi fuit [b] nostras aedes; hic tunc erant destinati aliquot pueri nostrae scholae apposite ornati, qui pro gratulatione aliquid exhiberent. Erat primum angelus, qui ipsi in genere gratulabatur; deinde pax et justitia, quae martem tenebat ligatum; postremo domus austriaca, quae recensebat stemmatis sui nobilitatem. Erant praeterea appensa muro insignia et carmina de aquilis et aliis quae ad serenissimum principem et Boëmiam pertinebant, quorum quaedam etiam erant graeca [c]. Verum cum per vrbem multis gratulationibus impeditus fuisset imperator, ac sub obscuram fere noctem ad nos demum peruenisset, *arbitratus aliquam ibi longam comoediam esse exhibendam,* fieri tunc praeter mutam exhibitionem, nihil potuit. Caeterum suum equum, qui clamore [d] et strepitu angeli inopinato terrebatur, uix *aliquoties* [e] circumagendo, ita compescere potuit, ut quod ageretur, aspiceret, quo ipsa [f] S. M. significabat maximum suum erga nos fauorem, et tunc clementissime laeto uultu nostris ordine positis annuebat, declarans quam libenter pueros audisset, si per ingruentem immo praesentem noctem id licuisset.

12. *Hunc deinde transitum quidam Colinus, malus Ecclesiae colonus, mox carmine quodam aedito, quo triumphum describebat, in sinistram partem conuertit, collocans nos eodem ordine quo judaeos, quos utrosque insalutatos S. C. M. pertransisse gloriari uidebatur. Sed hanc malam famam S. C. M. clariori fauoris insignis exemplo auferre uolens, ad collegium nostrum ex arce descendisset (summam enim nobis spem iam uiua uoce dede-*

---

[a] Pragae. —[b] per. —[c] *Seq. vv.* quae composuerat *oblitt.* —[d] *Prius* metu. —[e] tandem. —[f] vt poterat tamen.

rat),nisi plurimum grauibus causis impedita fuisset [a].

13. Postquam deinde R. P. Victoria iussu C. M., et rebus nostris ita postulantibus, 16 Nouembris Vienna huc Pragam uenit (et Wenceslaus [1] atque ego cum ipso una) mox inuisit imperatorem, principem, episcopum (qui hic unicus erat) barones, patronos ac multos alios amicos, a quibus omnibus fuit gratissime *affectus* [b], obtulerunt se omnes paratissimos; nec ullus fuit qui non splendidissimis uerbis in auribus nostris triumpharet. Imperator sane illum aliquando ad horam aut amplius libentissime audiuit, ita ut aulici maxima admiratione percellerentur, quod nimirum jesuitae tam essent S. C. M. grati ac chari.

14. Non decreui ego modo humanissimam S. M. erga nos uoluntatem (quos suos uocat theologos) ac beneuolentiam prolixe commemorare, *cum* [c] id unico uerbo possim, nam quodam die ex media aula et turba baronum ac nobilium, cum obiter uidisset R. P. Victoriam, simpliciter quasi ex cauea prospicientem, clara uoce illum ad se uocauit: Veni, Victoria, *ui uedo di buona uoglia* [d], quae uerba dixit hispanice; quibus auditis omnes in Patrem nostrum *admirantes* oculos coniiciunt et eum hinc inde contuentur. Omnia ad gloriam Christi.

15. De negociis, quae plane multa sunt, quae idem Rdus. Pr. per caesaream maiestatem partim expediuit, ac ut partim deinde expedirentur, summa industria et labore curauit, scio T. P.[m] ab ipsomet certiorem esse *uel* factum *uel faciendum.* Hoc paucis dixerim, eum non expectasse multorum pollicitationes; sed per medium ipsorum omnium *transisse* [e] *(ibat autem noctu)* [f] ad imperatorem, et coram

[a] Postea etiam se ex arce ad nos descensurum significauit, sed grauibus impeditus negociis, id praestare non potuit. —[b] exceptus. —[c] sed. —[d] libenter te video. —[e] *Prius* ipsemet transire solebat. —[f] solitus autem erat ire noctu.

[1] Wenceslaus Sturmius (Ssturem), boëmus. Cf. BRAUNSBERGER, *B. P. Canisii epist.,* II, 307, 349; *Lainii Monum.*, III, 647; IV, 91.

quae sancte cogitauerat peregisse. Ait quinqueecclesiensis episcopus [1] Vngariae (quum P. Victoria in quandam piam operam nimirum pro sustentatione puerorum, qui sunt Viennae, *aliquot 30* coronatos *ab illo emunxisset* [a]): si Societas alium non haberet, Prem. Victoriam abunde sufficere pro erigendis multis collegiis.

16. Egit idem Pr. cum archiduce quem oportunissime et cum maximo fructu de necessariis quibusdam rebus, quae tuto literis committi non possunt, admonuit, quod ipse ut est sanctae indolis paratissime [b] suscepit, relinquens Pri. nostro spem insignem eius rei, quae tunc inter eos uersabatur, aperiens coram Pre. *nostro* [c] caput suum, quod alioqui ne episcopo quidem *facere* [d] solet, rogans insuper *quodammodo* ut quoties uellemus, ipsum liberrime adiremus, et *gestiens* quodamodo *obtulit se, vt* [e] in omnibus quibus posset [f] rebus nostris prodesset.

17. De aliis nollem congerere hic plura, ne sim (quod timebam) prolixior, si hoc tantummodo dixero, optimum odorem Societatis nostrae inter optimos et principes uiros ac in tota fere plebe, quantumuis haeretica et inimica, passim spargi. Sit Deus benedictus, qui haec initia dedit, si non praesentis adhuc usque adeo magni, saltem breui, quod indesinenter speramus, fructus *longe* optimi futuri.

18. Renouationem nostrorum studiorum distulimus ad initium usque Decembris propter aduentum C. M. Hic tum exhibuimus cum summa laude et aedificatione in scholis nostris pulchre ornatis, illum *B.* [g] Pris. Frusii dialogum, qui de aerumnis Ecclesiae inscribitur, oportune et docte iis quae ad pontificem spectabant, ad imperatorem translatis. Erant hic praesentes (ut alios insignes uiros non nominem)

---

[a] non paucos coronatos obtinuisset. —[b] paratissimo animo. —[c] eodem Pre. —[d] aperire. —[e] gestiens significabat. —[f] velle se. —[g] benedicti.

---

[1] Antonius Warchius (Verantius). Eubel, *Hierarchia*, III, 298.

legatus [1] regis Poloniae, uir totus noster [a], duo episcopi *etc.* Curauimus autem lectiones nostras et quaedam alia praeludia imprimi, quae obtulimus, *ut de aliis nihil dicam*, S. C. M., serenissimo principi et principi Carolo [2] *etc.*, qui ea gratissime exceperunt. Misi quoque eadem, cum supradicto doctore, patre nostri conuictoris, uersus scholam Philippi [3], quantumuis sint minuta: non enim nos eorum poenitet aut pudet, per quae nostra minima *Compagnia* [b] semper excrescere ad maiora solita est.

19. *Numeramus* in schola nostra *circiter 120* [c] pueros [d], *quorum forte saltem* [e] centum sunt hussitae aut hussitarum filii. Veniunt subinde *plures* [f] nec deterrentur quod nos simus papistae, *ipse uero hussitae.* Quidam eorum, uir magni nominis, ait ad nostros: vellem quidem meum filium in aliam hussitarum scholam tradere; sed *(ut ipse ait)* boues sunt, ipsimet nihil sciunt. Hic est noster magnus amicus, sed usque ad fidem. Rogate, *Pr. mi,* pro hac anima, ut tandem uelit, quod filium eius uelle uidemus.

20. Wenceslaus praeest primae classi; caeteri *omnes* praeceptores profecerunt multum in lingua boëmica, licet boëmi non sint. *Horum quibusdam occurrit quidam in plateis qui ait: Audio, inquit, quod uos bene instituatis pueros, mittam ergo meum filium quoque ad uos; idem mihi alii dicunt.* Conuictores habemus quatuor, summae spei adolescentes, et alios duos expectamus; et ueniunt saepe qui plures committerent, sed omnes spe alimus habendae domus amplioris, ac deinde illos recipiendi.

---

[a] et. —[b] Societas. —[c] Habemus in... multos. —[d] *Eadem manu add. in marg.:* et essent haud dubie plures, ni eos a schola frigus et longinquitas loci arceret. —[e] horum fere. —[f] ex his complures.

---

[1] Martinus Cromer.
[2] Junior imperatoris filius.
[3] Philippus Melanchthon indicari videtur.

21. De nostris [a] hoc T. P. habeat, quod *nos fore, quum P. Victoria et M. Hurtadus discesserit cum suis* [1], *fore, inquam 13* [*sic*]. *Hi omnes* sunt occupatissimi, adeo ut putem [b] singulos esse martyres posse, si quod *faciunt* [c], propter Christum *omnia* libenter ferunt. Nostra desideria quibus fratres boëmos iuuare intime cuperemus, uix alia re quam patientia quotidiana implentur. *Arcte* [?] rogamus ut tandem vestris omnium orationibus auferatur nescio quid impedimenti, quod nos a desiderato fructu spirituali quotidie remoratur. Interim spe et longanimitate nos alimus; forte sic conforma*mus nos* [d] principiis nostrae Societatis, quae per longam patientiam paulatim ut vniuersa excreuit mirabiliter, ita nunc quoque et adhuc in singulis prouintiis excrescet, ut semper suam teneat aequabilem *proportionem* [e], sibique sit semper et ubique similis.

22. D. Henricus cum magna foelicitate et serenissimi principis totiusque populi, qui ibi frequens concurrit, satisfactione, hactenus [f] est contionatus matutino tempore; pomeridianis uero horis eodem in loco, scilicet in arce, docet latine catechismum [g], quae lectio potest [?] huic populo uix esse percommoda et grata [h]. Hactenus [i] in templo nostro foeliciter contionatus est Stephanus noster [2] germanice, cui hoc natali successit Wenceslaus, sed boëmice contionatur, ac proinde auditores *nunc* uidentur multiplicari. Hoc breuiter hic tangam, si placet, de nostris concionibus, quod nimirum nihil nostris concionatoribus nec in spiritu nec diligentia *quoque* desit, quod populum sepissime ad usum sacramentorum hortantur (quod quamdiu il-

---

[a] *Prius* nobis. —[b] quodammodo. —[c] ferunt. —[d] conformes reddimur. —[e] procedendi rationem. —[f] *Seq.* continue, *et supra versum* perpetuo, *utrumque oblitt.* —[g] Pris. Canisii. —[h] pergrata. —[i] *Seq. v.* habuimus *oblitt.*

---

[1] P. Hurtadus Perez in monasterium oibinense, rector, profecturus erat. Cf. *Lainii Monum.*, IV, 165, 166.

[2] Stephanus Liberius. Vide *Lainii Monum.*, IV, 91.

lis non persuadetur, tamdiu nihil aut parum illos fructus percipisse cum dolore coniicimus); uerum quantopere siccus populus afficiatur, clarissimo silentio ac ocio nos docet. Cum toties ad hoc prouocarentur, uenerunt tandem quaedam mulierculae *(quae si non essent, uix in Germania et Boëmia ulla confessio foret)* ad D. Henricum dicentes: Age, toties tam multa nos de confessione frequenti docuisti, uenimus ergo et uoluimus uidere et experiri quid rei esset, etc. Et dum eidem Patri quaedam alia confiteretur, caeteri homines qui aderant, mox confluebant proxime ad sedem, et mirabantur quid hoc rei noui, quod mulier genuflecteret coram sacerdote. Hoc ita obiter dixi, ut etiam Roma sua nobis succulenta suspiria ad Christum pro tanta huius patriae siccitate et deploranda ignorantia pellenda communicare dignaretur etc.

23. *Ipso festo assumptionis B. Virginis acceperunt nostri fratres electionem R. P. T. in generalem sanctae Societatis nostrae praepositum esse factam* [1]; *quae sane electio tam desiderati Pris. syncerissima alacritate nos recreauit, ac primum omnium Christo benedicto summas pro tam certo bono gratias agimus; deinde desideriis, orationibus etc. omnium eligentium Patrum et aliorum charissimorum fratrum, quibus te, R. P., in superiorem nobis dari tam solicite sunt emeriti: ac imprimis filialiter omnes T. P. gratulamur et uerum spiritum B. P. Ignatii et abundantem copiam Dei gratiae Societatis nostrae sedulo precamur et optamus, humiliterque in filios recipi et recepti semper foueri et conseruari tuis sanctis meritis ac precibus deuote cupimus. Haec erant, R. P., quae T. P. scire cupiebamus. Postremo rogamus ac petimus tuis sanctis orationibus ac omnium romanorum Patrum et fratrum iuuari, ut maiorem fructum sequenti tempore facere possimus et laetioribus animis de eo ad T. P. scribere. Vale et uiue diu in Jesu Chro., admodum R. P.*

---

[1] Electio Lainii in praepositum generalem locum habuerat die 2 Julii.

Pragae, ex minimo collegio Societatis Jesu pridie Calend. Januarii, 1558.

T. R. P. indignus filius,

Paulus Hoffaeus [1].

Inscriptio. † Ihs. Rdo. in Christo Patri M. Jacobo [Lainez], praeposito generali So[cietatis] Jesu etc. Romae.

Alia manu... vltimo Dezembris 1558.

Sigilli vestigium.

---

[1] Postea viceprovincialis, provincialis, Germaniae assistens et visitator. De eo vide, sis, Duhr, *Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge,* I, 780 sqq. Juvat tamen hic exscribere quae dicuntur in catalogo collegii pragensis, exeuntis Augusti 1559, ab ipso P. Hoffaeo subscripto (in cod. *Germ. 131,* fol. 304v, prius 427): «Paulus Hoffaeus. Hic fuit in Societate per quinque annos. Fuit minister Romae, sacristanus Patavii; confessionarius, concionator et lector theologiae per medium annum Viennae. Rector nunc et lector Titelmanni dialecticae Pragae; sed nondum transiuit per officia probationis, ut alii fratres Societatis solent. Studuit fere per totam uitam. Habet ingenium perplexum, humile et obscurum. Quot annos habeat, ignorant: forte 28 plus minus: alii suspicantur eum habere 30 aut 32. Habet propensionem ad casus conscientiae ut sit confessarius Romae, et ut uacet rebus spiritualibus, maxime propriis Societati, nimirum ut congreget, et in quendam ordinem a Patribus datum redigat mores, consuetudines, exempla spiritualia, consilia et modos gubernandi et quicquid boni potest inueniri a quocunque tandem id diuinitus actum sit in sancta Societate nostra; et in hoc uitam consumat ad utilitatem propriam et omnium, et maiorem Dei gloriam. Ad haec sentit se fortem in utroque homine, et tentatum nunquam contra Societatem, ne leuiter quidem, conseruatus ab eo qui eum ad hanc uocauit; cui aeterna gloria. Amen.»

APPENDIX

I

P. GERARDUS WERTENUS

PRAGA 17 JANUARII ? 1558 [1].

1. *Litterarum tarditatem excusat.*—**2-5**. *De studiis externorum agens, narrat actum dialogum, nostrorum convictum expeti, disputationes habitas (e quibus fructum nasci exiguum), pueris liba in praemia distributa.*—**6**. *De P. Henrici Blissemii orationibus in arce.*—**7**. *Numerum auditorum et sacramenta frequentantium in templo nostro augeri; desiderari tamen boëmos operarios, de quorum adventu jam certior factus sit princeps.*—**8**. *De summi pontificis et Poloniae regis legatis.*—**9**. *De zittaviensibus rebus tum adversis tum prosperis.*—**10**. *De fratrum exercitationibus, cum ad virtutes tum ad litteras pertinentibus, ac de numero sacerdotum, quibus ipse sit adjunctus.*—**11**. *De episcopo labacensi.*—**12**. *De convictoribus, de candidato Societatis, de spe in posterum.*

1. † Pax Xri. sit in cordibus nostris. Amen. Non modo peti, sed prope postulari a nobis quadrimestre pensum non ambigo, mi R. P.; quod si paululo tardius solito sit transmissum, tribuat, quaeso, id V. P. multis occupationibus, quibus ad explicanda collegii negotia, praesente iam regia

---

[1] Ex autographo in codice *Germ. 186*, 3 ff., nn. 172-174; prius 110-112. Temporis notatio nos fefellit ut ad finem anni 1558 epistolam rejiceremus; sed contextum attentius considerantibus apparuit manifeste eam ineunte anno 1558 scriptam esse. Forsan auctor scripsit calend. Januarii volens scribere calend. Februarii. Comparanti hanc epistolam cum epistola P. Hurtadi Perez diei 27 Januarii 1558 (supra pag. 524 sqq.) videbitur complura eadem in utraque narrari. Vide praeterea epistolam ejusdem Werteni diei 27 Maji 1558 (pag 677 sqq.) in qua de episcopo labacensi demortuo agit, quem hic vivum supponit.

maiestate [1], uehementius quam alias fuimus nonnihil impediti. Ac quamuis res bohemica sic nobiscum perseueret ut potius T. P. orationes ac omnium romanorum fratrum ac Patrum charitatem imploret, tamen nescio, si non in omnibus, ac certe in aliquibus hoc quadrimestre maiorem diuini seruitii spem erexit.

2. Nam ut de studiis primum aliquid dicam, dialogus a pueris de natiuitate est celebratus, tribus praesentibus episcopis [2], magna hominum frequentia, admiratione et applausu; qui quantopere satisfecerint, exitus ipse declarauit, cum [a] a plurimis eruditis et nobilibus personis sit maxime collaudatus et non paucis aliquod eius exemplar describendum efflagitatum.

3. Nonnulli sic quadam, quae inter Patris illius piae memoriae [3] facetias relucebat, pietate compuncti, filios suos nobis commendatos et in nostrum conuictum traditos humanissime expetebant, quorum bonam spem magis R. P. rector [4] distulit pro maiori collegii commoditate, quam abstulit.

4. Disputationes habitae sunt de sacramento confirmationis [5] tanto hominum concursu et eorundem episcoporum et aliarum magne dignitatis ac doctrinae celebritate personarum, ut scola non omnium esset capax, multitudine tamen disputatio magis incaluit quam argumentis, et (quod maxime deplorandum est) mauult hoc hominum genus suis dubitationibus et incredulitati immori, quam sanandam aegritudinem prodere, quos si omnibus humanitatis et beneuolentiae indiciis ad argumentandum inuitemus, renuunt, et nonnulli satis, pene dixeram, impudenter, uelut malefi-

---

[a] tum *ms.*

---

[1] Ferdinandus, romanorum rex.
[2] Vide pag. 526.
[3] Dialogus de natiuitate scriptus fuerat a P. Andrea Frusio. Vide superius, pag. 265.
[4] P. Ursmarus Goissonius.
[5] Vide pag. 526.

cium quoddam conclusiones a se reiiciunt. Illuminet Deus mentes eorum, non tam aristotelicis argumentis, quam suae tandem sanctissimae gratiae lumine. Orationes publice a nostris sepius iam sunt recitatae, quibus mirabiliter auditoribus est satisfactum. In circuncisione, nominis JHSV tractantes [a] laudes [1], multa de nostrae Societatis adiunximus instituto, ut illud, ad maiorem Dei gloriam, his hominibus elucescens, paulatim eos alliciat.

5. Pueris quoque, qui magis in studiis profecisse uidebantur, nouam classem distinximus cum nouo praeceptore, quorum ingenia quo mutua emulatione excitarentur priuatim sunt examinati, ac sic publice in ascensu pro eruditionis modo cuique locus et ordo est attributus; quibus R. P. rector, caeteris qui non ascenderent inspectantibus, liba et crustula quedam distribui procurauit. Sensimus postea non parum eos hoc pacto ad studia prouocari. Praetereo de maioribus classibus, ubi solita auditorum laboramus penuria. Haec de externorum studiis.

6. Quid de spirituali animarum profectu dicam? P. Henricus in arce apud regem et principem [2] agit concionatorem, frequentissima populi multitudine et satis magna approbatione; ex quibus concionibus, hoc praesertim tempore, tanto copiosior sperandus est fructus, quod omnium undiquaque concursione totius regni nunc hic agantur comitia. Laudetur et glorificetur Dominus.

7. Frater Wolfgangus [3] qui Uienna nuper ad nos uenit, dominicis diebus concionatur in nostro templo, frequentiori quam hactenus solet auditorio. Confitentium quoque numerus solito fuit maior in hoc natali. Ex nostris pueris non solum catholici, sed et hussitae (ut tres aut quatuor) ad Dei

---

[a] tractantis *ms.*

---

[1] Vide pag. 525.

[2] Pag. 525-526.

[3] Wolfgangus Faber. Vide pag. 433, annot. 5, et pag. 681.

gratiam capessendam ex sacramentorum fontibus stimulantur. Multae mulierculae et ciues ad confessiones magis animantur. Nonnulli in confitendo consilia a nostris inquirunt de uera christianae fidei ratione. Quamuis pauci, aliqui tamen ab hussitica secta desciscunt; multi subtristes a nobis recedunt, quibus ob linguae difficultatem satisfieri nequit. Illustrissimo principi Ferdinando caeterisque baronibus, collegium nostrum uisitantibus, peracto iam in nostro templo sacro missae officio, et perlustratis cubiculis, dormitorio atque toto collegio, breui nonnullos bohemos nostrae Societatis Roma uenturos esse diximus.

8. Legatus pontificis [1] qui omnia beneuolentiae signa nostris monstrat, una cum tota familia, in hoc natali confessus est nostris. Legatus etiam regis Poloniae, qui quotidie ab eo tempore quo Pragam uenit, quo amore, quo affectu hanc minimam Societatem prosequatur, neutiquam celauit. Vir eruditus, maturi iuditii, non mediocris (ut apparet) apud regem autoritatis et christianae ac uere fidei amantissimus, qui nostris duobus ad se inuitatis, plurimam solicitudinem aduersus suam Poloniam, et maximum nostrae Societatis aliquot operariorum desiderium ostendit; super qua ipsa re serio se cum P. Canisio, quem breui ad nos affuturum sperabat, transigere uelle. Januam tamen Cracouiae, quae celebris est istius regni uniuersitas, nostris apertam indicabat [2].

9. Ac quamuis faciliorem ac minus scopulosum paulatim sentiamus cursum, tamen et flagella quaedam Dominus relinquere dignatur, quibus seruorum suorum constantiam exerceat. Difficultates quasdam et molestias concitarat oybinense monasterium et zitauiensis senatus; speramus ad Dei gloriam omnia sopita. Atqui zitauienses, qui uino, hospitio, congratulationibus, omni honore rectorem nostrum praesentem excipiunt, concionatori suo iniunxerant ut pu-

---

[1] Antonius Augustinus. Vide pag. 639-640.
[2] Vide pag. 528.

blice populum a nostrorum societate auerteret, quin et merces nostris uendi prohiberet, quorum animus ita in nostros exasperarat, ut quadam uice quosdam nostros pueri lapidibus impeterent et ciuitate eiicerent. Quod animaduertens quidam egregius adolescens, antea optime in nos affectus, ignarus nimirum Christi militiae, delicatus tyro, effeminatus Xhi. miles, amicus prosperitatis, inimicus ad Xpi. crucis aspectum, subito animo cepit a nobis alienari. Inter haec tamen omnia Zitauiae S. Francisci monasterium nobis est resignatum. Faxit Dominus ut non modo praeludat satan, sed et omnes sui furoris sagittas eiaculetur, ut Xri. operariis aduentantibus liberius omne eius, quod ibidem occupauit, euastetur regnum.

10. Atque de fratrum quoque domesticis exercitiis ne quid praetermittatur, omnes quotidie in spiritu proficiunt, humilitati et charitati se plurimum dedentes. Vota quoque nonnulli emiserunt non mediocri animarum consolatione, quorum est unus Wolfgangus, quem et sacerdotio dedicari cuperet P. rector, cum nouum alioqui sit in his terris et suspectum, eum concionandi obire munus qui sacris non sit initiatus. Iubeat T. R. P. quod ad Dei gloriam expediet. Fratres (prout R. P. Victoria mandauerat) [1] in classes sunt diuisi, mutatis uicibus et diuersis diebus, ut diligentius se in literis exerceant; unus rhetoricam, alter copiam, tertius Virgilium legit; qui, pro paucitate qua nunc sumus, uel domesticis negotiis uel classium quibus fere omnes destinentur, non contemnendam in litteris faciunt progressionem. Tres sunt sacerdotes quibus ego his elapsis diebus [2], quamuis diutius illud onus declinare cupiissem (ut uere fatear) tanquam abortiuus, iussu T. P. et sanctae obedientiae, sum adiunctus; qui quo inutilior, quanto abiectior, quanto indignior munere tanto, eo diligentius tuam obtestor paternitatem, quae illud imposuit, ut suis orationibus Deum obse-

---

[1] Vide pag. 432.

[2] Supra, pag. 525.

cret, ut in tanto munere et onus feram, et ut ex imperfectionum ueterum mearum laberintis egressus, in ea uocationis sorte diuinae respondeam uoluntati.

11. Atqui per meam ingratam obliuionem pene labacensis episcopi [1], de quo nullo modo taceri potest, exciderat memoria. Qua propensione, qua benignitate, quo humillimo charitatis affectu bonus senex, bonus pater, bonus episcopus tanquam filios nos amplexatur. Qui regiis distractus occupationibus, summo mane ad nostrum templum in tenebris uenit, ut diaconatus ordinem cuidam nostrum conferret; singulis orationibus et publicis exercitiis interfuit. Totum se nobis in omnibus offert.

12. Nouam quoque messem nouae etatis sumus auspicati. Faxit omnipotens Dominus ut undique ejus nomen benedicatur. Tres comensales in collegium recepimus; pueri omnes egregiis familiis et parentibus orti. Puer alius quidam qui multis praecibus hussitico carcere per nostros [a] liberandum curauit, quotidie P. rectorem solicitat ut ad Societatem admittatur; maturi ingenii, bonae spei, magni feruoris, paratus ut parentes et omnia deserat; nec aliud praeter aetatem rectori obstare uidetur. Hujusmodi messis occasio non solum in pueris, mi R. P., sed et in tota hac latissima et incultissima Xri. uinea paulatim se nobis uidetur aperire. Multae asperitates quotidie magis explanantur. Veterum rumorum fabulae conticescunt; magis magisque cognito uitae instituto, sermone, cultu exteriori et multis inditiis hominum studia in nos inclinant. Nec dubium quin maxima demeti possit diuinae gloriae seges, si quidam bohemici cultores in hanc mittantur uineam, qui mediocritate doctrinae praediti, Xri. charitate feruentes, diuino honoris quoque zelo inflamati, miseram hanc, ex qua tot in dies ra-

---

[a] per nostros per nostros *ms.*

---

[1] Cf. pag. 526, 685.

pit spolia capitalis nostrae salutis hostis, tractare et excolere norint.

Haec sunt, mi R. P., non tam magna opera, quam conatus et pia desideria tuorum inutilium seruorum, quae T. P. scribenda duximus, quae tuae paternitatis [a] charitas suis et omnium Patrum et fratrum orationibus rogamus promoueat, et fidelium operariorum aduentu nos anhelantes sustentet, qui aliquam opem, aliquod [b] solamen tot Christi animabus, parentibus apportent. Seruet tuam Paternitatem ad suam gloriam diu nobis Xrus. incolumem. Praga 1558, decimo sexto cale. Januarii. [*sic*]

Tuus indignus seruus,

GERARDUS WERTENUS [1].

Inscriptio. † Rdo. in Chro. Patri Mg.° Jacobo Laynes, Societatis Jesu Rdo. Patri vicario generali in primis obseruando. Romae.

Sigilli vestigium.

II

NICOLAUS GRACIDA P. EMMANUELI LOPEZ

CONIMBRICA 14 FEBRUARII 1558 [2].

1. *Epistolae ratio.*—2. *Magistrorum mutationes.*—3. *Philosophiae cursum P. Fonseca magna omnium expectatione et auditorum frequentia auspicatur.*—4. *Magistrorum conatus; discipulorum, praecipue convictorum, in virtutibus et in litteris progressus.*—5. *Nostri magistri in examinatores admittuntur.* — 6. *Oratio P. Perpiniani in honorem beatae Elisabeth reginae.*—7-12. *Sol-*

---

[a] paternis *ms.* —[b] aliqud *ms.*

---

[1] Superius, pag. 525, annot. 2.

[2] Ex originali in codice *Varia Historia,* II, ff. 8-15. Initio quidem epistolae haec notula a collectore posita est: Copia de larga carta del Padre Nicolás Gracida, de Coímbra a 14 de Febrero 1558. Dice el gran fructo que en el Reyno de Portugal hacía la Compañía de Jesús. Al P. Rector de Alcalá»; sed attentius consideranti, ex subscriptione, inscriptione et foliorum plicaturis videtur esse ipsa originalis epistola.

lemnis praemiorum distributio.—**13-14**. *Luctus et funera in morte Joannis III regis.*—**15**. *Contiones, carcerum visitatio, sacramentorum ministratio in urbe et in aliis oppidis.*—**16**. *Domesticae disciplinae vigor.*—**17-20**. *Labores in duplici morbo quo Conimbrica vexata est.*—**21**. *Aliquorum sociorum obitus.*—**22-25**. *Plures Societatem ingressi; vocationis doctoris Benedicti Toscani fusior descriptio.*

1. † Jhus. Mui amados en X.º Ps. y hros. La gratia y paz de X.º N. S. more de continuo en nuestras almas, amén. En esta trabajaré de darles qüenta muy particularmente de las cosas que N. Sor. se dignó obrar este año por los Padres y hermanos que aquí en este collegio siruiendo a su diuina Magestad están. Y para no dexar ninguna cosa, primero escriuiré del provecho que generalmente se hizo en el studio de las letras, en los studiantes; y después de la edificatión exterior que siempre se dió a los de fuera con los acostumbrados exertitios de la Compañía; en el 3 lugar diré las cosas propias de casa para que assí quedemos con lo nuestro.

2. Quanto a lo primero, puedo afirmar sin scrúpulo, que aunque los principios siempre acostumbran de ser con grande feruor, en este año no se disminuyó cosa alguna, antes se acrescentó. Los maestros fueron los mesmos en las classes más altas hasta este Otubre, que eran el año passado. Agora este Otubre por ciertos respectos se pasó el P.ᵉ Manuel Áluarez de la 3ª classe, a la 4ª; y el P.ᵉ Maçal Uaz lee en la terçera; en la primera y segunda quedaron los mesmos; en la quinta lee el P.ᵉ Miguel de Bairros; en la sexta el herm.º Hernán Caruallo; en la séptima el her.º Varea [1], y en la octaua Mauritio N. hermano [2]; en la nona vn her.º que vino de allá de Cas-

---

[1] Franciscus Varea. Vide superius, pag. 217.

[2] Is fuisse videtur de quo in catalogo collegii conimbricensis, mensis Julii 1559, dicitur: «Mauricio Serpe, subdiácono, de 29 años, recebido en Mayo de 47. Studió latín y el curso de las artes y año y medio de theología. Ha 5 años que lee latín en diuersas classes, y aora lee la 8.ª Tiene buena habilidad. Estáa muy debilitado del trabajo de leer, y tiene pocas fuerzas.» In cod. *Lus. 43*, fol. 75v; prius 296.

tilla, por nombre Plano [1]; y en la décima el hermano Fernán Pérez, queste año passado leió en la quarta; en el 4º, 3º, 2º curso leen los mesmos maestros. Por sostitutos de humanidad quedó el her.º Antonio de Andrade, y vn herm.º que entró del curso del Padre Fonseca, de muy buena abilidad.

3. El 1.º curso començó el Padre P.º de Ffonseca con grande expectatión de los de dentro y de fuera; y de tal manera lo lee, que se dize nunca aver aquí alguno tan grauemente leído, ni con tan sólida doctrina. Tiene 72 discípulos, de los quales quinze son hermanos, todos de buenos ingenios, y algunos dellos en special, los mejores de toda la classe. Plega al Señor dar el fin que corrēsponda a tan buenos principios. No florescen menos los hermanos de las otras classes, porque comúnmente, como ya por fuera es tanbién fama, ellos son siempre los mejores. Serán por todos setenta y cinco. Ni por eso dexan de ser muchos los theólogos, los quales son más que ningunos otros religiosos. Serán por todos dies e seis.

dían desatar o cortar las fuertes cuerdas con que staua ligado; y ansí se despidió de todos ellos en la portería, y pidió luego que le recogiesen en el colegio por algunos días, para poder meditar en sus pecados y hazer vna confissión general, pidiendo mucho a los hermanos le encomendasen a nuestro Señor, para que le ynspirase lo que fuese más su seruitio y salud de su alma. Tomó los exercicios la primera semana, y después de disciplinas, ayunos, lágrimas, orationes muy deuotas, y dormir en el suelo algunas vezes; en el mesmo día que rescibió el sanctíssimo sacramento, le desengañó el Señor, y le dió a entender para qué le auía hecho dar en seco en el medio de su navegatión; y ansí se determinó dexar el mundo, y seruirlo en esta su sancta Compañía, siendo esclauo de todos, haziendo penitentia de sus pecados [1]. Agora anda en los officios baxos con mucho exemplo y ediffiсación. Bendito sea para siempre el nombre del Señor, pues por tan nueua manera quiso traer a su Compañía vn hombre que tanto le puede seruir, porque a de sser vn predicador muy insigne.

25. Todos los otros son buenos subjectos para lo que la Compañía pretende; vnos para coadjutores temporales, otros para proseguir en sus estudios, otros juntamente con esto para enseñar. No hablo de los más en especial, por no ser prolixo. Muchos andan tanbién con desseos de entrar en la Compañía, algunos dellos graduados ya. En los colegiales es tanto el feruor, que mandan cartas al P.e Luys Gonçalves con grande instantia para que él les alcanse la licencia de sus padres. Muchos también de los otros estudiantes de fuera piden ser admitidos en la Compañía. Agora entre los del colegio de abaxo y cima quedamos ciento y cinqüenta y vno, de los quales los ciento y cinco son estudiantes... [*Sequitur longa gratiarum actio in Deum et in Societatem.*]

---

[1] In catalogo paulo superius citato dicitur admissus in Societatem mense Novembri anni 1557. Cod. *Lus. 43,* fol. 79; prius 303.

De Coímbra a catorce de Hebrero, este año de 1558.
Por comisión del P.e Jorje Rijo, sieruo indigno en el S.or,

†
NICOLÁS GRACIDA [1].

Inscriptio. † Al muy reuerendo P. en X°., el Padre mastre Manuel, rector del colegio de la Companýa de Jesús en Alcalá.

III

FRANCISCUS ALVAREZ

OLISIPONE 30 JUNII 1558 (?) [2].

1. *De valetudine sociorum et domestica disciplina.*—2. *De missione in regnum Angolae.*—3. *De comite a Castanheira et episcopo algarbiensi.*—4. *Reos morte puniendos nostri adjuvant.*—5. *De sacramentorum frequentia et de aliis ministeriis erga proximos.*—6-8. *De scholasticis, eorumque cum in virtutibus, tum in litteris progressu. De principis Antonii erga scholasticos humanitate.*

1. † Jesus. Pax Christi. Non dubito, Rde. Pater, quin nostras iam requiras literas quibus de iis quae proximis 4.or mensibus apud nos gesta sunt, certior fias; id enim nostrum postulat institutum; quapropter cum id mihi sancta obedientia praeceperit, dabo operam vt omnium, quae tua aut no-

---

[1] Hispanus valentinus. Cf. POLANCUM, *Chron.*, II, 327; *Epist. P. Nadal*, II, 575.

[2] Ex autographo, ut videtur, in codice *Lus. 51*, 2 ff., nn. 87, 88; prius 13, 14. In margine superiori primi folii scriptus est alia manu annus 1559; item in fine epistolae, sed forte etiam alia manu. Plures tamen rationes suadent, nisi fallimur, epistolam ad annum 1558 pertinere, et annum 1559 per errorem scriptum fuisse. Est enim in eodem codice fol. 89 sqq. alia epistola quadrimestris olisiponensis collegii subscripta ab Antonio Monserrato die 20 Julii 1559, in qua discipulorum numerus et collegii status talis describitur ut illa mutatio viginti dierum spatio evenisse difficilius credatur. In hac enim epistola discipuli dicuntur esse «quadringenti aut eo plures», in altera «quingenti et his etiam plures»; in hac enumerantur sex classes, in altera septem; in hac dicitur praeceptor secundae classis P. Didacus Bairros, qui in altera nec recensetur

stra scire intersit, te certiorem faciam. Primum itaque, quod ad valetudinem attinet, postquam superiores ad te literas dedi, omnes fere in hoc collegio commode valuimus, praeter Patrem Iacobum Bayros, qui subita et grauissima febri correptus, infirma valetudine et fere periculosa aliquandiu fuit impeditus. Hoc tamen tempore ea liberatus 2.^{am} classem moderatur, cui qui antea praeerat, Pr. Nonius Aluarez, in febriculam incidit aliquantulum molestam. Caeteri fere omnes semper belle habuerunt, vno excepto fratre qui paucis etiam ante diebus minus commode valens purgationibus, et potissimum Dei Opt. Max. auxilio, est pristinae valetudini restitutus. Omnes itaque in muneribus sibi a sancta obedientia praescriptis exercentur, et fratres et Patres. Hic enim tantum illi sunt qui res domesticas possunt administrare et solitis exercitationibus satisfacere, Patres qui in audiendis confessionibus occupentur, praeceptores qui classes moderentur, alii qui domestica curent. Regulae tam priuatae quam generales, Domino fauente, commode seruantur. Quod si quis ab eis aliquando aberret, impositis poenitentiis ad eas continuo dirigitur. Haec tamen omnium vna regula est, quam tibi scio esse notissimam, vt omnes praepositis ita pareant et obsequantur, vt quasi

---

quidem inter collegii incolas. Imo est alia ratio quae nos magis movet. In catalogo enim collegii eborensis (cod. *Lus. 43*, ff. 96 sqq.), qui licet anni notatione careat, ex multis indiciis anno 1559 scriptus videtur, de P. Didaco Bairros qui inter collegii incolas censetur, haec inter alia dicuntur: «P. Diego de Bairros... ha 8 6 9 meses que oye casos de consciencia, y juntamente con esto oye el cursillo que se lee en casa...» Quae quidem non videntur posse dici si mense Junio 1559 exeunte in olisiponensi collegio fuisset. Nec nos in ullo catalogo, cum multos viderimus, collegiorum Lusitaniae illius temporis, alium P. Didacum Bairros adhuc reperimus. Postremo illud etiam suadere potest epistolam anno 1558 esse scriptam, quod in inscriptione nomen praepositi generalis omittatur; tunc enim congregatio ad illum eligendum habebatur. Ex alia parte, si ponimus epistolam scriptam anno 1558, omnia quae in illa narrantur, sine gravi ulla difficultate intelligi possunt. Ideo illam in hac appendice damus; eo vel magis quod nullam aliam epistolam quadrimestrem collegii olisiponensis anni 1558 invenire potuimus.

vnus animus fiat ex pluribus; vbi mihi obedientiae vis sita esse videtur.

2. Non te latere arbitror venisse huc ex Aethiopiae regno, nomine Anguola, legatos tres ab illius regni rege missos, qui a regina nostra [1] summis precibus contenderint aliquot illuc viros et vitae et morum integritate ornatos vellet mittere, qui regem et vniuersum regnum fidem christianam erudirent. Qui ad nostrum collegium saepe venire solent, et cum Patribus nostris aliqua communicare, vt quibuscum illuc reuersuri sint, quosque fidei religionisque christianae magistros et socios sint habituri. A regina enim acceperunt nullos alios praeter quam ex nostra Societate Patres illuc esse mittendos: quae et a Patre Ignatio [2] petiuit, vt rei illi Patres aliquot praescriberet, quorum aliquot, ni mea me fallit opinio, illi obeundo muneri assignati iam sunt. Quin etiam ex Castella apud nos sunt et Pr. nomine Vernedus, et frater Ioannes Roxo, qui illuc certo ituri dicuntur, nisi aliquod interueniat impedimentum, quod Deus omen auertat. Hi enim duo potissimum cum legatis illis agunt, eosque christianae fidei rudimenta docent. Deus Opt. Max. ad cujus gloriam, honorem haec omnia spectant, faxit vt haec incepta ad finem vsque feliciter perducantur, vt fides religioque christiana per totum terrarum orbem diuulgetur, et ea iis angustiis et quibusdam quasi angulis in latum et spatiosum campum educatur. Alii, qui et quot futuri sint, ignoramus. Mense autem Augusto vel ad summum Septembri profecturi creduntur [3].

---

[1] Catharina austriaca, Joannis III vidua.

[2] B.tus Ignatius de Azevedo.

[3] De missione angolana agi coeptum est anno 1558 (cf. *Lainii Monum.*, III, 232, 280). Pater quidam ex Castella illuc mittendus, in Lusitaniam jam pervenerat ante diem 19 Maji 1558 *(Ibid.*, 280); obortis quibusdam impedimentis, praecipue morte regis Angolae interveniente, missio ad finem anni 1559 dilata est (cf. *Lainii Monum* , IV, 289-290, et epistolam quadrimestrem domus S.ti Rochi olisiponensis, diei 17 Februarii 1560, quae servatur in cod. *Lus. 51.* ff. 168-169). Si fides habenda est Franco *(Synopsis Annalium Soc. Jesu in Lusitania,*

3. Comes a Castanheira [1] nostris rebus deditus, vt vulgo vocant deuotus, ad nos aliquando venire solitus, pridie hujus proximae pentecostes in nostro collegio Patri cuidam nostro de suis peccatis est confessus. Episcopus algarbiensis [2], qui et ipse rector est vrbis, quippe qui in publicis iudiciis regis personam sustinet, ad nostrum collegium singulis fere octo diebus venire, et de peccatis confessus, in priuato sacello rem diuinam facere solet.

4. Cum non multis ante diebus de judaeis et id genus aliis de more publice supplicium esset sumendum, qui iam pridem vinculis detinebantur, vtpote qui caecitatis velaminibus obtecti non se ad meliorem frugem recipere voluissent, multi ex nostris Patribus eos 3 vel 4 dies ante quam producerentur inuiserunt, totosque ipsos 3 vel 4 dies totidemque noctes eis, nunc consolando, nunc errorem illum propter quem erant puniendi, de eorum animis extirpando, et de peccatis omnibus confitentes audiendo, animarumque vitam (nulla enim de corporis salute spes dabatur) curando, adfuerunt, donec poenas ipsi daturi in publicum prodierunt, quos vsque ad supplicii locum, qui inde non mediocri locorum interuallo distabat, Patres nostri sunt comitati. A quibus ego postea accepi illorun quidem corpora vulgi opinione misere fuisse concremata, animas vero corporum vinculis solutas ad perpetua regna et caelestem patriam migrasse, quantum ex illorum poenitentia ingentique animi dolore, quem ob peccatum admissum indicabant, licuit coniicere. Nec multos post dies cum decem mulieres, quae striges esse dicebantur, in carcerem esse ductae, et breui poenas

---

ann. 1560, nn. 23 sqq.), illuc tandem missi sunt PP. Franciscus Gouvea et Augustinus Lacerda, et fratres Emmanuel Pintus et Antonius Mendesius. Frater Roxo in Indiam navigavit sequenti anno. P. Vernedus forsan ille est qui a S.to Francisco Borgia in Hispaniam revocatur mense Februario 1559. Cf. *S.tus Franciscus Borgia*, III, 425.

[1] Antonius de Athaide. Vide *Litt. Quadrim.*, III, 544-545.

[2] Joannes de Melo et Castro, episcopus silvensis. Cf. ALMEIDA, *Historia da Igreja em Portugal*, III, part. II, 888-889.

luiturae crederentur (non enim ecclesiastico iure, quod in longius poenam solet prorogare, et aliquando condonare, sed forensium iudicum iussu in carcerem ductae fuerant), episcopus ille, cujus superius memini, a nostris Patribus petiuit vt illuc ire vellent, illarumque animis remedium adhibere; quod diligentissime curatum est, ne aliquid quod illarum animis vtile esset, fuit praetermissum. Ex quibus 5 post tres vel ad summum 4.or dies productae, ignibus combustae sunt. Nec vero minus, vt Patres qui ei rei praescripti fuerant, quique eas donec animas emitterent sunt comitati, nobis postea retulerunt, harum animae diuino flagrabant amore, praesertim cum in eo quo accusabantur, vt ipsae dicebant, omni culpa vacarent; sua tandem sorte contentae, mortem cum vita commutarunt dicentes satis se quidem id vel grauius etiam supplicium ob alia multa delicta, quae perpetrarant, fuisse commeritas, idque sibi tanquam diuino munere fuisse concessum, vt hoc exiguo breuique vitae curriculo suorum peccatorum poenas soluerent. Quae omnia cum Patrum nostrorum opera et diligentia, tum vero Dei voluntate sunt effecta.

5. Illud etiam mihi non silentio praetermittendum esse duxi, multos esse qui erga nostram Societatem bene affecti, saepe solent in nostro templo peccata confiteri et sanctissimam eucharistiam accipere, adeo vt aliquando minime omnium desideriis possit satisfieri, cum Patrum qui id possint facere, apud nos mira sit paucitas; nihilo minus tamen solent saepe aegrotos per vrbem inuisere, pigrosque et tardos ad diuina, ad humana vero et inania promptos, ad meliorem vitae rationem cohortari.

6. Quod ad nostras scholas attinet, id primum intelligas velim non mediocrem esse scholasticorum numerum; quadringenti enim aut eo plures sunt, et quotidie fere aliqui admittebantur in 6.am fere classem; sed aliquibus diebus cum tantus eorum esset numerus, vt minime eos posset capere classis, cautum est ne quis prius quam migrationes fierent, de nouo reciperetur. Omnes autem (vt praeceptores refe-

runt) maiorem in dies probitatis spem nobis adferunt; quod quidem praeceptoribus et nobis omnibus non exiguum praebet solatium, cum vigiliarum laborumque nostrorum aliquem quasi fructum iam percipere videamur. Eorum autem probitatem et maiores in dies, maxime in virtutibus, progressus ex apertis signis et indiciis coniicio; sunt enim permulti quorum melior pars ad nostram Societatem aspirat (ex iis vero proximo festo pentecostes tres in nostram Societatem sunt ascripti, qui cum ingeniis, tum vero morum et vitae integritate inter caeteros excellunt, reliqui eo differuntur, vt cum tempus ratioque postulauerit, Societatem ingrediantur); alii vero aliarum religionum studiosi (vt qui nostrae Societati non sunt apti, vel quibus alius vitae degendae modus melius placet), iis sese addicunt, vt Deo omnipotenti libere possint seruire. Illud praeterea accedit, quod non leue existimo: praeceptores namque cum discipulos de juramentis admonuissent, quo facilius a iureiurando possent abstinere, nonnulli praeceptorum effecerunt vt sui discipuli in diui Dominici fraternitate de juramentis nomen suum profiterentur; qua cautum est, non solum ne quis iuret, sed iurantes etiam modeste et amice corripiat. Cum vero ex nostris quidam scholasticus iurantem virum in via forte offendisset, beneuoloque animo admonuisset, iniquissimo animo ille tulit, adeo vt ira percitus alapam puero impegerit, continuoque sanguis e naribus erumperet. Quod aequo animo candidus puer ferens, propter Deum, inquit, ista libenter feram, a te tamen peto, vt mihi inflictus colaphus sit tibi emendationis causa; quibus verbis ille commotus grauem iram et furorem quo modo fuerat correptus, in misericordiam et benignitatem conuertit, et anteacti facti poenitentia ductus, blandis verbis et quibusdam quasi illecebris puero cepit blandiri; et quasi illatam injuriam vellet leuare, deprompto sudariolo lacrymas illius abstergebat, offerens praeterea sestertium; cum tamen illum puer nollet accipere, alter vero contra precibus insisteret, acceptum tandem in arcam diui Dominici ad id constitutam coniecit.

Multi praeterea alii ex nostris scholasticis aperte sigillatim repraehendunt, quod alii aequi bonique consulunt, pueris gratias agentes quod se errantes emendent; alii vero, pauciores tamen, iniquo animo id ferentes, in repraehensionis mercedem alapas verberaque indicunt, si id alias facere ausint; nec propterea modesti probique scholastici ab honestis inceptis desistunt. Sit Dominus benedictus, qui teneris puerorum animis suae diuinae patientiae vestigia quaedam dignatur imprimere, quae prudentibus et sapientibus occultans, paruulis reuelat [1].

7. Eo etiam accedit quod in 1.ª classe praeteritis diebus accidit. Cum enim praeceptor casu incidisset in sermonem de turpibus carminibus, pryapeis nomine, quae Vergilio ascribuntur, ejusque operibus adiuncta circumferuntur, discipulisque ne illa legerent iuberet, euoluens librum quem in manibus habebat, folia quibus carmina illa continebantur, continuo discerpsit; quod discipuli videntes, vt modestiae suae quasi signum darent, praeceptoris sui exemplo, quicumque ibi libros habebant, similiter praeceptori fecerunt, collectaque in aceruum folia decretum est ignibus comburenda traderentur. Protinus quidam festinat et lucernam inflammatam adferens, admoto igne cepit folia inflammare; denique quasi Pryapo justa soluentes, ejus execrandum funus hoc disthico celebrarunt:

Foeda profanorum conflagrent carmina vatum;
Accensae dentur carmina foeda pyrae.

Multa alia praeterea in eis signa probitatis apparent, quae singula difficile esset narrare.

8. Nec vero in literis minus proficiuut, ita vt aliquibus habenas cohibere sit necesse. Dominus enim Antonius [2], cujus superioribus literis meminisse me existimo, elapsis diebus ad nostrum templum summo mane veniens, simul cum illis rei diuinae adfuit: qua finita nostros hortos ingres-

---

[1] Cf. Matth., XI, 25; Luc., X, 21.

[2] Vide superius, pag. 278.

sus, ibi commoratus est donec praeceptores lectiones in classibus explicare inciperent. Cum igitur id iam tempus postulasset, omnes classes percurrens, per aliquod temporis spatium omnes praeceptores audire curauit; quod ipsis etiam scholasticis animum addidit, existimantibus quamprimum sibi publice praemia proponenda, quae, nisi falor, quam citissime proponentur.

Haec sunt, Rde. Pater, quae in praesentia mihi in mentem venerunt. A te tantum petimus pro nobis ad Deum Opt. Max. frequentes preces fundas vt nobis aliquam suae gratiae scintillam dignetur impetrare, qua ei sacrificium laudis offerre possimus. Olyssippone prid[i]e cal. Julii 1559.

Ex commissione Rdi. P. Francisci Henriquez,

FRANCISCUS ALUAREZ [1].

Inscriptio. † Ao mui Rdo. Padre, el Padre general de la Compañía. Em Roma.

---

[1] Secundum epistolam Antonii Monserrati superius memoratam, mense Julio 1559 erat magister tertiae classis. De eo etiam intelligi videntur, quae habentur in catalogo collegii olisiponensis anni 1565 (cod. *Lus. 43*, fol. 253; prius 612): «Francisco Aluez, natural de Alua do bispado de Viseo. Entrou na Companhia a 26 de Maio de 1556; fez os votos dela day a tres annos pouco mais ou menos. Leo latin quatro annos; depois ouuio o curso das artes, e agora lee outra vez latin neste collegio. He mestre en artes».

BREVIS NOTITIA CODICUM

QUIBUS IN HOC VOLUMINE USI SUMUS

Codex 1. *Acta Consistorialia.*—Continvatio Actorum Consistorialium ab anno 1548 die XXVII Augusti, usque ad annum 1585 et diem VIII mensis Aprilis coram infrascriptis Svmmis Pontificibus; nempe Pavlo III, Pavlo IV, Pio IV, Pio V et Gregorio XIII vna cum Congregationibus Generalibus a Sacro Collegio Cardinalium, Sede vacante, ex authenticis codicibus Cardinalis V. Cancellarii, II pars. *(Apographum).*

Cod. 2. *Aquitan. 9.*—Collectio catalogorum provinciae Aquitaniae ab anno 1566.

Cod. 3. *Aragon. 15.*—Collectio catalogorum provinciae Aragoniae ab ipsius initiis.

Cod. 4. *Austr. 122.*—Continet catalogos provinciae Austriae.—In ff. 1-34 inveniuntur plures catalogi collegiorum pragensis et tyrnaviensis, ad annum 1572.

Cod. 5. *Bohem. 89.*—Collectio catalogorum provinciae Bohemiae.

Cod. 6. *Cast. 13.*—Continet catalogos collegiorum provinciae Veteris Castellae ad annum fere 1577, secundum ordinem domorum generatim compositos.

Cod. 7. *Epistolae Diversorum.*—Continet pauca documenta soluta. Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 50 (codex 47).

Cod. 8. *Epistolae Externorum 46.*—Cf. *Monum. Ignat.*, loc. cit., 46 (codex 40); *Epist. Mixt.*, III, 717 (codex 5).

Cod. 9. *Epistolae Nostrorum 71;* prius *Epistolae Mixtae 1555-1556*, II. Cf. *Monum. Ignat.*, loc. cit., 40 (codex 21); *Epist. Mixtae.*, IV, 877 (codex 4).

Cod. 10. *Gal. 53;* alias *Annuae Galliae 1560 (sic) - 1584.*—Continet epistolas quadrimestres et annuas ex collegiis Galliae Romam missas ab anno 1557. Hic codex, sicut et sequentes qui solas aut fere solas litteras quadrimestres et annuas continent, recens efformatus videtur, his epistolis ex aliis codicibus avulsis; nam non semel invenimus has epistolas notatas in indicibus non valde antiquis aliorum codicum, ubi frustra eas nunc quaesieris.

Cod. 11. *Gal. 79,* alias *Epistolae Galliae 1557 - 1561.*—Paucae epistolae quadrimestres in hoc vol. inveniuntur; fere omnes ad negotia pertinent.

Cod. 12. *Gal. 80,* alias *Epistolae Galliae 1562-1564.*—Idem quod de praecedenti, de hoc vol. dicendum est.

Cod. 13. *Germ. 131*, alias *Assistentiae Germaniae catalogi 1559-1576.* Continet tamen aliquos catalogos anno 1559 priores, et anno 1576 posteriores, nullo fere ordine dispositos.

Cod. 14. *Germ. 139.*—Continet epistolas quadrimestres et annuas ex locis assistentiae Germaniae Romam missas annis 1558, 1560-1565.

Cod. 15. *Germ. 142.*—Collectio epistolarum Germaniae a mense Augusto 1556 ad mensem Martium 1561.

Cod. 16. *Germ. 143.*—Continet reliquas epistolas Germaniae ad finem anni 1561.

Cod. 17. *Germ. 185*, alias *Germaniae Epistolae 1557-1558.*—Fere omnes epistolae hujus vol. pertinent ad annum 1557, ex quibus plures non sunt quadrimestres.

Cod. 18. *Germ. 186*, alias *Germaniae Epistolae 1558.*

Cod. 19. *Hisp. 95,* alias *Hispaniae Epistolae Mixtae 1557-1558.*—Collectio epistolarum cujusvis generis ex locis assistentiae Hispaniae Romam his annis missarum.

Cod. 20. *Hisp. 96.*—Similis collectio epistolarum ex locis assistentiae Hispaniae annorum 1558-1559, si paucas initio vol. positas excipias.

Cod. 21. *Hist. Soc. 170,* prius *Epistolae Quadrimestres 1547-1552.* Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 40 (codex 20).

Cod. 22. *Hist. Soc. 173,* prius *Epistolae Quadrimestres 1556.*—Continet epistolas quadrimestres ex diversis regionibus Romam hoc anno missas.

Cod 23. *Informationes Antiquae.*—Collectio antiquorum catalogorum collegiorum Italiae, praecipue Bononiae, Brixiae, Comi, Florentiae, Ferrariae, Mediolani, Mutinae, Montisregalis, Montispolitiani, Patavii, Parmae, Perusiae, Taurini, Venetiarum, ordine parum accurato dispositorum. Cf. *Epist. Mixt.*, IV, 878 (codex 5).

Cod. 24. *Instit. 206,* alias: H. NATALIS *Instructiones et Regulae in Lusitania;* prius: *Inst. et Regul. cum Ordin. P. Hier. Natalis.* Alius est hic codex ab illo qui describitur *Epist. P. Nadal*, I, XXVII (Cod. 5), et IV, 59 sqq., qui nunc signatur *Instit. 208.*

Codd. 25. *Ital. 107.*—Continet epistolas ex diversis Italiae locis Romam missas extremis mensibus anni 1556 et primis mensibus anni 1557.

Codd. 26, 27, 28. *Ital. 108, Ital. 109, Ital, 110* continent reliquas epistolas Italiae anni 1557.

Codd. 29, 30, 31. *Ital. 111, Ital. 112, Ital. 113* continent epistolas Italiae anni 1558.

Cod. 32. *Ital. 171.*—Hic codex est velut supplementum codicum praecedentium. Continet epistolas Italiae plurium annorum quae suo loco in aliis codicibus omissae erant.

Cod. 33. *Lus. 43.*—Collectio plurium catalogorum collegiorum Lusitaniae ab anno 1540 ad annum fere 1578. In illis inveniuntur pauci catalogi ad Hispaniae collegia pertinentes.

Cod. 34. *Lus. 51.*—Continet fere solas epistolas quadrimestres ex collegiis Lusitaniae Romam missas ab anno 1557 ad extremum annum 1562.

Cod. 35. *Lus. 60,* alias *Epistolae Lusitaniae 1556-1560.*—In hoc vol. paucae inveniuntur epistolae quadrimestres.

Cod. 36. *Med. 75.*—Inveniuntur collectae in hoc codice epistolae quadrimestres et annuae provinciae mediolanensis ab anno 1557 ad annum 1585.

Cod. 37. *Neap. 193.*—Continentur in hoc volumine epistolae quadrimestres et annuae provinciae neapolitanae ab anno 1557 ad 1584.

Cod. 38. *Rhen. inf. 37.*—Collectio catalogorum provinciae Rheni inferioris ab anno 1565 ad 1625. Insunt etiam aliqui catalogi annorum 1560, 1561.

Cod. 39. *Rom. 126 A.*—*Rom. 126 B.*—Codex duobus voluminibus, veluti partibus, constans; quare fit ut aliquando separatim citentur. Folia numerata sunt continenter per totum codicem; sed altera pars propriam etiam foliorum notationem habet. Continet epistolas quadrimestres et annuas collegiorum provinciae romanae ab anno 1557 ad annum 1574.

Cod. 40. *Salmanticen. I.*—Hic codex servatur in bibliotheca universitatis salmanticensis sub signo *Ms. 3-4-47.* In dorso legitur: «Libro de los que han sido recebidos en este colegio a la Compañía desde el año 1554 [desde?] el mes de Abril. Arch. 9.» In exteriori parte operculi ex pergamena: «Libro antiguo de los reciuos. Ay precepto para que nadie sin licencia le saque del archivo.» Constat 108 ff. non signatis. Quinque prima ff. recentius addita sunt; in his continetur catalogus virorum illustrium de quibus in codice fit mentio, et brevis historia fundationis collegii. In subsequentibus ff. continentur nomina eorum qui in Societatem Jesu in collegio salmanticensi admissi sunt ab anno 1554. Eorum primus est Joannes de Salvatierra, examinatus die 15 Maji 1554; postremus vero Gabriel de Peralta, admissus ad primam probationem die 28 Aprilis anni 1589. Generatim praebet hic codex nomina et cognomina candidatorum, patriam, parentes, admissionis diem cum subscriptione autographa candidati et illius qui eum admisit aut examinavit.

Cod. 41. *Sard. 13.*—Continet hoc vol. epistolas ex insula Sardinia Romam missas ab anno 1558 ad annum 1566.

Cod. 42. *Sic. (Sicul.) 59;* alias *Neap. et Sicul. Catal. 1553-1571.*—In numeris 1-52 (folia enim non sunt continenter signata) continentur catalogi provinciae neapolitanae; in reliquis vero, catalogi provinciae siculae. Aliqui catalogi anno 1571 posteriores sunt.

Cod. 43. *Sic. (Sicul.) 181-Sic. 182.*—Hic codex duobus etiam voluminibus, veluti partibus, constat: unde etiam separatim citantur *Sic. 181* et *Sic. 182.* Altera pars, praeter communem, propriam etiam foliorum notationem habet. Continet epistolas quadrimestres et annuas provinciae siculae ab anno 1557 ad annum 1584.

Cod. 44. *Tolet. 12ª*, alias *Toletanae provinciae catalogi 1550-1599.*— In hac et similibus catalogorum collectionibus haec est maxima difficultas, quod, ut videtur, catalogi mittebantur cum litteris quadrimestribus aut annuis, nulla addita saepe temporis notatione; nunc vero, catalogis ab illis litteris avulsis, difficile est eorum tempus definire.

Cod. 45. *Varia Historia*, II. Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 48 (codex 46).

Cod. 46. *Venet. 100.*—Continet quadrimestres et annuas collegiorum provinciae venetae ab anno 1558 ad annum 1584.

Fere omnes codices, quos enumeravimus, duplicem habent foliorum notationem; antiquiorem in suprema ora paginae, recentiorem in ima. Hanc nos primo loco indicavimus; secundo vero loco antiquiorem. Quando vero tertia filiorum notatio in superiori margine aderat, hanc etiam indicavimus, aut intra parenthesin, aut praeposita particula *antea*, *prius*.

INDICES

I

INDEX AUCTORUM

QUI IN HOC VOLUMINE COMMEMORANTUR

AGUILERA, Emmanuel, S. J.—Provinciae Siculae Societatis Jesu Ortus, et Res gestae ab Anno 1546 ad Annum 1611. Auctore P. Emmanuele Aguilera Ejusdem Societatis Presbytero. Pars prima. Panormi, M.DCC.XXXVII.

ALBERI, Eugenius.—Relazioni degli ambasciatori veneti al Senato, raccolte, annotate, ed edite da Eugenio Albèri a spese di una Società. Vol. I-XV. Firenze 1839-1863.

ALCÁZAR, Bartholomaeus, S. J.—Chrono-Historia de la Compañía de Jesv́s en la Provincia de Toledo. Y elogio de svs varones ilustres, fundadores, bienhechores, fautores, e Hijos Espirituales. Escrita por el P. Bartholomé Alcázar de la misma Compañía... Vol. I-II (Primera parte-Segunda parte). Madrid, 1710.

ALMEIDA, Fortunatus de.—História da Igreja em Portugal por Fortunato de Almeida. Vol. I-III. Coimbra, 1910-1917.

ALVAREZ, Gabriel, S. J.—Historia de la Provincia de Aragón de la Compañía de Jesús, compuesta por el Padre Gabriel Alvarez de la misma Compañía y Provincia. Tom. I-II. *(Opus manu scriptum).*

ANTONIO, Franciscus, S. J.—Historia de la Provincia de Toledo. *(Opus manu scriptum).*

ANTONIUS, Nicolaus, Ord. S. Jacobi.—Bibliotheca hispana nova, sive hispanorum scriptorum qui ab anno MD. ad MDCXXXIV. floruere, notitia. Auctore D. Nicolao Antonio, hispalensi, I. C., Ordinis S. Jacobi equite, patriae Ecclesiae canonico, Regiorum negotiorum in Urbe... procuratore generali, consiliario Regio. Vol. I-II. Matriti, MDCCLXXXIII, MDCCLXXXVIII.

ASTRÁIN, Antonius, S. J.—Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España, por el P. Antonio Astráin de la misma Compañía. Tomo I: San Ignacio de Loyola, 1540-1556. 2.ª edición. Madrid, 1912. Tomo II: Laínez-Borja, 1556-1572. Madrid, 1905.—Tomo III: Mercurian-Aquaviva (primera parte), 1573-1615. Madrid, 1909.—Tomo IV: Aquaviva (segunda parte), 1581-1615. Madrid, 1913.—Tomo V: Vitel-

leschi, Carafa, Piccolomini, 1615-1652. Madrid, 1916.—Tomo VI: Nickel, Oliva, Noyelle, González, 1652-1705. Madrid, 1920.

Benedict, Fridericus, v. Graesse.

Béthencourt, v. Fernández de Béthencourt.

Bobadilla, Nicolaus de, S. J.—Bobadillae Monumenta.—Nicolai Alphonsi de Bobadilla, sacerdotis e Societate Jesu gesta et scripta, ex autographis aut archetypis potissimum deprompta. (Munumenta historica S. J.). Matriti, 1913.

Bonacina, Martinus.—Martini Bonacinae mediolanensis Sacrae Theologiae et I. V. D., Comitis Palatini, et utriusque signaturae refendarii apostolici opera omnia in tres tomos distributa.—Lugduni, 1684.

Borgia, Stus. Franciscus, S. J.—Sanctus Franciscus Borgia, quartus Gandiae dux et Societatis Jesu praepositus generalis tertius. Vol. I-V. (Monumenta historica S. J.). Matriti, 1894, 1903, 1908, 1910, 1911.

Braunsberger, Otto, S. J.—Beati Petri Canisii, Societatis Iesu, epistulae et acta. Collegit et adnotationibus illustravit Otto Braunsberger, eiusdem Societatis sacerdos. Vol. I-VI. Friburgi Brisgoviae, MDCCCXCVI-MCMXIII.

Bullarium Romannm, v. Cocquelines, Carolus.

Casoni, Philippus.—Annali della republica di Genova del secolo decimo sesto, descritti da Filippo Casoni. T. I-IV. In Genova 1799, 1800.

Castro, Christophorus de, S. J., et Ezquerra, Alphonsus de, S. J.—Historia del collegio complvt. de la Compañía de IHS, Compuesta por el P. Christóval de Castro. Compluti. Anno M.DC.—Segunda parte [compuesta por el P. Alonso de Ezquerra] 1600-1634. *(Opus manu scriptum).*

Castropalao, Ferdinandus de, S. J.—R. P. Ferdinandi de Castro Palao, legionensis, Societatis Iesu, sacrae theologiae professoris et sanctae Inquisitionis qualificatoris et consultoris, operis moralis, in varios tractatus et disputationes theologicas distributi, Pars I-VI. Lugduni, 1649.

Censo de población de las provincias y partidos de la Corona de Castilla en el siglo XVI, con varios apéndices para completar la del resto de la Península en el mismo siglo y formar juicio comparativo con la del anterior y siguiente, según resulta de los libros y registros que se custodian en el Real Archivo de Simancas.—De orden del Rey N. S. Madrid, en la Imprenta Real, año de 1829. Opus tribuitur Thomae González.

Chevalier, Ulysses.—Répertoire des sources historiques du moyen âge par Ulysse Chevalier...—Biobibliographie. Nouvelle édition refondue, corrigée et considérablement augmentée. Vol. I-II. Paris, 1905-1907.

Cocquelines, Carolus.—Bullarum, privilegiorum ac diplomatum Romanorum Pontificum amplissima collectio, cui accessere Pontificum omnium Vitae, Notae et Indices opportuni, Opera et Studio Caroli Cocquelines. Tom. I-XIV. Romae, MDCCXXXIX-MDCCLXII.

pis potissimum deprompta. (MONUMENTA HISTORICA, S. J.). Matriti, 1914.

Fabri Monumenta, v. FABER, B. Petrus, S. J.

FERNÁNDEZ DE BÉTHENCOURT, Franciscus. — Historia genealógica y heráldica de la Monarquía española, Casa Real y Grandes de España, por D. Francisco Fernández de Béthencourt. Tom. I-X. Madrid, 1897-1920.

FOUQUERAY, Henricus, S. J.—Histoire de la Compagnie de Jésus en France des origines à la suppression... par le P. Henri Fouqueray, S. J. Tom. I-II. Paris, 1910-1913.

FRANCUS, Antonius, S. J.—Synopsis Annalium Societatis Jesu in Lusitania ab anno 1540, usque ad Annum 1725. Authore R. P. Antonio Franco Societatis ejusdem Sacerdote. Augustae-Vindelicorum et Graecii. Anno M.DCCXXVI.

GAMS, Pius Bonifacius, O. S. B. — Series episcoporum ecclesiae catholicae, quotquot innotuerunt, a Beato Petro Apostolo. A multis adjutus edidit P. Pius Bonifacius Gams, O. S. B. Ratisbonae, 1873.

GÉNICOT, Eduardus, S. J.—Institutiones Theologiae Moralis quas in collegio lovaniensi Societatis Iesu tradebat Eduardus Génicot, S. I. Editio octava, quam secundum Codicem Iuris canonici recognovit I. Salsmans, S. I. prof. Theol. Mor. in eodem collegio lovaniensi. Vol. I-II. Bruxellis, 1919-1920.

GÓMEZ RODELES, Caecilius S. J.—La Compañía de Jesús Catequista. Legislación. Doctrineros. Centros catequísticos; por el P. Cecilio Gómez Rodeles, S. J., correspondiente de la Real Academia de la Historia. Madrid, 1913.

GRAESSE, J. G. Th.—Orbis latinus oder Verzeichnis der wichtisten lateinischen Orts-und Ländernamen von Dr. J. G. Th. Graesse. Ein Supplement zu jedem lateinischen und geographischen Wörterbuch. 2 Auflage, mit besonderer Berücksichtigung der mittelalterlichen und neueren Latinität, neu bearbeitet von Friedrich Benedict, Prof. Dr. Berlin 1909.

GURY-BALLERINI - PALMIERI. — Compendium Theologiae Moralis P. Ioannis Petri Gury, S. I., adnotationibus locupletatum Antonii Ballerini, S. I. Textu identidem emendato a Dominico Palmieri, S. I. Editio decima quinta. Tom. I-II. Romae 1907.

HANSEN, Joseph.—Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542-4582, bearbeitet von Joseph Hansen. Bonn, 1896.

HERGENROETHER, Joseph.—Historia de la Iglesia por S. E. el Cardenal Hergenröther, traducida al castellano por los Sres. D. Francisco Díaz Carmona, D. Francisco García Ayuso y D. Eberardo Vogel. Vol. I-VI. Madrid, 1883-1889.

HIPLER, Franciscus, et ZAKRZEWSKI, Vincentius.—Stanislai Hosii S. R. E. cardinalis, maioris poenitentiarii, episcopi varmiensis (1504-1579) et quae ad eum scriptae sunt epistolae tum etiam ejus orationes legationes. Tom. I (1525-1550); II (1551-1558). Cracoviae, 1879, 1886.

tionibus recognita, notisque criticis et commentariis illustrata, cura et studio P. Leonardi Gaudé e Congregatione Sanctissimi Redemptoris. Tom. I-IV. Romae MDCCCCV-MDCCCCXII.

Litterae Quadrimestres, ex universis, praeter Indiam et Brasiliam, locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae. (MONUMENTA HISTORICA S. J.). Tom. I-IV. Matriti, 1894-1897.

LUGO, Joannes de, S, J. et S. R. E. cardinalis.—Disputationes scholasticae et morales. Editio nova, diligenter recognita... accurante J. B. Fournials... Tom. I-VIII. Parisiis, apud Ludovicum Vivès. MDCCCXCI-MDCCCXCIV.

MADOZ, Paschalis.—Diccionario geográfico-estadístico-histórico de España y sus posesiones de Ultramar, por Pascual Madoz. Vol. I-XVI. Madrid, 1845-1850.

MANAREUS, Oliverius, S. J.—De rebus Societatis Iesu commentarius Oliverii Manarei. Florentiae, 1886.

MARC, Clemens, C. SS. R.—Institutiones Morales Alphonsianae, seu Doctoris Ecclesiae S. Alphonsi de Ligorio Doctrina Moralis ad usum scholarum accommodata cura et studio P. Clementis Marc, Congregationis SS. Redemptoris. Editio decima quinta. Romae 1917.

MENÉNDEZ PELAYO, Marcellinus.—Historia de los heterodoxos españoles por el doctor Don Marcelino Menéndez Pelayo. Vol. I-III. Madrid, 1880-1881.

Mensajero (El) del Corazón de Jesús y del Apostolado de la oración. Revista mensual dirigida por Padres de la Compañía de Jesús. Tercera serie. Bilbao, 1886 sqq.

Monumenta Ignatiana, v. IGNATIUS DE LOYOLA, Stus.

Monumenta Xaveriana, v. XAVERIUS, Stus. Franciscus, S. J.

MORONI, Cajetanus.—Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica da S. Pietro sino ai nostri giorni... Compilazione di Gaetano Moroni, romano. Vol. I-CIII, I-VI. Venezia, MDCCCXL-MDCCCLXXIX.

NADAL, Hieronymus, S. J.—Epistolae P. Hieronymi Nadal, Societatis Jesu, ab anno 1546 ad 1577, nunc primum editae et illustratae a Patribus ejusdem Societatis. Vol. I-IV. (MONUMENTA HISTORICA S. J.). Matriti, 1898-1905.

PÉREZ PASTOR, Chistophorus.—La imprenta en Toledo. Madrid, 1887.

PERPINIANUS, Petrus Joannes, S. J.—Petri Joannis Perpiniani valentini e Societate Jesu opera. Vol. I-IV. Romae, MDCCXLIX.

PIEPER, Antonius.—Die päpstlichen Legaten und Nuntien in Deutschland, Frankreich und Spanien seit der Mitte des sechzehnten Jahrhunderts. Von D. theol. Anton Pieper. I Theil. Münster i. W., 1897.

PIGHI, J. B.—Cursus Theologiae Moralis ad usum scholarum theologicarum, auctore can. J. B. Pighi S. Th. doct. antistite urbano. Editio altera. Lib. I-IV. Veronae MCMXVIII-MCMXIX.

PIRRUS, Rocchus.—D. Rocchi Pirri, abbatis Netini etc., etc., Siciliae Sacrae Volumen Primum; Notitias Ecclesiarum trium Metropolitana-

ROSSI, Antonius Raimundus.—Indice alfabetico generale delle frazioni casali e colmelli che compongono il regno d'Italia, le provincie illiriche ed il Trentino... compilato da Antonio Raimundo Rossi. San Vito al Tagliamento, 1878.

ROSTOWSKI, Stanislaus, S. J., et MARTINOW, Joannes, S. J.—Lituanicarum Societatis Jesu historiarum libri decem, auctore Stanislao Rostowski, recognoscente Joanne Martinow, ejusdem Societatis presbyteris. Bruxellis, 1877.

SACCHINUS, Franciscus, S. J.—Historiae Societatis IESV pars II, sive LAINIVS, auctore R. P. Francisco Sacchino, Societatis eiusdem sacerdote. Antverpiae, M.DC.XX.—Pars III, sive BORGIA. Romae, M.DC.IL.—Pars IV, sive EVERARDUS... Romae, M.DC.LII.—Pars V, sive CLAVDIVS. Tomvs Prior... Res extra Europam gestas, et alia quaedam suppleuit Petrvs Possinvs ex eadem Societate. Romae, MDCLXI.

SALMERÓN, Alphonsus, S. J.—Epistolae P. Alphonsi Salmeronis, Societatis Jesu, ex autographis vel originalibus exemplis potissimum depromptae, a Patribus ejusdem Societatis nunc primum editae. Tom. I, 1536-1565. Tom. II, 1565-1585. (MONUMENTA HISTORICA S. J.). Matriti, 1906, 1907.

SANTIVÁÑEZ, Joannes de, S. J.—Historia de la Provincia de Andalucía de la Compañía de Jesús. *(Opus manu scriptum).*

S. Franciscus Borgia, v. BORGIA, Stus. Franciscus, S. J.

SAXUS, Christophorus.—Christophori Saxi onomasticon literarivm, sive Nomenclator historico-criticvs praestantissimorvm omnis aetatis, populi, artivmque formvlae scriptorvm, item monvmentorvm *maxime* illvstrivm ab orbe condito *vsque* ad saecvli *quod vivimus,* tempora, digestvs et verisimilibvs, qvantvm fieri potvit, annorvm notis accommodatvs... Vol. I-VIII, Traiecti ad Rhenum. MDCCLXXV-MDCCCIII.

SCHMIDL, Joannes, S. J.—Historia Societatis Jesu Provinciae Bohemiae... Authore Joanne Schmidl, Societatis ejusdem Sacerdote. Pars prima. Pragae, 1747.

SILVA, Innocentius Franciscus da.—Diccionario bibliographico portuguez. Estudos de Innocencio Francisco da Silva applicaveis a Portugal e ao Brasil. Vol. I-XV. Lisboa, MDCCCLVIII-MDCCCLXXXVIII.

SOMMERVOGEL, Carolus, S. J.—Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Première partie: Bibliographie, par les Pères Augustin et Aloys de Backer. Seconde partie: Histoire, par le Pèrè Auguste Carayon. Nouvelle édition, par Carlos Sommervogel, S. J. Bibliographie. Tom. I-IX. Bruxelles-Paris, MDCCCXC-MCCCC.

SOUSA, Antonius Cajetanus, cler. reg.—Historia genealogica da Casa Real portugueza, desde a sua origem até o presente, com as Familias illustres, que procedem dos Reys e dos Serenissimos Duques de Bragança, justificada con instrumentos, e Escritores de inviolavel fe,

e offerecida al rey D. Joaõ V... por D. Antonio Caetano de Sousa, clerigo Regular. Tom. I-XIX. Lisboa, MDCC.XXXV-M.DCC.XLIX.

TACCHI VENTURI, Petrus, S. J.—Storia della Compagnia di Gesù in Italia narrata col sussidio di fonti inedite dal P. Pietro Tacchi Venturi D.M.C. Volume Primo. Roma-Milano, M.DCCCC.X.

The catholic encyclopedia.—An international work of reference on the constitution, doctrine, discipline, and history of the catholic Church, edited by Charles G. Herbermann, Ph. D., Ll. D., etc. Fifteen volumes and index. Seminary edition. New York. (s. a., 1913-1914?)

UGHELLUS, Ferdinandus, O. Cist.—Italia sacra, sive de Episcopis Italiae et Insularum adjacentium... auctore Ferdinando Ughello Florentino Abbate SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias, Ordinis Cisterciensis. Editio secunda, aucta et emendata, cura et studio Nicolai Coleti Ecclesiae S. Moysis Venetiarum Sacerdotis Alumni. Venetiis, MDCCXVII-MDCCXXII.

URIARTE, J. Eugenius de, S. J.—Catálogo razonado de obras anónimas y seudónimas de autores de la Compañía de Jesús pertenecientes a la Asistencia española: con un apéndice de otras de los mismos, dignas de especial estudio bibliográfico. (28 Sept. 1540-16 Ag. 1773), por el P. J. Eugenio de Uriarte de la misma Compañía. Tom. I-V. Madrid, 1904-1916. (= URIARTE, *Anónimos y seudónimos*).

VALDIVIA, Ludovicus de, S. J.—Historia de los Colegios de la Compañía de Jesús de la Provincia de Castilla, por el P. Luis de Valdivia, de la misma Compañía. (*Opus manu scriptum*).

VAN GULIK, Guilelmus, et EUBEL, Conradus.—Hierarchia catholica medii aevi. Tom. III. Monasterii, 1913.

VICO, Franciscus de.—Historia general de la isla y reyno de Sardeña. Barcelona, 1639.

XAVERIUS, Stus. Franciscus, S. J.—Monumenta Xaveriana ex autographis vel ex antiquioribus exemplis collecta. Tom. I-II. (MONUMENTA HISTORICA, S. J.). Matriti, 1899, 1914.

II

LITTERARUM AUCTORES

III

LOCI UNDE LITTERAE MISSAE SUNT

INDEX PERSONARUM, RERUM AC LOCORUM

A

B

C

I

K

M

O

P

T

U

W

X

Y

Z

V

INDEX GENERALIS HUJUS VOLUMINIS

1558

APPENDIX

Indices

ADDENDA ET CORRIGENDA

Pag. XI, lin. 20 «aparet», *lege* apparet.

Pag. XIX, lin. 26 «origimen», *lege* originem.

Pag. 44, *Annot. 1.ª ita corrigenda:* Epistolae auctor, ut ex comparatione cum epistolis annorum sequentium eruitur, fuit Joannes Baptista de Segura, postea rect[illegible] collegii bellimarensis, montiregiensis et vallisoletani; qui tandem [illegible]thnicis occisus gloriosam mortem pro Christo in Florida subiit.

Pag. 65, lin. 1. «14.—», *lege* 15.—

Pag. 120, lin. ultima. *Ita corrige:* Auctor in epistolis consequentium annorum subscribit RODRIGO ÇORRILLA (ZORRILLA).

Pag. 356, annot. 1. «MORONE», *lege* MORONI.

Pag. 422, lin. 15, «fui», *lege* fuit.

Pag. 433, annot. 1, «58», *lege* 561.

Pag. 478, annot. 3. *Adde:* Exstat versio hispana coaeva in codice *Varia Histor.*, II, ff. 4-5.

Pag. 516, lin. 3 (a fine), «[8]», *lege* [1].

Pag. 578, annot. 3. *Adde*: Exstat a[illegible]aphum in codice *Varia Histor.*, II, fol. 30.

Pag. 621, annot. 1, «Gerrero», *lege* Guerrero.

Pag. 716, annot. 2. *Adde*: Exstat etiam apographun [illegible] in codice *Varia Histor.*, II, ff. 22 sqq.

Pag. 749, lin. 26, «12 de Julio», *lege* 13 de Julio.

Pag. 796, annot. 1, «Carillo», *lege* Carrillo.

Pag. 867, lin. 21, «pauperem», *lege* pauperum.

Pag. 898, annot. 2, «SOUZA», *lege* SOUSA.

Pag. 933, annot. 1, «pag. 217», *lege* pag. 900.

A. M. D. G.

APPROBATIONES HUJUS OPERIS

NIHIL OBSTAT.	IMPRIMI POTEST.
P. FRIDERICUS CERVÓS, S. J.	P. JOANNES CAÑETE, S. J.,
Cens. eccles.	Praep. prov. toletan.

Matriti 20 Januarii 1921.

IMPRIMATUR.

✠ PRUDENTIUS,

Episc. matriten.-compluten.